


Handwritten text in a cursive script, likely a name or title, oriented vertically on the aged, stained paper cover.

No A  
1-348





25. 28.

Unkown to Maria	
...	
Nota.	A/B
...	
Tab.	
...	348

Madrid de  
De. 17 de 8



0  
1  
2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10  
11  
12  
13  
14  
15  
1


25. 8.

Titolo	...
Aut.	...
Ediz.	...
Vol.	...
Tab.	...
Numero	348

ma. d'nd de  
De. 17 de 8







Del Coll. della Comp.<sup>a</sup> di S. S. & Gran.<sup>a</sup> B. B.

LVCII

B. 1589

ANNÆI FLORI

RERVM ROMA-

NARVM

EDITIO NOVA

Accurante

IOANNE FREINSHEMIO.

*In qua quid prestitum sit, auer-  
sa pagina docebit.*



*In hoc Libro multa conti-  
nentur, quæ s. s. & Gran.<sup>a</sup>  
hereticorum: unde non  
nisi caute legendus est  
Liber iste.*

ARGENTORATI.

In Bibliopolio EBERHARDI ZETZNERI.

ANNO M. DC. XXXII.

M. V. J. P. M. L. V. M. P. 1636

*Hoc libro contenta.*

- I. FLORI contextus, à IOANNE CAMERTE, IOANNE STADIO, ELIA VINETO, IANO GRUTERO<sup>t</sup>, CLAUDIO SALMASIO, & IO. ISACIO PONTANO<sup>t</sup>, è Manuscriptis codicibus emendatus, in versiculos distinctus.
- II. Notæ cuicunque capiti subiectæ: in quibus selectæ Camertis, Stadii, Vineti, Gruteri, Salmasii, Pontani: & quotquot ex aliis Philologicis auctoribus, nostre ingenio depromere licuit.
- III. Excerptiones Chronologicæ, ad Flori historias accommodatæ. *p. 409*
- IV. Variarum lectionum libellus.
- V. Index rerum atque verborum, ad inueniendum expeditissimus, noua forma confectus.
- VI. Auctorum Index.



AXELIO OXENSTIERN,  
SACRAE REGIAE MAIESTATIS,  
*Regniq̄ue Sueciae Senatori ac Cancellario,  
Regionumque per Germaniam Exer-  
citurum Legato Su-  
premo.*

ILLVSTRISSIME DOMINE,  
quæ passim celebratur Humanitas tua ( quid enim cessem, quod rei caput est, eloqui? ) multum mihi in dedicatione Auctoris huius, verborum lucrificat, quorum absque vesana pompa adiri nefas est, quibus fastigium eiusmodi fortuna, non etiam ingenium natura, vel meritum industria, contulit. Quamuis & illi, si penitius considerem, non paucas modò periodos, sed totam orationem mihi lucrifaciunt. Quæ enim lubido fo-

A 2 ret,



ret, alloquio dignari, qui me nec  
auditu, hoc est, furdo narrare fa-  
bulam? certe seriorum verborum  
& alias parcus, ea perdere non su-  
stineo. perduntur autem, quæ co-  
ram indignis profunduntur. por-  
ro indigni sunt, qui simul honori-  
bus nonnullis maectantur, super-  
cilia tollunt, & ascititia quadam  
grauitate, quã min<sup>9</sup> callidi Gram-  
matici arrogantiam vocant, mul-  
tiplicatisque ministeriis, tanquam  
lictoribus, turbam submouent, se-  
que mortalium oculis nunquam  
sine cura vel ostentant, vel subdu-  
eunt. nisi enim essent, cur tant-  
opere laborarent, vt mererentur  
videri? Enimuero vt quisque ve-  
terum vestrorumque (REGIS NO-  
stri dico, & qui eum æmulamini)  
exemplorum magis memor; non  
fatis

fatis æquus iudex est magnitudinis  
quam suspicari potius licet, quam  
intelligere. Quid enim, si quidem  
sibi constat, in æquum non degre-  
ditur, & populos implet dignita-  
tis suæ? Maiori theatro actionum  
suarum gaudet, cuicumque non  
minor præstandi fiducia, quam  
promittendi facilitas fuit. nimi-  
um parum credere sibi videntur,  
qui virtutes suas abscondunt, aut  
tantum è longinquo ostentant;  
nec pudore magis, quam consci-  
entia premi. Suspicionibus qui-  
dem alimenta præbet, quisquis ad-  
liquidum deduci rem non patitur.  
Hispaniarum Reges, & qui alii ad  
hanc formam eminus imperant,  
magni bonique iactantur sæpius,  
quam creduntur: in virtute, quæ  
descendit in lucem, quæ cælo ter-

raq; teste mortalium oculis coram  
impingitur, nullus ignorandi, nul-  
lus ambigendi locus est. Sed ad  
hanc penitus inspiciendam Hu-  
manitas, veluti benigna quædam  
admissionum magistra, ianuam a-  
perit; maiestatemque reliquarum  
virtutum propius agnoscendam  
præbet, ne ipsis quidem nolenti-  
bus. quamvis enim radios suos  
longissime iaciunt, in ipso splen-  
doris fonte maiori luce coruscant.  
Eaque re certissimum indicium  
est, vbi sit Humanitas, maxima-  
rum virtutum non imitamenta  
quidem, sed ipsas esse. Vt enim ne-  
mo tam ineptus ostentator est, vt  
ædes extrinsecus quidem ornatas,  
intus vero inconcinnas, tenebro-  
sas, sordidas possidens, intromitte-  
re potius cupiat spectatores, quam  
foris



foris relinquere : ita quibus fun-  
data virtus non est , adulterino  
splendore procul ludūt, more præ-  
stigiatorum, qui cum varia oculis  
exhibeant ludibria, hoc vnum se-  
dulo cauent, ne quis curiosior ar-  
tes eorum coram arbitretur. Sed  
in hanc rem quæ dici possunt, for-  
te rectius aliquanto promentur,  
cum ætas & experientia, hanc in-  
genii libertatem , & hoc ineptia-  
rum odium in satyram redegerit.  
Ut autem , quomodo tuæ virtutes  
alios, ex propinquo arguerent, di-  
cerem ; non inconsultus quidam  
ardor, nec obscœna adulandi am-  
bitio extudit : sed sola formido, ne  
forfan iniquis rerum æstimatori-  
bus fortunam potius tuam quam  
meritum sectari putarer : quo qui-  
dem ex hominum censu, nec esse



volō, nec videri. Quin vt de me vera fatear, sicut nec de aliis vnquam diffitebor, promptioris ad vituperandum linguæ sum ; quia vitia non item vt virtutes simulari video. Qua de caussa eos quos solidæ virtutis studium supra vulgus extulit, ardentiori affectu, quam vulgus solet prosequor: eoque fit, vt in contemplationem morum tuorum, nunquam hercle inuitus, sæpe tamen aliud agens rapiar. In illis enim agnosco instrumentum illud, quo felicitas & quies quæ iam dudum Sueciæ regnum impleuerunt, in alienigas etiam nationes liberaliter transfunduntur. Nihil addam laudum, quas copiose ministrat secundus rumor, nisi quod illas adhuc intra meritum tuum suspicer. Quod equidem aliquando  
pro-

propius inspectum, quoad eius poterō, siquidem permittes, in lucem protraham; non quidem quod tua multum interesse censeam; sed ut alii intelligant, quantum sibi desit ad perfectionem, & qua potissimum via deceat grassari ad veram gloriam. Non autem ut spero, pudendæ tibi nostræ laudes erunt, hominis simplicis, nec vsquam adulationis comperti, qui libertatis etiam inter angustias memor fui, eamque semper testatus vultu, gemitu, sermone, etiam silentio. Ostentabatur enim precium operæ, si virtutem libuisset vocare felix scelus, & cum pudoris dispendio vim facere veritati. Verum enimvero ut ille quem intelligo, quandiu Regias illas virtutes, quibus ceteros præminet, retinebit (retine-

bit autem semper ) semper mihi  
Rex erit, etiamsi (quod absit) desti-  
tuatur successu, & post triumphato-  
tos homines vincendo fessus, cum  
fortuna comparetur, omnibusque  
præterquam sibi excidat. Sic è con-  
tra, mihi nunquam se probabit,  
quisquis fortunam animo non æ-  
quauerit. Igitur mihi silentium in-  
dixeram, quoad cohibitæ diu per  
dolorem voces, insperata tempo-  
rum felicitate laxatæ, in **SUMMI**  
**REGIS** laudes prorumperent. Cu-  
ius equidem libelli (forsan enim &  
tuum in conspectum peruenit )  
pœnitere me potuisset, viso proxi-  
mis diebus panegyrico, quem  
Heinsius edidit; si monumentum  
eloquentiæ, non pietatis, extare  
voluissem. Nam vt illi viro, adole-  
scens; doctorum principi, vix ciui-  
tatis



tatis inter plebem capax, eruditione perfacile cedo: sic affectu nemini. Quem subinde non solum noua quotidie virtutum opera fuerunt haecenus; sed auxit augetque in horas, omnium, qui ad vos pertinent, industria dexteritas. Ut enim de illis taceam, de quibus nihil constat, nisi quod famæ credimus; quantus in his, quos coram intueri datum est, splendor, quantum pietatis, fidei, fortitudinis, eruditionis instar fuit! GUSTAVVS HORN, legatus praefectusque Regius, qui etiamnum in oculis pene nostris, munitissima hostium loca machinis quatit, & prope diem tot annorum laborem in puluerem redacturus speratur: quam inuictus operis & laboris est? quam modic<sup>9</sup> vini cibique? quã felix belli? &



li? & quod præcipue in vobis lau-  
dauerim, quam assiduus pietatis?  
Hanc enim virtutum omnium pa-  
rentem & reginam, imprimis co-  
litis. & hinc illa nihil quod illicitum  
sit, audendi, sacrosancta reli-  
gio: illa nihil quod licitum sit, non  
audendi generosa fiducia: illa pau-  
ca quæ audetis non perficiendi ad-  
miranda felicitas. Iam autem ille  
IOANNES NICODEMI ab A-  
HAUSEN, Secretarius MAGNI  
REGIS, & Legatus nuper ad hanc  
ciuitatem, quæ meretur enco-  
mia? immo vero, quæ non mere-  
tur? plurimum in parco sermone  
tam prudentiæ, quam eruditionis,  
nec minus in vultu modestiæ, & in  
modestia sinceræ grauitatis. quem  
nuper, dum ad Poloniæ Status eo-  
dem præclaro munere fungitur, fa-  
ma

ma nobis ereptum nūciauit, sce-  
lerata, nisi mendax fuisset! At de  
hoc plura dicere supersedeo, non  
inopia materię, sed ne, quamuis  
vera proferens, amori indulgere  
videar, quem ille iam ante quidem  
suis virtutibus debitum deditum-  
que, honorifico de me iudicio, &  
oblata per literas luculenta secum  
degendi conditione, præter expe-  
ctationem auctorauerat. Tales igi-  
tur cum ipsi sitis, talesq; vobis mi-  
nistros patria tellus generet, non  
propterea pro alienigenis arcetis  
in quibus aliquid virtutis eminet.  
Vt enim omnes eos, qui vobis mi-  
litant, etiam quem satis noui  
RECHLINGIUM illum, ad belli  
pacisq; artes perinde promptum,  
præteream, documento nobis est,  
qui contra ædes hospitis mei colit,

vir

vir Nobilis & Magnificus I O-  
SIAS GLASERUS, qui nuper à  
consiliis Regi nostro factus, Lega-  
tusq; ad Ciuitatem hanc & exer-  
citurum Regium, Ordinarius &  
Generalis, strenue desudat pro  
incremento & securitate bono-  
rum: idem, cum ab his curis va-  
cat (quod perquam raro contin-  
git) humanissimus: de quo licet  
magna promittat corporis spe-  
cies, ampliora tamen præstat ani-  
mi vigor.

Hæc igitur aliaque multa con-  
sideranti, visus sum mihi, nus-  
quam, si quis mei possit vsus ef-  
se, rectius eum collocaturus,  
quam si vobis operam meam ad-  
dixero. Nec vero quisquam in  
arrogantiam hoc deflexerit, qua-  
si nimia mei fiducia locum ser-



viendi reip. inter tot magis idoneos ambiam. Ut enim in magna familia non idem omnium labor, nec eadem quidem dexteritas est; sed paterfamilias perspecta cuiuslibet indole, alii quidem forensia negotia committit, alii curam ædium assignat, & ita deinceps rerum agendarum officia per famulorum ordines partitur: sic quibus regnorum & prouinciarum utilitas demandata est, arbitrari suos solent, eisque quibus pares videntur munia iniungere. Sed mihi quidem facillimum erit omnem à me calumniam amoliri, quomodocunque res cadat. Si quod enim ministerium mihi forte delegabitur, feram eo animo quo petii; sin; eodem. nam & fauebo repulsæ meæ, gratulaborque



que reip. tot inuenisse me dexte-  
riores, vt opera mea nihil indi-  
geat. Sed hæc fortassis alterius  
temporis & disquisitionis sunt, &  
ad rem præsentem potius prope-  
randum, ne tempora tua publicis  
commodis semper operantia, vi-  
lia habere videar. Igitur hoc v-  
num modo superiorum repeto,  
me quas dixi de caussis FLO-  
RUM hunc historicum, quibus-  
dam notulis fortassis illustratum,  
Illustrissimo nomini tuo dedica-  
re. Hoc amplius, quod in primis  
conuenire putarem splendori  
tuo, tueri scripta quibus veterum  
heroum facta posteritati conse-  
crantur; debes hoc ipsorum me-  
ritis, debes tuorum, debes tuis.  
Sunt enim eruntq; principes, qui  
cū aliquanto diutius morati sunt  
quam

quam vixerunt, corpus & memo-  
riam eorū eadem fastidit nausea,  
eadem tellus sepelit, eadem comi-  
tatur obliuio : Sunt & alii, quo-  
rum quidem eternum viuet men-  
tio, sed in pœnam; quo fere mo-  
do lacerandum dirę alitis rostro ie-  
cur apud inferos subinde renasci,  
poetæ fingunt. Hos omnes mihi  
non libeat monere, vt huius studiū  
curam gerant. rari enim rē quę nec  
vltui sibi nec voluptati sit, diligunt.  
nemo certe supplicii sui procura-  
torem æquis oculis aspicit. Vos au-  
tem pauci, qui gestis egregiis im-  
mortalitatem famę vestrę pigne-  
raſtis, si literas fouetis, vestrū ne-  
gotium agitis. nihil enim fortasse  
dulcius est, quam fama sua frui; &  
quamuis conscientiam factorum  
sufficere Vobis credatis, postero-

B

rum

rum commodis prospiciendum  
est, quorum virtus ita inoffenso  
gradu progredi vix poterit, si tot  
egregiorum exemplorum imitati-  
one fraudabitur. Falluntur autem  
si qui putare possunt, abunde iam  
prouisum esse tot vndiq; scripto-  
rum confurgente turba. in illis e-  
nim oppido pauci sunt, qui mere-  
antur aut possint ætatem ferre: scri-  
pta plurium mendaciis, atque ine-  
ptis oppleta, epigramma illud Ca-  
tulli, tanquam magis merito iure  
sibi debitum, ab Annalibus Volu-  
si vindicatura videntur. Scilicet  
HEINSIO quodam opus est, qui  
nunquam seruiat, nisi cum veritas  
imperet; quique gestorum magni-  
tudinem æquare potest verbis atq;  
sensibus. Sed ad FLORVM  
reuertor, quem alioquin in hoc Hi-  
storiae



istoriæ Romanæ compendio, arti-  
ficiofa breuitate, puritate & elegã-  
tia sermonis, sententiarum acumi-  
ne & pondere satis commendabi-  
lem, impensî<sup>9</sup> diligere cœpi, quod  
in hoc turbatæ patriæ statu, vnum,  
aut forsan vnicum remedium, vel  
ut in speculo videretur ostendere.  
Nec enim pessime nobis consul-  
tum esset, si, quod ille de Romano  
populo, (lib. 1. cap. 9. & lib. 4. c. 3.)  
de nobis aliquis dicere posset. sed  
enim verba non recenseo. Ea igi-  
tur de causa, cum satis diu pere-  
grinationes quasdam frustra moli-  
tus (quod attritis per hanc bello-  
rum tempestatem patrimonii vi-  
ribus, nec eorum, quibus maiores  
mei crediderant, fides subuenire  
posset) bona quadam fortuna pe-  
netrassem in amicitiam atq; muse-

um MATTHIÆ BERNEGGERI  
(cui quantum debeam, perpetuo  
cultu & amore, quam pauculorum  
verborum periodo rectius profi-  
tebor) facili<sup>9</sup> persuaderi mihi pas-  
sus sum, vt Auctorem eum ornan-  
dum edendum que susciperem. il-  
lud autem vt præstiterim, doctorū  
iudicium esto: quamuis nec illis  
scripsi, nam & opera mea facile  
carere possunt; sed illis, qui me nō  
multo doctiores, labore meo for-  
tasse non nihil temporis & cogita-  
tionum lucrabuntur. Quicquid id  
est, quantū possum de rep. litteraria  
bene merendi studiū fuit: quod ali-  
quanto prompti<sup>9</sup> atq; alacrius pro-  
sequar, si neq; Tibi displicuisse co-  
gnouero. Cui quidē, DEVM T.O.  
M. suppliciter veneratus, vt Re-  
gem nostrum, Teque præcipuum  
eius

éius instrumentum diu reipublice  
generis humani seruet incolumes,  
me meaque studia, profectus, spes,  
ILLVSTRISIME DOMINE,  
qua decet humilitate  
& reuerentia  
commendo

*Ioannes Freinshemius.*



BENIGNE LECTOR.

**E** Gerunt in conuictu meo, plurimulis abhinc annis, Iuuenum par ornatissimum, Ioannes Steinbergius, ex sorore mihi nepos, & Robertus Robertinus Borussus, à Gallicatum uterq<sup>3</sup>, prior etiam ab Italica peregrinatione recentes. Hi ut amore inter se mutuo, sic omni in me officio, ac potius pietate certabant inuicem, quod in ipsa studiorum incude positi, suis eximiis, ut in illa ætate, profectibus, ex consuetudine mea, incrementi nonnihil accessurum sperarent. Ac à mea quidem tenuitate, nescio quicquam ne proficisci potuerit ad eos instruendos, quod non rectius à suo pte ingenio ac industria peterent: ego vero quæ ab ipsis didicerim, habeo quæ iactem haud pauca. Cum primis mirifice dele-

delectabant in mensa quotidiani  
sermone eorum, de communibus  
non modo studiis, sed maxime de  
accurate à se apud externos observa-  
tis locorum hominumque geniis, de  
fatalibus item hisce patria turbis,  
de rebus aliis ad usum vita com-  
munem pertinentibus instituti, sic  
ut ubique minime iuvenile iudi-  
cium, ac rerum usus elucesceret. quod  
genus epula non solum in presentia,  
sed etiam postridie, quod de cœna  
Platonica dixisse Timotheum re-  
fert cum Cicerone Plutarchus, imo  
consequentibus annis, esse iucunda  
solent. Ego certe bellorum adeo con-  
gerronum, tam carorum capitum  
memoriam, non nisi cum vita depo-  
nam, beatus futurus, si presentium  
amore, suavitate, fide licuisset ali-  
quanto frui diutius. Quamquam

nec absentem, pridem uterque digressi, litterarum officio percolere, quod ipsorum in me beneuolentia est, omittunt. Cum Robertino autem, qui ante quatuor hos annos, antiquo repetito hospitio, semestrem fere sua cōsuetudinis vsuram mihi reddidit, amplior de studiis mihi sermo fuit. Erant in manu nobis inter alia, Thomæ Farnabii in Juuenalem, Persium, Lucanum, Martialem, Senecam Tragædum, ad marginales notæ, breuicula quidem illæ, verū ita nervosæ, bonique succi plena, ut quantumuis prolixi ac luculenti Commentarii vicem prestare queant. Vehementer hoc institutum uterque probabamus, Et ut essent, qui similem in aliis item autoribus laborem susciperent, optabamus. Nam si, quod eruditissimi viri cen-

sue-



suerunt, omnino semel in vita, ta-  
dium lectionis classicorum auto-  
rum omnium ei deuorandum est.  
qui velit inter doctos nomen profi-  
teri suum; quis non videt, in hac  
qua vita nostra circumscribitur  
angustia temporis, & ea multitudi-  
ne librorum, esse si non festinandam  
omnigenam hancce lectionem, at  
certe maturandam? id vero qui pos-  
sis, occupatus in super euoluenda in-  
finita mole τετραπήχεων illorum com-  
mentariorum, animaduersionum, *quatuor*  
annotationum, scholiorumque, *cubitoꝝ*  
doctissimis à viris, collatis certatim  
ad bene de quolibet autore merendū  
operis comportata? cuiusmodi sine  
Theseis, in hoc πολυαναγνωσίας curri-  
culo, vix inoffenso gradu progredi-  
are. *lectioꝝ*  
Quod si maxime commenta-  
torum optimū ad autorum quemq;  
A 5 placeat

placeat eligere; nemo tamen ita est exactus, ut omnia viderit: ut non alius insuper habeat, quae nescire nolis. Adde quod in aliis Philologorum scriptis, non unius alicuius, ut isti, sed plurium simul autorum curam profitentibus, vel certum tractantibus argumentum, infinita latitant aut ulcera τὸ μῶντα persanata, aut obscuriora loca dilucidata: quae nec ignorari sine doctrinae detrimento, nec erui sine magna temporis impensa possunt. Cum autem non modo delicata cui nostri iuventus, cui cum Callimacho Grammatico magnus liber magni mali est instar, verum etiam serio Studiosi, hi parsimonia temporis, isti fuga laboris, ambages omnes auersentur, utrisque pergratum utilissimumque praestari nemo non videt officium,

cium, si Criticorum è diffusis illis  
aut varie sparsis annotationibus  
ad autores, τὰ πρῶταίτερα tantum, meliora  
Et ad explanandū sensum præcipue  
pertinentia seligantur, exhibeatur-  
que Notarum quadam quasi me-  
dulla. Res ea laboris plus quam non  
expertus crediderit, sed minus spe-  
ciei ac laudis habet: quam proinde  
frustra maiorum gentium à Criti-  
cis illis expectes. non eam ingenio  
suo, non otio, summi viri faciunt  
iniuriam, ut Eclogarii atque <sup>συρρά-</sup>  
<sup>ωται</sup> laborum alienorum audire su-  
stineant: quin potius maiorem se-  
ctati gloriam,

Auia Pieridum peragant loca, nullius antè  
Irita solo.

Quo facilius mihi Robertinus,  
amico forte mendacio, sed tamen  
persuasit, ut crederem, in hoc mi-  
nus



nus specioso, & quod sequitur, haud  
inuidioso rempub. litterariam in-  
uandi genere, mediocre aliquid in-  
dustriam meam præstare posse: ad  
eamque rem ipsemet exemplo & o-  
pera mihi præiuit. Quod enim in  
minori aliquo volumine periclitari  
vires, & quidem à Floro potissi-  
mum auspiciari placeret, cum in  
tmematia seu versiculos quos vo-  
cant, autorem secuit (cuius rei com-  
moditatem insignem usus ipse, sat  
scio, tempusque comprobabunt)  
tum è philologo uno alteroque, loca  
nonnulla, lucem auctori fœnerantia  
conquisiuit. Quanquam, ita po-  
scente rerum suarum conditione,  
citius quàm volebam, abitum pa-  
rans, operam nauare mihi longio-  
rem haud potuit.

Sub tempus discessus eius venit

in domum meam Iohannes Freins-  
hemius, efflorescentis ingenii adole-  
scens, (decimum nonum etatis an-  
num ingressus erat) imo, quod res  
mox ipsa docuit, iam tum florentis,  
fructusque suos maturos ostenden-  
tis; Robertino tamen citius quàm  
mibi: tum quod etatis ac studio-  
rum similitudine, promptius ut sit,  
inter eos amicitia coalesceret; tum  
etiam quia, quotiescunque mensa  
communis ad colloquia nos cōtra-  
xit, seu pudore non necessario, seu  
modestia, ac more quodam suo sem-  
per intra facultatem audendi, val-  
de sermonis parcus erat, ac nihil  
minus quam ingenii sui diuitia-  
rum ostentator. quas indicio Rober-  
tini demum, nec nisi per transen-  
nam initio, cognoscere datum est.  
Is mihi subinde carmina eius &

Lati-

verifica  
r. 108  
peruy.

Latina, quorum neque  $\mu\epsilon\sigma\sigma\omega\tau\alpha\tau\acute{\alpha}\lambda\iota\epsilon\varsigma$   
illos, hoc unum agentes pudere que-  
at, & recentioris elegantia Germa-  
nica, vel famigeratissimis quibus-  
que comparanda monstravit: ad-  
didit, esse hominem, totum (eo ver-  
bo utebatur) apophthegmaticum:  
ex quo genere dicteriorum argutia-  
rumque cum primis ingenium elu-  
cere solet. Itaque captus hominis  
amore, digresso Robertino nostro,  
mihi propius eum adiunxi, com-  
munemque bibliothecam, commu-  
ne museum obtuli. quam ille condi-  
tionem haud aspernatus, aliquan-  
to familiarius aperire se mihi cœpit.  
Animaduerti tum demum, ea quæ  
singula singulos ornare queant, si-  
mul in eo plura concurrisse: raram  
ingenii felicitatem: admirandam  
in adolescente, subacti iudicii ma-  
turi-



zuritatem : memoriam autem  
(quam iudicio natura fere dissociabilem esse, certe rarissime misceri constat) ita tenacem atque fidelem, ut ad omnia responderet. Cælestibus his natura dotibus accedente studio, cum in Philosophia Iureque Civili magnos progressus fecit: tum verò veterum auctorum principes accurate legit, & in usum felicissime conuertit, in primis Historia simul prudentiaq; & sermonis optimos purissimosque fontes, quibus recentiorum plerorumque lectionem addidit. Sed & Latinitatis traduces linguas, Italianam, Francicam, Hispanicam ita didicit, ut cum terras istas nunquam viderit, earum idiotismos sufficienter & adscribendi peritiam usque intelligat. In Græca  
litte-

litteratura, siue magistrorum incuria, seu sæculi vitio potius, omnis doctrina matrem stulte fastidientis, ultra triuialem cognitionem non multum profecerat. Verumtamen etiam Historicos Græcos, dum mecum est, euoluere cæpit, quos absque interprete mediocriter intelligit: Et quia nunc eruditissima lingua penitus haurienda totus incumbit, eximium aliquid in ea præstiturum non ambigo. Nihil enim inuium ei vel inaccessum, quocunque libeat (libet autem in omnia præclara) ingenii acerrimi vigorem igneum intendere. Dum igitur unâ sumus, ipsius forte studiis haud fuit inutilis, si non mei, bibliotheca mea saltem usura: mihi vero contubernium eius longe utilissimū exoptatissimumque. Nam  
breui

brevi contracta familiaritate cum  
libris melioribus, non solum in eru-  
endis unde quaque ad Historicos  
nonnullos veteres animadversioni-  
bus, & conficiendis notarum quasi  
siluis, me iuvit enixe: verum etiam  
ex suo pte diuitis ingenii thesauro  
depromptas suppeditavit permul-  
tas auctorum emendationes non  
modo valde probabiles, sed saepe pro-  
bas, & omnino rectas, easque ut  
plurimum à nemine prius observa-  
tas: nisi quod nonnullas cum iis,  
quas nondum ab eo visi Critico-  
rum exercitissimi, vel ex ingenio,  
vel Manuscriptis codicibus attu-  
lerunt, examissim congruere, non si-  
ne admiratione postea deprehendi.

Anno superiore proximo, certis  
caussis mutato de Elori editione  
præmittenda consilio, Iustinum

C

vulga-



vulgavi, partum, meo ipsius iudicio  
(antevertam rigidas aliorum cen-  
**fortivum.** suras) ἀλιτόμηνον. Cum enim loco reci-  
tationum academicarum, in hoc in-  
frequentioris auditorii frigore ut  
plurimum omissarum, hæc talia confi-  
ciantur. Et vero hi, quorum stipen-  
dio sum ad tradendas historias au-  
ctoratus, operam representari, non  
in annos premi velint, efformari ea  
diligentius, præsertim aliis à distri-  
cto molestius haud potuere. Est autem  
hoc illud præcipue studiorum genus,  
quod non præcipitari, sed ex inter-  
uallo regustari amat, quodque vigi-  
liis augetur, ut cui subinde, ceu flu-  
minibus ex decursu, sic accedit ex le-  
ctione minutatim quo fiat uberius.  
Sane non erat consilium, indici li-  
bri nomen inscribere meum, nisi im-  
proba bibliopole pertinacia quasi  
flagi-

flagitio id extorsisset, & me valde  
inuitum per tot Rosciorum ora tra-  
duxisset. Et sine sic quidem res male  
cecidit. Eruditorum enim hominū  
imminentes obelos extimescētī dex-  
trum nuper omen exhibuerunt au-  
spicatisima V. C. Io. Isacii Ponta-  
ni, Historiographi Regii littera,  
quibus & conatus qualescūq; meos  
non improbat, & praterea unius  
alteriusque in Iustino loci medelam  
ostendit, a me pratermissam, sed edi-  
tioni secunda, cum aliis, qua docto-  
rum virorum humanitas, aut se-  
cunda mihi cura suggererint, inse-  
rendam. In eo igitur, quale id cunq;  
est, opere passim, quantum Freins-  
hemio tribuam ac debeam, haud ob-  
scure pra me fero. Sed isthic digitum  
tantum ad eum intendi: non totum  
hominem, quantus esset, hominibus

patefeci. Postea vero autor ei fui,  
ut ipse sese tandem aliquo monumē-  
to, Senatui populoque litterato pa-  
lām ostenderet. Et quamvis subue-  
rebatur initio, ne, sicut audacior  
palmes, in hibernas adhuc auras,  
non absque sui noxa, germen impro-  
bum agit, sic ipse praueniēte vires  
fiducia, & inconsulta festinatione,  
rigidioris censura periculum incur-  
reret: tandem tamen persuasi, ut  
vel meo periculo auderet; & quidē  
à FLORO potissimum nominis atq;  
fama captaret auspiciū. Ea fini  
collecta proximis ab annis in hunc  
usum instrumenta mea omnia,  
magnam partem ab ipsiusmet inge-  
nio subsidioque profecta, ei tradidi.  
Hinc admoto iudicii solidioris igne  
eas excoxit Notas, quas hic exhibe-  
mus. quas equidem si probe consi-  
dera-



deraueris, scias ab eodem ingenio  
profectas, quod nuper produxit e-  
gregium sane panegyricum, quem  
sub exordium huius anni, maximo  
ac laudem omnem supergresso ab  
Aquilone Regi scripsit, summis  
quibusq; viris, cum in vrbe bona-  
rum artium ac disciplinarum ma-  
tre Lutetia, tum alibi ( pluribus e-  
nim communicauit ) uehementer  
probatum. Quorundam iudicia, ne  
meum amore corruptum putes, ἀυ-

τολεξεί referre non pigebit. *Alius:*

Ago gratias, *inquit*, pro panegyrico eximio, &  
quem qui scripsit, totum ut video, Tacitum cōcoxit;  
cuius præsertim σεμνότης illa, tantopere Plinio oratori  
(2. epist. 11. ) laudata, in eo vndique eminet & e-  
lucet. *Alius:* Valde placuit τὸ σεμνὸν panegyrici

Freinshemiani. Faxit benignum Numen ut sentina  
hæc vltimi sæculi, à Freinshemiano, & quæ ei gemi-  
na ingeniis aliis, februa barbariei ( cum in vita, tū di-  
ctio) lustrica experiatur. *Alius:* Ego scriptoris  
in hac iuuenta ingenium & iudicium supra ætatem,  
admiror, atque exōsculor. *Iterum alius:*

Freins-

ad verbi

gravitas

*Apte.*

Freinshemii masculino panegyrico, cum aliis mirifice  
sum affectus, & eloquentiæ solidiori nondum in-  
ter nos extinctæ gratulatus. Magnum Regem hic  
stylus decuit, tanto superior elumbi nostri temporis  
dicacitate, quanto ille factis omnes nostri ævi supe-  
rauit. Sed quis Freinshemius iste, quem me latere vo-  
luisti? Coniicio in ætatis vere ac flore etiamnum esse.  
in amicitiam meam, si liceat, accitum volo. *Eusebios,*  
*vir magne, coniecisti, secus quam*  
*alius, qui quod hanc eloquentiæ vim*  
*in ætatem adolescentem cadere non*  
*posse censeret, ad alium quendam,*  
*autorem sibi falso creditum, ita scri-*  
*bit.* Insignem panegyricum tuum vix acceptum,  
confestim auide perlegi: cuius denuo attentius re-  
petita lectione, in eo facundissimam tuam sapien-  
tiam, simulque celsitudinem mentis, agnoui & su-  
spexi. Utinam, qui adeo feliciter Magni Herois en-  
comiastes fuisti dignissimus, eiusdem gestorum, de-  
lata tibi prouincia, fias meritissimus scriptor.  
*Nec diuersum sentit vir magnæ di-*  
*gationis alius:* Il faut verit ablement vne plu-  
me semblable à celle de l' aucteur pour celebrer di-  
gnement les louanges d' vn si grand Heros, que tout  
le monde admire avec estonnement. *Quan-*  
*quam historia scribenda prouin-*  
*ciam illam arduam, ingenii at-*  
*que*

que doctrina Principi, Belgico illi  
Varroni (panegyricam ipsius ora-  
tionem eidem Regi scriptam nuper  
vidimus. eam nemo satis mirari po-  
test, qui capere potest) Orbis erudi-  
titate consensu votisque destina-  
tam, vel spei somnio præcipere, im-  
probum fuerit. At nihil vetat esse,  
qui in spem secundam tanti mune-  
ris, operamque succidaneam adole-  
scat. Iniuria profecto virtutum sit,  
si rogem, ne quis extinguere fama sua  
Solem censeat, si terrarum alibi lu-  
men spargere incipiat nova stella.  
Nam ut est quisque vir optimus at-  
que doctissimus, ita Liuianum il-  
lum senem exprimit, qui & ipse se  
gloriæ seniorum succreuisse me-  
minerat, & ad suam gloriam con-  
surgentes alios lætus adspiciebat.  
Ad me quod pertinet, equidem ita

de



nostris  
peris.

de me sentio, ut conatum meum in  
iuuandis litteris meliorem quam o-  
peram putem, voluntate ad maiora  
nitente quam prestare queat indu-  
stria; nec habeam adeò, reipub. litte-  
raria quod imputem: sed hoc iure  
meo videor imputare posse, quod  
admirabile hoc ingenium primus  
ostendi, foui, produxi, ἐγχοδιώντης ei  
fui. Nulli autem cuiquam, verbis  
ac iudicio Plinii, tam clarum inge-  
nium est, ut possit emergere, nisi  
illi materia, occasio, fautor etiam  
commendatorq; contingat. Fac,  
quæso te, quisquis id potes, beneuole  
Lector, & primo quouis tempore  
CVRTIVM, ad eandem cum Flo-  
ro formam adornatum, à nobis ex-  
pecta. V. Scrib. Kalend. Octobr.  
anno Chr. M. DC. XXXII.

Matthias Berneggerus.

I

LVCI ANNÆI  
SIVE FLORI, SIVE  
SENECÆ,

Epitomæ rerum Romanarum liber

PRIMVS.

1 **P**OPVLVS Romanus à rege Romulo (a) in  
Cæsarem Augustum, (b) septingentos per  
2 annos, tantum operum pace belloque gef-  
sit, vt si quis magnitudinem imperij cum annis  
conferat, (c) ætatem vltra putet. || (d) Ita late per  
orbem terrarum arma circumtulit, vt qui res eius  
legunt, non vnius populi, sed (e) generis humani  
facta discant. Nam tot laboribus periculisque  
jactatus est, VT ad constituendum eius impe-  
rium, contendisse (f) Virtus & Fortuna videantur.  
3 || (g) Quare quum præcipue hoc quoque, sicut  
cetera, operæ precium sit cognoscere; tamen  
quia ipsa sibi obstat magnitudo, rerumque diuer-  
sitas aciem intentionis abrumpit; faciam quod  
solent, qui terrarum situs pingunt: in breui qua-  
si tabella totam eius imaginem amplectar, non-  
nihil, vt spero, ad admirationem principis po-  
4 puli collaturus, si pariter atque (h) insimul vni-  
uersam magnitudinem eius ostendero. || Si quis  
ergo populum Romanum quasi (i) hominem  
consideret, totamque eius ætatem percenseat, vt  
cœperit, vtque adoleuerit, vt quasi ad quendam  
A iuuentæ

iuuentæ florem peruenerit, ut postea velut cō-  
 senuerit; quatuor gradus processusque eius in-  
 ueniet. || Prima ætas sub regibus fuit, prope (k) 5  
 ducentos quinquaginta per annos, quibus (l) cir-  
 cum ipsam matrem suam cum finitimis luctatus  
 est. hæc erit eius Infantia. || Sequens à Bruto &  
 Collatinoque consulibus, in Appium Claudium,  
 (m) Quinctum Fuluium consules, (n) ducentos  
 quinquaginta annos (o) patet: quibus Italiam  
 subegit. hoc fuit tempus viris armisque incita-  
 tissimum: ideo quis Adolescentiam dixerit. || De- 7  
 hinc ad Cæsarem Augustum (p) ducenti anni,  
 quibus totum orbem pacauit. hic jam ipsa Iu-  
 uenta imperij, & quasi quædam robusta maturi-  
 tas. || A Cæsare Augusto in sæculum nostrum 8  
 haud multo minus anni (q) ducenti: quibus in-  
 ertia Cæsarum quasi consenuit atque (r) deco-  
 xit; nisi quod sub Traiano principe (s) mouet la-  
 certos, & præter spem omnium, senectus impe-  
 rij, quasi reddita iuuentute, reuirescit.

### NOTÆ IN PRÆFATIONEM FLORI.

*Lucij Annalium suæ Flori &c.* ] In Antiquioribus libris, teste  
 Salmasio, varie nomen hoc legitur, ita tamen, ut semper *An-  
 nius* vocetur, nisi quod in aliquibus *lulium* inuenit Lipsius, qui-  
 bus tamen fidem non habet. Iulius etiam Schotto citatur. No-  
 bis ea de re nihil compertum est; Nec enim quicquam sine li-  
 bris veteribus vel aliorum auctorum testimoniis eruere prom-  
 ptum sit, quibus utrisque deficiamus. Illud videtur, cognomen  
 Flori, si alienum sit, adiectum errore, quo multis idem cum  
 epitomatore Liuii noster habetur.

*Num. 1. (a) in Cæsarem.* ] Alii *vsque Cæsarensis* quod præfer-  
 rem, nisi scripti, quos Gruterus & Salmasius videre, repugna-  
 rent: quibus etiam suffragatur non indiligens editio, quæ de-  
 cimo superioris sæculi anno prodiit. Ita loquitur noster infra,  
*sine præfatione: in sæculum nostrum.*



Ibid. (b) *Septingentos*] Nouem adiciunt Eutropius lib. 7. in princ. & Fasti Consulares. decem Orosius 6. 18. Velleius 2. 66. 4. DCCIX. ab V. C. anno, Cos. Augustum habet. Tacitus post DCCXX vrbis annum, solum Augustum imperasse, principio historiarum scribit. Dio princ. lib. 52. post DCCXXV. post Actiacam nempe victoriam, quam Panuinius ex Fastis in vicefimum secundum supra DCC. refert, qui numerus duodecimo annis, quibus cum Antonio Kemp. tenuit, recisus, idem cura Orosiano fuerit. Dionysius Halicarnasseus 1. 71. bellorum ciuilium finem in mediam Olympiad. 187. refert, cum Roma apud eundem 1. 71. & 74. & 2. 2. primo septimæ Olymp. condita fuisset. fuerint ergo anni DCCX: q. tot etiana subinnuere videtur Lilius in prefat. num. 5. Sed noster maluit vi rotundiore numero; quod aliis etiam auctoribus familiare est; Lilius 9. 18. 3. P. R. *obtingentefimum annum bellarum* scribit. & apud Tacitum H. 4. 74. 9. *obtingentorum annorum fortuna disciplinaque compagem eam* (imperium Rom. dicit) *coaluisset* ait Petilius Cerialis. ita Iustinianus in l. 3. C. de V. I. enucl. ab V. C. ad suam vsque imperium pene MCCC. (nam quod in Constit. ad Tribonian. §. 5. MCCC. anni sunt, scribentis aut describentis error est) annos elapsos ait. Ita etiam in enarrandis cladibus, vbi cesorum numerus refertur, rara centenorum mentio est, sed tot fere nullâ causa dicuntur. Tales enim minutias diligentias, ab historico non requirimus. Vide etiam notata ad 1. 12. 2. a.

Ibid. (c) *etatem ultra putet*] Hoc est, putet, tantum operum eam breui temporis spatio geri non potuisse. nam quod Stadium putare pro computare & numerum inire exponit, id quidem aliàs probum est: sed huic loco parum conuenire videtur: cum hic non de inquitenda vel computanda ætate sermo sit, sed iam inuenta & computata cum rebus in ea gestis comparatur. Hæc eadem Flori verba ad extrapelos, (sicut Plinio lib. 7. cap. 16. in fin. vocantur) venuste refert Berneggerus, præsertim ad eum, cuius Gregoras meminit lib. 11. histor. cap. 12.

2. (d) *Ita late per orbem*] Recepti scripturam quam libri & docti viri probant. alia edd. ita enim late ubique, duabus vocibus additis, quæ commode absint.

Ibid. (e) *genus humani*] Ita magnitudine Romana totius prope orbis inuoluitur, vt ei nihil accidere possit, quin vniuersos contingat. sic infra 4. 3. 8. *Cum Romana dominatione, id est humani generis conuersione*. Sic Suetonius Calig. 13. 1. P. R. *velis ita dicam, hominum genus*.

Ibid. (f) *virtus & fortuna*] Tam ergo parum siæ fortuna virtus cæceat, quam siæ virtute fortuna. Sentit hoc Brutus,

eum exclamaret, apud nostrum 4, 7, 11. non in re, sed in verbo tantum esse virtutem. adeoque verum est interdu illud: *Vitam regit fortuna, non sapientia.* & illud alterum Itolorum: *Non val virtus, à chis fortuna in contra.* Sic Curtius 10, 5, 35. *fatetur.* Alexandrum cum multum debuisset virtuti, plus debuisset fortuna: Nam et qui ad virtutem tendit; etiamsi multum processit, opus est tamen aliqua fortuna indulgentia. inquit Seneca cap. 16; de vita beata. hinc Plinius plurimum referre putat, in que cuiusque virtus tempora incidit. in multu enim virtutis opera magna fuisse, sed maiora fortuna. 7, 28. Hæc ergo sapissime Pop. Rom. iunuit, crexit, restituit, vt passim legimus. vnicum Taciti locum H. 3, 46, 6. annotasse sufficiat. *Affuit, vt sape alias, fortuna P. R.* Ceterum Marcellinus 14, 14. nostrum imitatur, quem vide si lubet, & Plutarchi librum de fortuna Popul. Rom. & Albericum Gentilem de armis Rom. 2, 12. & 13.

3. (g) *Quare cum præcipue hoc quoque, sicut cetera* ] Duo illa postrema verba absunt à quibusdam etiam optima nota: sed quia in omnibus quas videre contigit editionibus, retinentur, ipse etiam loco mouere nolui. Salmasius ex Nazariano, qui habet: *quum si præcipue, facit, quamuis præcipue.*

Ibid. (h) *in simul* ] Vocem quæ & alias vsus est nosser, & hoc in loco doctissimis viris vsus putatur, restituere natalibus non dubitavi. hæcenus editi, *in semel*, ex quo Gruterus *in semel*, melius quidem, sed melius adhuc illi.

4. (i) *quasi hominem* ] Nam sicut homines, ita ciuitates quæ & vrbes nascuntur, crescunt, decreseunt, moriuntur: bellissima igitur hæc comparatio est. Eadem ratione Papirius Fronto in l. 40. D. de pecul. peculium homini comparat. Marcellinus citato loco eandem ex nostro similitudinem suo operi inferit, quam Lactantius ex Seneca, (sicut ipse laudat auctorem) aliter paullo recenset. Eadem figura Plinius 3, 5. *morientis Castilini reliquias* dicit. Cicero 5, 14. de finib. pæri similitudine vititur. *Earum, inquit, etiam serum, quas terra gignit, educatis quadam & perfectio est, non dissimili aurantium. Itaque & viuere vitem, & mori dicimus; arboresque & nouellam, & vetulam, & rigere & senescere.*

5. (k) *CCL. per annos* ] Iterum numerum non exacte definit, (vide quæ supra ad num. 1. notauimus) quem ex auctoribus cum cura eruerunt Camers, & Stadius. quibus adde Liuium finclit. 1. Hancarnals. sine ib. 4.

Ibid. (l) *circum ipsam matrem suam.* ] Nazarianus Salmasii, *circum ipsam ann ipsa*, ex quo facit, *circum ipsam cunam.* Gruterus & Pontauus, *circum ipsam mammam*, quæ omnia ratione non carent. verum cum vulgata lectio sine vitio sit, non inmeito tuen. ur.

tuemur; aliàs enim forte nihilo fecius legi posset, *circum ipsa maxima*, quod propius ad Marcellinum accederet, quem, cum similitudine Flori vteretur, nec à verbis longius recessisse credibile est: ille enim *circum murana bella*.

6. (m) *Q. Fulvium*] M. Fulvium Fasti præferunt, quod etiam Stadius notavit.

Ibid. (n) *CC. annos*] Adeo non displicer Stadii & Salmastii coniectura, qui CCL. hic, & infra n. 7. CC. legunt, vt etiam in textum recipere ausus sim, quam & noster firmare videtur, infra, 2, 1,

Ibid. (o) *pater*] Frustra sollicitat lectionem hanc Camers, quæ omnino proba est. vide si lubet, Indicem, in quem talia coniecimus.

7. (p) *CC. anni*] vide notam (n) ad n. 6.

8. (q) *anni CC.*] Secundum computationem Eusebii, ab initio imperii Augusti, vsque ad finem Traiani, sunt fere anni CLXXVIII. & menses 6. Camers. Tacitus G. 37, 4. ab V. C. ad alterum Traiani consularum DCCCL. annos colligit. Salmastius autem putat Florum sub Hadriano vixisse, & per *faculum istud suum* Hadriani tempora intelligere. quapropter etiam mox *monuit*, non *monuit lacertos* legendum ait.

Ibid. (r) *decoquit*] Hoc est, decoctum est, actiuo verbo quasi neutraliter usurpato, qua loquendi ratione nulla Tacito frequentior, vt merito facessat inde corrector ille cum nonis suis cogitationibus. sed & alii auctores passim ita loquuntur. hoc ipso verbo Tertullianus ita vtitur, *aduersus gentes cap. 42. replemurum velli: alia quoridie decoquunt.* ita Liuius verbo *aboleuit.* 1, 23, 4. vide quæ concessit Barthius in notis ad nonum versum Cynegetici Gratiani: item, si lubet, Indicem nostrum Iustinianum in *Conuersis* & Agell. 18. 12.

Ibid. (s) *monuit lacertos*] *Monuit* legendum putat Camers, & multis defendit Salmastius: nec ratio Gruteri, qua Carpertis lectionem improbat, satis in diuersum valet, idæoque in textum recipienda videbatur, præsertim cum in Nazariano ita legatur Salmastio recte. Sed quoniam in presenti loqui pergit, *reuiuiscit*, vix dubito quin illud alterum verum sit.

Ibid. (t) *reuiuiscit*] Simili verbo & sensu Curtius 10, 9, 5. *Non reuiuiscit solum, sed etiam fleret imperium.*



De Romulo primo Romano-  
rum Rege.

## CAP. I.

**P**rimus (a) ille & Urbis, & Imperij conditor 1  
 (b) Romulus fuit; (c) Marte genitus, & Rhea  
 Silvia. || Hoc (d) de se sacerdos grauida confessa 2  
 est: nec mox fama dubitauit, quum Amulij im-  
 perio abiectus in profluentem cum Remo fratre,  
 non potuit extingui. || Siquidem & Tiberinus 3  
 amnem repressit: & relictis catulis lupa sequuta  
 vagitum, (e) vber admouit infantibus, matrem-  
 que se gessit. Sic repertos apud (f) arborem, regis  
 pastor tulit in casam, atque educauit. || Alba 4  
 tunc erat Latio caput, Iuli opus. nam Launium  
 patris Aeneæ contempserat. Ab his Amulius (g)  
 iam bis septima sobole regnabat, fratre pulso  
 Numitore, cuius ex filia Romulus. || Igitur sta- 5  
 tim prima iuuentæ face, patrum Amulium ab  
 arce deturbat, auum reponit: Ipse (h) fluminis  
 amator, & montium, apud quos erat educatus,  
 mœnia nouæ urbis agitabat. || Gemini erant: vter 6  
 auspicaretur, & regeret, adhibuere (i) piacula.  
 Remus montem (k) Auentinum, hic (l) Palati-  
 num occupat. Prior ille sex (m) vultures, hic po-  
 stea, sed duodecim videt. || Sic victor augurio, vr- 7  
 bem excitat, plenus spei, bellatricem fore. ita illi  
 assuetæ (n) sanguine & præda aues (o) polliceban-  
 tur. || Ad tutelam nouæ urbis sufficere vallum 8  
 videbatur; cuius dum irridet angustias Remus,  
 idque

idque (p) increpat saltu; dubium an iussu fratris, occisus est. (q) prima certe victima fuit; munitio-  
 nemque vr̄bis nouæ, sanguine suo (r) consecra-  
 uit. || (s) Imaginem vr̄bis magis quàm vr̄bem  
 fecerat: incolæ deerant. Erat in proximo lucus:  
 hunc (t) Asylum facit: & statim mira vis homi-  
 num, Latini, Tusci que pastores: quidam etiam  
 transmarini; Phryges, qui sub Ænea, Arcades,  
 qui sub Euandro duce influxerant. Ita ex varijs  
 quasi elementis congregauit corpus vnum; po-  
 10 pulumque Romanum (u) ipse fecit. || (x) Res erat  
 vnius ætatis; populus virorum. Itaque matri-  
 monia à finitimis petita; quia non impetraban-  
 tur, manu capta sunt. Simulatis quippe ludis  
 equestribus, virgines, quæ ad spectaculum vene-  
 11 rant, (y) præda fuere. || Et hæc statim causâ bello-  
 rum. Pulsi fugatique Veientes. (z) Caninensium  
 captum ac dirutum est oppidum. Spolia insuper  
 (a) opima de rege, (b) Feretrio Ioui manibus suis  
 12 rex reportauit. || Sabinis proditæ portæ per virgi-  
 nem: nec dolo; sed puella (c) precium rei, quam  
 gerebant in sinistris, petierat. dubium clipeos, an  
 armillas. Illi vt & fidem soluerent, & vlcisceren-  
 13 tur, (d) clipeis obruere. || Ita admissis intra mœnia  
 hostibus, atrox (e) in ipso foro pugna, adeo vt Ro-  
 malus Iouem oraret, vt *scdam suorum fugam sisteret.*  
 14 (f) Hinc templum & (g) Stator Iupiter. || Tandem  
 (h) læuientibus (i) interuenere raptæ laceris co-  
 mis. Sic pax facta cum Tatio, scdusq; percussum:  
 secutaque res mira dictu, vt relictis sedibus suis  
 (k) nouam in vr̄bem hostes demigrarent, & cum  
 15 generis suis auitas opes pro cote sociarent. || Au-  
 ctis

etis breui viribus, hunc Rex sapientissimus statum Reipublicæ imposuit: (l) iuuentus diuisa per tribus, in equis & armis, ad subita belli excubaret: consilium Reipublicæ penes senes esset, qui ex auctoritate (m) *Patres*, ob ætatem (n) *Senatus* vocabantur. || His ita ordinatis, repente, quum 16  
 concionem haberet, ante urbem apud (o) *Capreæ* (p) paludem, è conspectu ablatum est. || (q) *Dis-* 17  
 ceptum aliqui à senatu putant, ob asperius ingenium: sed oborta tempestas solisque defectio, (r) consecrationis speciem præbuere: || cui mox (s) 18  
*Iulius Proculus* fidem fecit, visum à se *Romulum* affirmans, augustiore forma quàm fuisset: mandare præterea, vt se pro numine acciperent: (t) *Quirinum* in cælo vocari placitum (u) diis, ita gentium *Roma* potiretur.

---

 NOTÆ IN LIBRVM PRIMVM.

Historiam *Romuli* præter nostrum inuenies apud *Liuium* 1. *Iustin.* 43. *Solin.* in princ. *Victor.* cap. de viris illustr. *Sex. Rufum* de vita regia. *Eutrop.* 1. 4. *Oros.* 2. 5. *Plutarch.* *Dionys.* *Halicarn.* 1. & 2. *Valer. Max.* 3. 2. & 5. 3. *Plinium* 8. 17. 14. 12. 15. 18. & 29. 16. 45. 18. 2. 34. 6. *August.* de Civ. Dei 2. 17. 3. 6. 13. 15. *Lactan.* 1. 20. & 2. 7. *Virg. Æn.* 8. 635. *Ouid.* 3. & 4. *Fastorum.* & 14. *Metamorph.* *Horatius* 3. 3. *Carm. Propert.* lib. 4. *Camers.*

*Num. 1. (a) Primus ille*] *Illi* legi mauult *Pontanus*, vt ad *P. R.* referatur, mihi vulgata verior est; ita infra 3. 10. 20. *ille corpore ardens spirituque terribilis, &c. Vergingentorix.* quamuis nec illa sensu vel ratione careat.

*Ibid. (b) Romulus*] *A rumah. e. mamma* ita dicitur à quibusdam, quos refert & damnat *Festus*.

*Ibid. (c) Marte genitus*] Hanc scripturam, cum in libris reperta etiam viris doctis probetur, & *Flori* genium sapiat, recepi *lucens*, alii a *Marte*.



2. (d) *hoc de se sacerdos &c.* ] Ita legit Gruterus ex Mss. & in Iordane reperiri testatur.

3. (e) *sequita vagitum, ubi admouit* ] Est ex vet. Salmasii hæc lectio, quam ipse probat, nec quisquam improbauerit. Virum autem vera lupa fuerit Romuli nutrix, dissentiunt auctores. affirmant Plutarch. cap. 65. Parall. Virg. Æn. 1, 279. Cic. de Diuin. 2, 20. Naso 3, 53. Fast. sed & Plinius 8, 17. & 15, 18. Iustin. 43, 2, 6. qui familia recenset de Cyro 1, 4, 10. de Hierone 23, 4, 7. de Habide 44, 3, 5. Contra Lilius 1, 4, 8. diuersam opinionem refert, quam omnino amplectitur Lactantius lib. 1. cap. 20. in præ. Eutropius 1, 3. in fin.

Ibid. (f) *arborem* ] Ficum nempe, sub qua mammas dederat infantibus lupa, quæ Ruminalis est appellata ex argumento, nempe à ruma, (rumen appellat Plin. 15, 18.) quod est mamma. Festus, & Plutarch. quæst. Rom. 57. Lilius 1, 4, 5. *Romularem uocatam ferunt*, ut ita à Romulo nomen acceperit. meminit eius Tacitus extremo Annali tertio decimo.

4. (g) *iam bis septima* ] Ita legit Camers, & probant viri docti. Salmasius etiam vocem *iam* eiecit.

5. (h) *fluminis amator, &c.* ] Natale solum summe diligi, omnia auctorum loca clamant; etiam iste, cui addatur Sueton. Calig. 8, 13. Vespas. 2, 3. Cicer. de ll. 2, 1. Ammian. 22, 21. f. Gruterus.

6. (i) *piacula* ] Quid sibi velit hæc vox, eo excusatus ignoro, quod & Stadio & ipsi Salmasio peregrina viderur. de re nulli dubium: sed quod in huius locum verbum substitui oporteat, ambigitur. ego, cum in Iordanis libris reperitur: *adhibere placuit deos*, nec ab ea sententia, nec à nostræ lectionis vestigiis longe abiturum puto, si hic rescribatur: *adhibere oracula*. *Oracula enim ex eo ipso appellata sunt, quod inest in his Deorum oratio*, secundum Ciceronem in Topicis cap. 20. Eadem igitur loquendi figura fuerit, adhibere deos, & adhibere oracula, h. e. orationem deorum. Cur autem deos adhibuerint, ratio in præcedentibus verbis est, *gemini erant*, & ita nulla atatis prærogatiua, quam in tali casu obseruari gentium iuris est. Vide Iustin. 21, 1, 1. & ibi not. Berneggeri. Quamquam enim per naturam simul edi non possunt, sed ut alter antecedit necesse sit, tamen interdum ita ambigua ea res est, ut nec iudiciali subtilitate exquiri possit. l. 10, §. 1. de reb. dub. quod multo magis hic accidisse oportet, ubi partu remotis arbitris edito, mater quæ sola scire poterat, iam pridem vita concesserat.

Ibid. (k) *Auentinum* ] Ita appellatum ab Auentino Rege Albano, ibi sepulto. Lilius 1, 3, 12. Dionys. Halicarn. 1, 71. Ab Auente huius regionis Sabinæ ita vocatum scribit Varro in libris

de gente P. R. ab hac historia, loco in summo Auentino, vbi res ea gesta est, *Remoria* nomen mansit, teste Festo in *Remurinus*, *Remonium* appellat Plut. Romulo cap. 13. & cap. 15. *Remoniam*, quod alteri praefero.

Ibid. (l) *Palatinum*] Alii *Palatium*, quamuis vtraque lectio bona sit: tamen illam concinniorem puto, vt ad montem referatur.

Ibid. (m) *Vulturæ*] Vide Plutarch. Romulo. cap. 13. Simile augurium Augusto consuli, urbem intranti oblatum notat Appianus tertio Ciuium, pag. 586.

7. (n) *sanguine & prada*] Ita in edd. Salmasii & Gruteri. sic infra 4, 12, 17. signis militaribus & disciplina. armis etiam Romani adhaeruerat. ita Curtius 6, 3, 9. gentes alterius imperia ac nomine assuevit.

Ibid. (o) *Pallicebantur*] Simile loquendi genus infra 1, 6, 1. *clarum fore visa circa caput flamma promiserat.*

8. (p) *inrepat saltu*] Cum vallum vt nimis angustum irideret Remus, *ἀπέα ἴπυ*, *ἀπέα ἴπυ*, saltu etiam transiuit, simul increpans, & quasi reipsa demonstrans eas valli angustias, vt etiam leui saltu transiliri possent. hac mens verborum istorum. Salmasius.

Ibid. (q) *Prima certe victima fuit*] Lucanus 1, 95.

*Fraterni primi maduerunt sanguine muri.*

Ibid. (r) *consecrauit*] Simili figura D. Hieron. in epist. ad Rusticum: *Roma. ut condita est, duos fratres Reges habere non potuit. & patrie deditur.* In hoc dentem stringit Iustinianus Constit. ad Tribon. §. 10. ibi. *Romam autem.*

9. (s) *Imaginem urbis, &c.*] Ita apud Appian. de bell. Punic. legatis Carthaginensium respondet Cenforinus, *Vos non vestrum solum, putamus esse Carthaginem.* ita Themistocles ait: *Patriam municipes esse, non mania.* apud Iustin. 2, 12, 14. vbi notam Berneggeri vide. Eodem sensu infra 2, 2, 49. hinc apud Tacitum. H. 1, 84, 1. *Quid? vos pulcherrimam hanc urbem, domibus & tectis & congestu lapidum stare creditis?*

Ibid. (t) *Afylum*] De Romuli Afylo nota res ex Liiuo 1, 8, 6, Dionysio 2, 15. & aliis. Inuenalis in *falsos nobiles sine Sat.* 8.

*Et tamen vt longe repetas, longeque reuoluas*

*Nomen, ab infami gentem deducit asylo.*

De abusu autem asylo per urbes Graecas sub Tiberio vide Tacitum 3, 60, 2. & deinceps. quae etiam ad nostros mores accommodari possunt, quando passim similitis abusus inuauit. In sacris literis *urbes perfugii* dicuntur asyla, quae Deus ipse constituit certis quibusdam casibus. Hae Rittershusius ad Guntheri *Ligurinum* 3, 386. *Ex laribus paruis, & primi regu asylofateri enim oportet, per quos profecerimus.* Meminerant huius Asyli locique vbi conditum fuit, praeter citatos Victor de vir. illust.

illustr. cap. 7. Virg. Æn. 8, 342. Lactantius 2, 7. Tacitus H. 3, 71, 6. Suetonius Tib. 87, 7. & alii. Simile asyllum, sed dispari euentu. apud Ioseph. 18. cap. vlt.

Ibid. (u) *ipse fecit* ] Vt ingenue fatear, ignoro quid faciam hoc loco. nec enim mendo vacare certo persuasum habeo. minorque intactum huc vsque mansisse.

10. (x) *Res erat unius status* ] Pulcra huic sententia adstruas ex Stobæi titulo de nuptiis, visatur quoque Seneca Hippolytus vers. 477. Gruterus. Hoc intuitu multa priuilegia matrimoni concessere legislatores, quæ longius exequi nostri instituti modus non patitur, videatur l. 1. & ibi Dd. D. solut. matrim.

Ibid. (y) *prada fuit* ] Alij *prada* neutrum male, de re auctores sup. citati. Numerus raptarum apud Dionys. 2, 31. est DCLXXXIII. apud Plutar. Romul. c. 22. totidem raptas Iuba scribit, Valerius Antias DXXXVII. alij XXX. tantum. Salmasius hoc loco legit: *prada fuit, & statim causa bellorum.* eleganter certe, & ita Gruterus in duobus Palatinis suis legi attestatur.

10. (z) *Cæninensium* ] Iordanis scripti libri. *geniensium* pro *cæninensium*, ut videtur: sed *cæninenses* quam *censenses* dicuntur melius. caput ipsorum Cænina, à qua Cæninenses. frustra sunt illi qui apud Solinum reponunt *Cænites* ex Stephano qui *καίνιτας* vocat. Stephanus, *καίνινη πόλις Σαβίνων* &c. τὸ ἰδιόκου *καίνιτας*, legendum *καίνινητας*, ut à Cænina Latini Cæninensis formarunt, ita Græci à *καίνινη καίνινης*, igitur illi falsi sunt. Salmasius.

Ibid. (a) *opima* ] Vide infra ad 2, 17, 11.

Ibid. (b) *Feretrio Iouis* ] De Ioue Feretrio lege præter alios Valerium 3, 2, 3. & seqq. Plura Propertius 4, 11. Camers. Seruius ad illud Æn. 6, 859. *Legæ Numæ prima opima spolia Iouis Feretrio debere suspendi. Secunda Marti* (belli præfidi, cuius templum extra urbem) *Tertia Quirino*. (i. e. Marti qui præest paci) Sed Plutarchus qui idem narrat in Marcello cap. 11. quod Seruius, & plura addit, obtinuisse ait, ut omnia Ioui Feretrio spolia suspensa crochantur. Feretrium autem illic Plut. dictum putat, vel *παρὰ τὸ Φέρειν*, quod ad eum ferantur hæc spolia, vel à ferendo, quod fulmine feriat lupiter, & quod ferire sit, manu grauite vulnere & occidere. vnde in bello Romani milites clamant: *Feri, feri.* Festus in *Feretrio*, à *ferendo* quædam pacem ferre putarentur, ex cuius templo sumebant sceptrum, per quod iurarent. & lapidem silicem, quo factus ferirent. Dionysius 2, 36. dici posse ait *τὸ παλῆχον*, aut *σκυλοφόρον*, aut quod supra omnem rerum naturam emineat, *ὡς ἐφερίην*. Scaliger hic addit à feretro pompa triumphalis dictum. Valer. Flaccus,

*Hæc, precor, eximiam, & opima cadauera nostro  
Lingunt, aut feretro.*

*Hæc*



Hæc Passeratius in Propertium. Mihi ea opinio, qua à ferendo deducitur, magis placet, apud Liuium 1, 10, 8. *Hæc tibi Rex, Regia arma fero.*

12. (c) *pretium rei, quam &c.*] Ita magno consensu vetustiores edd. alix quæ, sed illud *quam* pendet adhuc ex præcedente voce *rei*, quæ duplicem hic significationem complectitur, *pretium rei*, h. e. proditiōis, & rem *quam gerebant in sinistris*, nec exemplo caret, vt vna vox duobus sensibus seruiat. Vide notam Berneggeri ad Iustin. 11, 9, 14. k.

Ibid. (d) *elipeu obruere*] Simile factum de Brenno narrat Plut. cap. 15. Parallelorum.

13. (e) *In ipso foro*] Hand aliter Pal. pr. ac tert. Nam *sec. in ipso aditu*: quemadmodum erat & in Vineti scriptis: sed præter omnem omnium historiam. Gruterus.

Ibid. (f) *Hinc templum, & Stator*] Sic præter Iornandem & Iectionem codd. Vin. etiam Palat. sec. ac tert. nec non vetus noster: & recte. Gruterus. Mihi etiam verissima videtur hæc lectio, nam ita solet noster, cum alicuius rei causam originemue præcixit; vt infr. 1, 13, 6. *exinde certamen.*

Ibid. (g) *Stator Iupiter*.] Præter ea quæ supra dicti scribunt de Ioue Statore lege Augustin. cap. 13, 3. Ciuitat. item Ouid. in fine 6. Fastor. Seneca autem cap. 7. lib. 4. de benef. sic inquit: *Stator, non vt historici tradiderunt, ex eo, quod post votum susceptum acies Rom. fugientium steris, sed quod stant beneficio eius omnia, stator stabilitorque est.* Videtur autem legendum: *Hic templum esto*: vt sit vouentis Romuli verbum. Hæc Camers. sed coniectura eius refellitur, ex positis nota proxime præcedente. Cæterum eadem de causa templum postea vouit Atilius Col. auctor Liuius. 10, 35, 10.

14. (h) *scuientibus*] Legi in Iordane: *funeribus*. Cur Iordani placuerit *scuientibus* in *funeribus* mutare, nescio, nisi ita scriptum inuenerit in libris, quod potius puto. Salmasius. Exinde mihi in mentem venit suspicari, in nostro, vel Iordane certe, legendum esse *furentibus*, quod sensui conueniens, nec ab ytraque lectione procul distat. Ita apud peritissimum antiquitatis & Latinx linguæ Barclaium, vbi duellum Poliarchi cum Radrobane depingit: *Gallorum atque Sardonum agmina interuenere furentibus.*

Ibid. (i) *interuenere*] Simile quid de Celticis, Plut. de Virt. Mul. cap. 10.

Ibid. (k) *nouam in urbem hostes*] Illud *hostes* in sponte mutari voluit Salmasius propter scriptos Iordanis in quibus *hoste* legitur. Verum receptam firmant Palatini tres, dictique *hostes*, respectu animorum, quibus aduenerant. Claudius apud Tacit. 11, 24, 8. *Conditor noster Romulus tantum sapientia valuit, vt plerisque*

que populos eodem die hostes, dein ciues habuerit. Gruterus. ita Cicero pro Corn. Balbo cap. 13. Romulus *facere Sabino, docuit etiam hostibus recipiendus augeri hanc ciuitatem oportere.* de hac ipsa haud dubie historia Varro tertio Humararum; Postea cum his una *Tempiabl. coniuncti & congerminati,* (quod ramen nescio quomodo verbo congermanescere subiungatur apud Nonium) *tenere.*

15. (l) *Luuentus, &c.* ] Lectionem Gruteri quam ex optimo codicum Nazariano habet, recipi placuit. discrepantes vide in variis.

Ibid. (m) *patres* ] Varias huius appellationis causas afferunt Dionys. 2, 8. & Plut. Rom. 18. mihi potissima videtur, quam idem Plut. adducit, ita dictos, vt admonerentur ipsi patria cura & sollicitudine complectendos inferiores: plebei vero, amandos & obseruandos esse ad instar parentum: quo etiam respectu principem patriam appellauimus; vt *serret datam sibi potestatem patriam, qua est temperatissima, liberis consulens, sua quo post illos ponens.* Seneca de clem. 1, 14. Similem rationem cur Graeci Reges *αυαρχας* vocauerint, reddit Plut. Theseo cap. 38. Ab hac appellatione; orba Resp. Senatu destituta. Iustin. 21, 4, 3.

Ibid. (n) *Senatus* ] Cicero in Catone cap. 6. Plut. an seni sit gerenda Resp. ita Laced. Senatum Lycurgus Gerontes, Apollo Presbygenem appellauit. idem ibidem.

15. (o) *Caprea* ] Recte: quamuis Palat. prim. & sec. Caprae. nam utrumque Latinis in vsu; certe utrumque inuenitur in Mss. itaque minus recte illi, qui in postremis editionibus Suetonii, mutarunt versus illum Tib. 45, 4. *Hircum vetulum capreu naturam ligurare, minus, inquam, recte, qui maluerunt litera minus capriu. certe à caprea capreolus.* Gruterus.

Ibid. (p) *Paludem* ] Iordanis Codices sic habent: *Caprapaludis*; quod non caret ratione. Sic *αυγος ποταμος* cum sit vnicus fluius, latine Caprae fluius, aut Caprae fluiui. Salmasius.

17. (q) *discerptum* ] Romuli interitus varie scribitur. Lege Val. Maximum 5, 3, 1. Cicero. 1. de ll. Augustin. 3, 15. Ciuit. Ouid. Fast. 2, 491. Item ceteri. Modum nouum ex Aristobuli sententia ponit Plut. in Paral. cap. 32. Camers. Vide etiam Dionys. 2, 57.

Ibid. (r) *consecrationis speciem prabuere* ] Idem dicit Dionys. dicto loco.

18. (s) *Iulius Proculus fidem fecit* ] Iulius 1, 16, 5. Lactantius 1, 36. Cic. princ. librorum de ll. Dionys. 2, 64. f. Similia legas apud Suet. Aug. 100, 9. Senec. princ. *απορολοζ.* Dionem lib. 59. de morte Drusillae. Ad quorum imitationem cuius veterum comparandus Barclaius Arg. lib. 3. in narratione Selenissae de Theocrine.

ocine. Sed non hactenus stetit ludibrium. Quidam miles sine adulatione, sine insania motus. Quis autem illa species, inquit, quam in summa arce vidi, cum ex castris exiisti primum sumus? & reliqua quae sequuntur. Quadrat huc Taciti locus H. 13. 34. 3. *Vagus primum & incertus rumor: mox, ut in magni mendacis, interfuisse se quidam & vidisse affirmabant.*

Ibid. (r) *Quirinum*] Rationes appellationis huius varias affert Gvidius Fast. 2, 477. siue à genere hãstã; siue à Cũribus, siue à Quiritibus, quos tamen ab ipso nomen accepisse putat Iustinianus §. 2. Inst. de I. N. G. & C.

Ibid. (u) *diis, ita*] Distinctionem hanc menti auctoris conuenire putamus, ita, hoc est, si hoc fecerint, si se pro numine acceperint, sicut apud alios auctores, passim occurrit sic. ut Ouid. lib. 2. amor. eleg. 13. vers. 12. *Sic tua sacra pius semper Ostris amet.* Idem epist. 20. vers. 3. — *discedat sic corpore languor ab isto.* Tibullus 2, 5. fin.

— *Sic tibi sint intonsi, Phæbe, capilli*

*Sic tua perpetuo sit tibi casta soror.*

& alia compluria, quanquam nec illa distinctio *diis ita plas*, inepta est, & loco Taciti 13, 56, 1. iuuatur. Id *diis* quos implorarent placitum, ut arbitrium penes Rom. maneret, quid darent, quid adirent, neque alios iudices, quam se ipsos patenter.

## De Numa Pompilio.

### CAP. II.

Succedit Romulo Numa Pompilius: quem Curibus Sabinis agentem, ultro petiuere, ob inclitam viri religionem: || (a) Ille sacra, & cæ- 2  
remonias, omnemque cultum deorum immortalium docuit: ille Pontifices, Augures, Salios, (b) ceterosque per sacerdotia; (c) annum quoque in duodecim menses, fastos dies nefastosque descripsit. || Ille (d) Ancilia atque; (e) Palladium, secre- 3  
ta quædam (f) imperij pignora, (g) Ianumque germinum, fidem pacis ac belli: in primis (h) focum Vestæ virginibus colendum dedit; ut ad simula-



crum cœlestium siderum, custos imperij flammam vigilaret. || Hæc omnia quasi monitu deæ<sup>(i)</sup> Egeria, quò magis<sup>(k)</sup> barbari acciperent. Eò denique ferocem populùm redegit, <sup>(l)</sup> vt quod vi & iniuria occupauerat imperium, religione, atque iustitia gubernaret.

## NOTÆ IN CAPVT II.

Numæ gesta scribunt Liu. 1, 18. & seqq. Plinius (sive Victor est) de vit. illustr. cap. 3. Solinus cap. 2. Ruffus de vit. regia. Eutrop. 13. 1. Oros. in 2. Agell. Valer. Maxim. 1, 2, 1. Lactantius 1. 22. Plinius 13, 13. 14, 12. 18, 29. Augustinus de Ciuitate Dei 2, 16. 3, 9. 11, 15. 7, 35. 18, 24. Plura Ouid. Metam. 15. fab. 44. Virg. Æn. 6, 808. Plura Plut. in vita Numæ; & Dionys. 2, 592. Dicitur autem *Numa ἀπὸ τῶν νόμων*, hoc est, à legibus quas Rom. instituit, autor Seru. Æn. 6, 808. Camers.

Num. 2. (2) *Ille sacra*] Omnia quæ ad diuinum cultum spectabant, Numæ in octo partes distribuit.

Primi erant *Curiones*, qui pro curialibus rem diuinam faciebant.

Secundi *Flamines*, quos à gestatione pileorum quæ flammeæ dicebantur, ita nominabant. Alii à filo deriuant, quasi filamines.

Tertio erant *Tribuni Celerum*, qui designari solebant, vt regum ad bellum euntium satellites & custodes.

Quarto ordine erant *Augures*, qui non auium tantum, sed signa omnia diuinitus missa interpretabantur.

Quintus ordo habebat *Virgines Vestales*, quæ sacri ignis custodes erant.

Sexto loco habebantur *Salij*, qui saltatione & choreis laudabant deos armorum præfides.

Septimâ in classe *Feciales* locabantur. Horum officium erat, 1. vt cura gereretur ne P. R. vlli fœderatæ ciuitati bellum iniustum inferret. 2. vt cognoscerent, si qui fœderatorum se à Romanis iniuriam passos dicerent, an id iure dicerent. 3. vt imperatorum delicta contra iusiurandum ac fœdera commissa expiarent.

Vltimo & octauo numero habebantur *Pontifices*. Hi à ponte ligneo seu sublicio reficiendo dicti, de cærenoniis ac religione cognoscebant, leges ferebant de sacris, quæ non erant scriptæ, aut moribus P. R. recepta. Sacerdotes examinabant. ipsi nulli iudicio,

judicio multatæ erant obnoxii, neque senatui, neque populo dictorum factorumque rationes reddebant. Pontanus ex Dionys. 2, 65. & seqq.

Ibid. (b) *ceteraque per sacerdotia*] Ita Mss. Vineti, Gruteri, Salmasii, & defendi potest, ut Floro *per sacerdotia describere*, idem sit quod Tacito, *per cohortes* H. 4, 66. 2. *per manipulos* 2, 78. 4. *componere*. Salmasius corrigit, *ceteraque fere sacerd.* Burgerf. *Variarum* 1, 18. *ceteraque P. R. sacerd.* quæ lectio maximam speciem habet.

Ibid. (c) *Annum quoque*] De hac re vide Macrobius 1, 13. Plutarch. Numa cap. 32. Censor. cap. 20. Solin. cap. 1. Ouid. Fast. 1. vers. 43.

3. (d) *Ancilia*] *Aneylia* per y scribit Plut. Numa. cap. 25. & appellata ita adicit, quoniam ἀγκυλον τὸ γῆμα ποιεῖσιν, curiam figuram faciunt. Cæteras derivationes vide ibidem.

Ibid. (e) *Palladium*] Erat hoc simulacrum Palladis, quod Æneas post excidium Troiæ à Diomede acceptum asportasse in Italiam dicitur. Quem ideo *penatigerum* vocat Ouid. *Metam.* 15, 430. Quamvis alios, bello Mithridatico à Fimbria reperrum, auctores esse Servius ait, ad Æn. 2, 166. Aliorum denique alia est ea de re sententia. Vide Dionys. 2, 77. Hinc ille nummus, Pontano teste, cum Vesta templo, in quo Palladium Roma servabatur. In eodem nummo Æneas fingitur Anchisen patrem humeris portans, & manu dextra tenens hoc Palladium, sinistra filium Iulum. Hoc vero *Palladium*, quod occultum Romani neminique videndum colebant, Heliogabalus in cubiculum suum transfult. Herodian. 5, 15. quamvis Lamprid. in vita ipsius cap. 6. non veram imaginem abstulisse, sed ex pluribus quæ ad simulacrum illud efficta erant, aliquam, asserat. Posset autem Romanis hoc loco obici quod à Strabone lib. 6. Hæacleotis. *At multo etiam protentius est ea ab illo allata fabulari, quæ scriptores ponunt. Nam & Heracles, & Lausus, & Luceria, & Siritide Minerva habetur Attica, quasi ab illo allata.*

Ibid. (f) *Imperij pignora*] Fata appellat Plautus Bacchid. 917. quibus nempe manentibus salus populi salva esset: Eiusmodi septem recenset Servius ad Æn. 7, 188. & sunt: *Acus matris deum, Quadriga fœdiles*, (de quibus Plinius 28, 2. & 35, 12.) *Veientorum cineres, Orestis sceptrum Priamius, Ilione, Palladium, Ancilia.*

Ibid. (g) *lanæque geminum*] Causas huius consuetudinis docui ex sententia Macrobius, Servii, Sillii, Nasonis, in annotationibus nostris in Claudianum de laud. Stilic. 2, 287. Virg. Æn. 7, 609. Idem scribit Florus infra 2, 3, 1. & 4, 12, 64. August. *Civit.* 3, 9. Cameris. Vide etiam Plinium 34, 7. & Servium Æn. 1, 298.

Ibid. (h) *Focum Vestæ* ] Vult, sicut sidera æternùm luceant, sic debere, virginum assidua cura atque opera, hunc ignem. Lipsius de Vestæ cap. 9. vbi vide plura, qualia solent apud Lipsium. Plutarch. Rom. cap. 41. & Dionys. 2, 66. à Romulo institutas Vestales referunt. Vide & Ouid. Fast. 6, 248. & seqq.

4. (i) *Egeria* ] De Egeria præter alios Ouid. Fast. 3, 260. & Metam. 15, 482. August. Ciuit. 7. cap. vii. Lactant. 1, 22. Cicer. 1. de legib. Acron. 2. Epist. Horat. Camers. Similia recensent, Val. Maxim. 1, 2. Dionys. 2, 52. Plut. Numa cap. 8. Diodor. 1, 94.

Ibid. (k) *Barbari* ] Appellat ita, quod rudes & feroces fuerint, nullis cultioribus institutis mitigati, quod noster tangit infra 1, 22, 1. & Dionys. 3, 26. siue quod ex Barbaris, h. e. non Græcis, orti. Qua ratione Plautus, *Marcus* vocit *Barbare* in Prologis *Asinariæ* & *Trinunimi*: item *Capitius*, 4, 2, 114. *Quid tuper barbaricas urbes iuras?* cum Italas nominasset: & in eiusdem *Pœnulo* 3, 2, 21. *Barbariam* pro Italia accipiunt. Dionysius tamen Romanos à Græcis ortos asserit, 4, 31. hoc argumento, quod literis Græcis scripta columna in Diana fano locata fuerit tempore Regis Tullii. Cuius tamen fidem eleuat Casar de bell. Gall. 6, 14. qui Græcas literas in vsu fuisse scribit apud Gallos, quos tamen nemo facile à Græcis deduxerit.

Ibid. (l) *Vt quod vi & iniuria* ] Hanc plerorumque, fere dixerim omnium, magnorum imperiorum originem esse facile videbunt res ex vero æstimantes. Vt ridicule facere videantur, qui ab aliis maiorum suorum acquisita, ab aliis iterum perditâ, longo post interuallo, quasi iure repetunt, sicut apud Tacitum 6, 31, 3. *Artabanus Parthus Veteres Persarum ac Macedonum terminos reposcit:* & apud Herodian. 6, 6. *Artaxerxes Persâ, omnem Asiâ, ceu veterem Persarum possessionem sibi vindicat.* Sapor etiam apud Marcell. 17, 10. *Constantio Imp. scribit in hæc verba: Adusque Strymona flumen, & Macedonicos fines, tenuisse maiores meos, antiquitates quoque vestrae stantur: hac me conuenit flagitare.* Adde nostrum infra 2, 8, 7.

## De Tullo Hostilio.

### CAP. III.

EXcipit Pompilium Numam Tullus Hostilius: **C**VI IN honorem virtutis regnum vltro datum. (a) Hic omnem militarem disciplinam, ar-



artemq; bellandi condidit. || Itaq; mittum in modum exercita iuuentute, prouocare ausus Albanos, grauem, & diu<sup>(b)</sup> principem populum. || Sed quum pari robore frequentibus p̄telijs vtrique comminuerentur, misso in compendium bello, Horatijs, Curiatijsque, tergeminis hinc atque inde fratribus, vtriusque populi fata<sup>(c)</sup> permilla sunt. || Anceps, & pulchra contentio, exituque ipso mirabilis. Tribus quippe illinc vulneratis, hinc duobus occisis, qui supererat Horatius, addito ad virtutem dolo, vt distraheret hostem, simulat fugam: singulosque, prout sequi poterant, adortus, exsuperat. || <sup>(d)</sup> Sic (rarum alias decus) vnus manu parta victoria est: quam ille mox parturicio fœdauit. Flentem spolia circa se, sponsi quidem, sed hostis, sororem viderat. hunc tam immaturum virginis amorem vltus est ferro. Citauere leges nefas: sed abstulit virtus partidam: & facinus intra gloriam fuit. || Nec diuin fide Albanus. Nam Fidenate bello missi in auxilium ex fœdere, medij inter duos<sup>(e)</sup> expectauere fortunam. || Sed rex callidus, vbi inclinare focios ad hostem videt, tollit animos,<sup>(f)</sup> quasi ipse mandasset. spes inde nostris, metus hostibus. Sic fraus proditorum irrita fuit. || Itaq; hoste victo, ruptorem fœderis<sup>(g)</sup> Metium Fufetium religatum inter duos currus, pernicipibus equis<sup>(h)</sup> distrahit: || Albanque ipsam quamuis parentem, armulam tamen, diruit, quia prius omnes opes vrbis, ipsumque populum Romam transtulisset: prorsus vt consanguinea ciuitas non perijsse, sed in suum corpus rediisse rursus videretur.

## NOTÆ IN CAPVT III.

Vitam Tulli Hostilii regis scribunt Linius 1, 22. Dionys. 3; Futropius 1, 6. Orofius 2, 4. Victor de vir. illustr. cap. 4. Valer. Maxim. 3, 4, 1; 7, 4, 1, 9; 12, 1. Plin. 2, 35, 28, 2. Augustin. Civit. 3, 15. Ruffus. Virgil. Æn. 6, 813. Cæmæra.

Num. 1. (2) *Hic omnem Ætæ*] Annon ante cum Romulus? haud dubie. quomodo ergo hic omnem militarem disciplinam condidisse dicitur? Condere igitur Floro est perpolire, corrigere, & quasi ex integro restituere, sicut Ecbatana Seleucus condidisse dicitur apud Plin. 6, 14. gentem Tyriorum Alexander apud Iustin. 18, 4, 1. imperium Carthaginensium Mago apud eundem, 19, 1, 2. ita Augustus *faciendi* verbo vitur, vbi templum Iouis Feretrii fecisse dicit, in monumento Aneyrana.

2. (b) *Principem populum*] *Principis populus* est, qui reliquis plus potest polletque. hoc ante Romanos in Italia Albani erant, *dius* CCC. nempe per annos. Seruius ad Æn. 1, 276. Nam quod Virgilius, & Iustinus 43, 1, 13, CCC. duntaxat mentionem faciunt, hoc est, vsque urbem conditam.

3. (c) *permissa*] Ita Pal. pr. Gruteri, veteres Salmasii, & Iordanes. hæc tenent editi, *commissa*. rem ipsam quod attinet, similia exempla collegit Zvingerus theatri histor. Volum. s. lib. 4. pag. 213. De talibus quid sentiant Icti, legè apud Ferdin. Valquæzist. illustr. lib. 1. cap. 40. Ayalam de Iure & officiis bellicis lib. 1. cap. 3.

5. (d) *sic (rarum alias decus) vnus*] Ita Pall. editionesque præterque. Grut.

6. (e) *expectauere fortunam*] Callido consilio ducis, quod tamē ipsi in exitum vertit. Apud Lium 31, 32, 4. *Damocritus* prætor *Atolorum*, egregie consultum genti aiebat, nam *vnus* partis melior fortuna belli esset, ad eius societatem inelinatoros.

7. (f) *quasi ipse mandasset*] Hoc ipsum & similia refert Frontin. stratèg. 2, 7. & de Datame Polyanus lib. 7. de hoc Sidon. Apollin. Carin. 2. vet. 288. Vide nostrum infra 4, 2, 83. Et Frontin. 6, 16, 4.

8. (g) *Metum*] Etli properamus, in *negod* & admōnere non pigebit; *Metum* hic scribi, in optimis Nazarianis membranis, & in antiquis Iordanis: quomodo etiam scribendum censeo apud Virgil. Æn. 8, 642. & in illo Ouidii à Criticis exagitatò, Trist. 1, 3, 75.

*Sic doluit Mettus, tunc cum in contraria versus*

*Vitores habuit proditionis equos.*

Nam viri docti qui persuasum habent Virg. & Ouid. propter veritatem; *Metum* pro *Mettum* usurpatum iuille, egregie animi falluntur. *Metum* dixerunt veteres, & *Mettum*; *Mertum* & *Mietum* pro eodem, vs *Atium* cum simplici, & cum duplici, *Ar-*

*rius. Metum dixisse veteres nihil melius probet quam ἠεροξογιστῶν Marcellus. nam vt à Marco, Marcellus: sic à Meto, Metellus. Græcis Μέτιος, ita semper apud illos scriptum reperies. Latinis scriptoribus Metum aut Metrum frequentius quam Metium. quod sciunt satis, qui in peruolūtandis membranaceis libris aliquid temporis contriuerunt. Vide indicem luculentum inscriptionum Gruterianarum. Salmasius.*

Ibid. (h) *distrahit* ] Præter nominatos lege Agell. 20, 1. Valer. Max. 7, 4. Plutarch. Parall. cap. 7. Claudian. in Gildon. vers. 254. Virg. Æn. 8, 642. Camers. Varro primo de vita P. R. imperiosius quam humanius egisse hoc facto Tullum dicit. Litiuus certe 1, 28, 15. supplicium exempli parum memoris legum humanarum vocat. Id supplicii Herculem inuenisse ferunt. Et ab Hermānario Gothorum rege vsurpatum scribit Bonfin. dec. 1. lib. 2. Nec absimile in Bessum statuit Alex.

9. (i) *quamuis par. em. tamen* ] Ita, vbi de imperio agitur, omnia alia inferiora sunt, nec parentibus, nec filiis aliisue sanguine aut necessitudine iunctis pareitur, quorum exemplis plene omnes historia. Nam vt ait Litiuus 1, 42, 2. *inuidia regni, etiam inter domesticos, omnia infida atque iniusta facit.* nimis quippe alte infixum est animis hominum illud apud Sueton. Cal. 30, 9. Euripidis: *Nam si violandura est ius, regnandi gratia Violandum est.*

## De Anco Marcio.

### CAP. IV.

**A**Ncus deinde Marcius, nepos Pompili, (a) pari ingenio. || (b) Hic igitur & moenia muro amplexus est, (c) & interfluentem Vrbi Tiberinum ponte commisit: (d) Ostiamque in ipso maris fluminisque confinio coloniam posuit: || iam tum videlicet præfagiens animo, futurum, & vt totius mundi opes, & commeatus illo veluti maritimo Urbis hospitio reciperentur.

### NOTÆ IN CAPVT IV.

Quæ compendiose hic narantur, lege apud Litiuum 1, 31. Dionys.



Dionys. 3, 49. Eutrop. 1, 7. Oros. 2, 4. Victor, de vir illustr. cap. 5. Ruffum. Solin. cap. 2. Augustin. Ciuit. 3, 15. Euseb. lib. temporum. Plin. 31, 3. Claudian. in Gild. vers. 109. Virg. Æn. 6, 815. Dicitur autem *Ancus* ἄνθος ἢ ἄνθος, id est, à cubito, quem incuruum habuit. Seruius est auctor Æn. 6, 815. Camers. tales enim *Ancus* appellari Feitus affirmat.

Num. 1 (a) *pari ingenio*] Nimirum ad pacis artes prompto, quali Numa fuerat: quanquam nec belli gloria caruerit, sed cuique superiorum regum, belli pacisque & artibus & gloria par fuerit teste Liviò, 1, 35. 1.

2. (b) *Hic igitur & mania &c.*] *Hic intermania* legit Salmasius, quid autem muro cinctum, ostendit Liviùs, 1, 33, 8. Dionys. 3, 58, Pontanus.

Ibid. (c) *& interst. &c.*] Pontis huius vestigia hodieque Romæ extare, & incolis *ponte marmurato* vocari testatur Paulus Merula Cosmogr. part. 2. lib. 4. cap. 22. vbi vide.

Ibid. (d) *Ostiamque*] Plurima huc facientia lege apud Merulam dicit. lib. 4. cap. 19. & 21.

## De Tarquinio Prisco.

### CAP. V.

1. **T**arquinius postea Priscus, (a) *QVAMVIS* transmarinæ originis, regnum vltro petens, accipit, ob industriam atq; elegantiam: quippe qui oriundus Corintho, Græcum ingenium Italicis
2. artibus miscuisset. || (b) *Hic & senatus maiestatem numero ampliauit, & centuriis tribus auxit, quatenus Attius Nauius numerum augeri*
3. *prohibebat, vir summus augurio.* || (c) *quem rex in experimentum rogauit, ferine posset quod ipse mente conceperat? Ille rem expertus augurio, posse*
4. *respondit.* || *Atqui hoc, inquit, agit abam, an eorem illam secare uosacula possem? Augur, Potes ergo, inquit: & secuit.* (d) *Inde Romanis facer auguratus.* || *Neque pace Tarquinius quam bello prom-*

prior. Duodecim namque Tusciae populos frequentibus armis subegit. || (c) Inde (f) fasces, (g) trahæ, (h) curules, (i) anuli, (k) phalæx, (l) paludamenta, (m) prætexta; (n) inde, quod aureo curru, quatuor equis triumphatur; (o) togæ pictæ, (p) tunicæque palmatæ; omnia denique decora & insignia, (q) quibus imperij dignitas eminet.

## NOTÆ IN CAPVT V.

Historiam regis huius scribunt Liuius 1, 35. Dionys. 3, 59. Eutrop. 1, 7. Oros. 2, 4. Victor cap. 6. de vir illustr. Val. Max. 1, 4, 1. & 3, 4, 2. Plinius 33, 1. & 3. 35, 12. Lactant. 2, 8. August. Ciuit. 3, 15. Lege Ruffum, Solinum, Eusebium. Camers. Vide etiam Suidam.

Num. 1. (a) *quamuis transmarina orig.* ] Patre nimirum Demarato Corinthio natus, cuius præter citatos Strabo lib. 9. & lib. 3. meminit.

2. (b) *Hic & sen. &c.* ] Ita veteres testibus Grutero & Salmatio, melius quam impressi. sensus est: rex tribus cum numero augere prohiberetur, coniectis in easdem centuriis auxit.

2. (c) *quem rex &c.* ] Referunt hoc Dionys. 3, 94. Liuius 1, 36. Cicero de diuin. 1, 17. Lactant. 2, 7.

4. (d) *inde Rom. &c.* ] *Romani nihil in bello sine exitu agunt, nihil sine auspiciis domi habent.* Cicero de diuin. 1, 43. Claudius etiam ad senatum retulit, super collegio aruspicum, ne vetustissima Italica disciplina per desidiam exolesceret. Tacit. 11, 15, 1.

6. (e) *& inde fasces &c.* ] Cum Tarquinius Etruscos nouennali bello fregisset, hac conditione pacem petentibus dedit, ut se ciuitatum suarum principem agnoscerent. Illi facite assensu, principatus insignia quibus suos reges ornare consueuerant, ad eum detulerunt. Dionys. 3, 84. etiam Strabo l. 5. testatur, ornatum triumphalem ac consularem, omniumque adeo magistratum, à Tarquinio Romam fuisse translatum. Alludit huc Silius Ital. 8, 486.

*Bisfenos hæc prima dedit præcedere fasces, &c.*  
& Sallust. Catil. 51, 33. *Insignia magistratum ab Tusco pleraque sunt signis.*

Ibid. (f) *fascies*] Magistratum maiorum insignia: quæ ipsa à licetoribus præferbantur. His autem Romulum etiam usum esse Linius 1, 8, 2. innuit. Eusebius autem in Olymp. 25. Tulium Hostilium primum Rom. regum fascies habuisse asserit.

Ibid. (g) *trabea*] Toga species ex purpura & cocco Ibid. lib. 39. qui Romulo tribuit inuentivem eius; & firmat Plinius 9, 39. Cedrenus etiam Numam trabea usum scribit, non longe à principio.

Ibid. (h) *Curules*] Sellas curules ab Etruscis sumptas etiam Linius auctor est, 1, 3, 4. Macrobius Saturn. 1, 6. Tullium regem accepisse sellam curulem ab Etruscis memorat. Erat autem sella, qua sedebant Coss. Prætores, Ædiliū etiam qui inde Curules dicebantur. Senatores enim qui curulem magistratum gessissent, Bassus dicit curia solitos honori gratia in curiam vehi, in quo curru sella esset, supra quam considerent, qua ob eam causam curulu appellaretur. Agell. 3, 18. Erat autem ea sella eburnea, indeque Horatio curule ebur dicitur. In Epit. 1, 6, 52.

*Culibet hic fascies dabit, arripe, que curule  
Impertunus ebur.*

Ibid. (i) *anulis*] De anulorum origine & apud Romanos usū proluxit Plin. 33, 1. ubi vide. Atque ab initio quidem, triumphantes tantum, nec hi quidem omnes, aureis utebantur. mox ad equestrem ordinem degenere: villoribus gestare non licebat. apud Linium 23, 12, 2. bello Punico secundo, dicit Mago: *neminem nisi equitem, atq. eorum ipsorum primores, ad gerere insigne.* Adeoque proprium hoc equitibus ornamentum erat, ut qui à Principe anulo aureo donarentur, in ordinem equestrem allekti intelligerentur. ita apud Tacit. H. 1, 14, 2. H. 2, 57, 5. Sueton. Cæs. 39, 4. & Vitell. 12, 4. Hinc auctor infra 2, 6, 31. dignitatem equestrem pro anulis posuit: Inferioribus saculis ingenuitatis nota erat; quicquid ius illud adepti erant, ut ingenui habebantur. L. 4, cum seq. de iur. aureor. annul. 1, 12, 9. dein ius voc.

Ibid. (k) *phalera*] Ornamenta equorum, quibus inter dona militaria, equites ob rem bene gestam donabantur. exempla apud Liu. 39, 31, 14. Plin. 7, 28. ubi Siccium phaleris viginti quinque donatum scribit.

Ibid. (l) *paludamenta*] Hæc appellatio ad varias vestes extenditur; propria tamen est Imperatoria. ita noster infra, 4, 2, 39. Græci *Φοινικίδα* sæpius appellant. Appian. de bell. Parth. de Crasso, 87. *ἡρώδης ἰσὶ Παρθεσίων ἑξήμισιοι, ἢ Κοινίδιοι, ἢ ἰσὶ Δεί.* & totidem verbis, Plut. Crasso cap. 42. Non, ut mors erat Romanis imperatoribus, purpurata præcepisse, & de Antonio idem Appian. eod. lib. *ἢ τὰ ἑξήμισιοι Φοινικίδιοι, ἢ ἰσὶ Δεί.* in imperatoria purpurea prædant. Tali enim colore differabant à sagis vulgaribus. Inde Cæcilius Imperatorum dicarum paludamentorum ait



Plinius 22, 2. Effigiem Imperatoris paludati exhibet Lipsius de Mil. Roman. sine libri secundi.

Ibid. (m) *prætexta*] Hac etiam Hostilium vsum scribit Plinius 9, 39. Liuius 1, 8, 4. nihil aliud quam ab Hetruscis sumptam. Macrobius originem prætextarum Romæ. etiam ab Hostilio accessit, Saturn. 1, 6. ita dicta est, quod purpura esset prætexta, qualem etiam Iustiniani adhuc tempore in vsum fuisse, colligere liceat ex §. 26. Inst. de rer. diuis. Porro prætextis utebantur in magistratibus, in sacerdotiis, liberi quoque eorum prætextis purpurâ togis (vnde prætextati vocabantur, vt infra 2, 6, 10.) utebantur, magistratibus in colonis, municipiisque, Romæ infimo genere magistris vicorum togæ prætextæ habendæ ius permissum erat. Liuius 34, 7, 2.

Ibid. (n) *inde quod aureo curru &c.*] Triumphus honor est omnium amplissimus, qui vel Senatus auctoritate, vel populi iussu deferri poterat illi, qui imperium acceptum cum virtute feliciter gesserat. Huius vero apparatus, pompæque variata fuit pro Reip. incremento, & rerum gestarum magnitudine. Quis primum apud Rom. triumphum egerit, inter scriptores non conuenit, Plutarchus Romul. cap. 27. contendit à Romulo institutum pedestrem, sed à Prisco curulem, h. e. vt *aureo curru, quo suorumque equis triumpharetur*, cumque triumphum alii à Poplicola consule primum esse actum opinantur. De iure, ordine, pompa triumphi, per opportunitatem latius dicturi sumus, cui nunc ista non satisfaciunt, is consulat Valer. Max. Cicer. in Pisonem, Zonaram lib. 2. Annal. Liu. Dionys. Plut. Agell. Dionem, & huius seculi scriptorem elegantissimum, diligentissimumque Carolum Sigonium, de iure ciuium Romanorum. Stadium. Ad equos quod attinet, albos fuisse patet ex Liuius 5, 28, 1. Propert. 4, 1, 12. Sidonio carm. 2. vers. 375. & Apuleio in Apologia; *Peram & baculum philosophus exprobares? igitur & triumphantibus quadrigas albas, &c.* Pompeius Magnus elephantis iunctis triumphauit, teste Plinio, 8, 2.

Ibid. (o) *toga picta*] Nempe acu, ex inuento Phrygum, indice Plin. 8, 48. vnde etiam *Phrygia vestes* nomen habent.

Ibid. (p) *tunicaque palmata*] Has plerique pro iisdem habent cum togis pictis: ego autem nusquam legisse memini *togam palmatam*, sed semper *tunicam*, nisi apud Isidorum lib. 19. quem pro idoneo auctore hoc in loco non agnosco. constat autem, quid inter togam & tunicam intersit: imo simul gestari solitas indicat Liuius, 30, 15, 8. Præterea ab auctoribus ita curiose non distinguerentur, si eadem forent.

Ibid. (q) *quibus imp. dignitas*] Vide Val. Max. 2, 2, 7. L. 1, 1, 8. 2, 3, 41, 7. 45, 29, 2.

De Seruio Tullio.

CAP. VI.

1 S Eruius Tullius deinceps gubernacula Urbis  
 inuadit, (a) Nec obscuritas inhiuit, quamuis  
 (b) matre serua creatum. Nam eximiam indo-  
 lem vxor Tarquiniij Tanaquil liberaliter educa-  
 uerat; & clarum fore, (c) visa circa caput flamma  
 2 promiserat. || Ergo inter Tarquiniij mortem, an-  
 nitente regina, substitutus, in locum regis, (d)  
 quasi ad tempus, (e) REGNUM dolo partum sic egit  
 3 industrie, vt iure adeptus videretur. || Ab hoc po-  
 pulus Romanus relatus in (f) censum, digestus  
 in classes, curiis atque (g) collegiis distributus:  
 summaque regis solertia ita est ordinata res publi-  
 ca, vt omnia patrimonij, dignitatis, ætatis, arti-  
 um, officiorumque discrimina (h) in tabulas re-  
 ferrentur; ac sic maxima ciuitas minimæ domus  
 diligentia contineretur.

NOTÆ IN CAPVT VI.

De Rege isto scribunt Liuius 1, 41. Dionys. 4, 1. & plerique  
 supra citati.

Num. 1. (a) *nec obscuritas*] Hæc enim ad altiora nitenti impe-  
 dimento esse solet. quo consilio Astyages, cum sibi à nepote me-  
 zueret, filia ex gente obscura tum temporis Persarum, maritum  
 dedit, ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret. Iu-  
 stin. 1, 4, 4. Quicquid enim virtute, quicquid industria profe-  
 ceris, quia tamen in æquo videre, fortunæ modum exigent.  
*Ægerime enim, ait Dio lib. 41. homines tolerant sibi à suis æqua-*  
*libus antari.*

Ibid. (b) *matre serua*] Et inde Seruio nomen. Dionys. dicto,  
 loc o. consentit cum nostro Iuuenalis Sat. 8, 259. Festus in voce  
*Seruorum dies Festus erat, præter alios, quibus accedere non vult*  
 Liuius 1, 39, 10.

Ibid. (c) *visa circa caput flamma*] Historiam hanc scribunt Plinius 7, 110. & 35. 27. Cicero de Divin. 1, 53. Valer. Max. 1, 6, 1. Liuius 1, 39, 1. Dionys. 4, 2. auctor de vir. illustr. cap. 7. Servius ad Æn. 2, 682. ubi Virgilius simile de Iulo fingit, quod repetit Claudian. in IV. consularu Honorii, vers. 192. & Sidonius Apollin. carm. 2. vers. 115, & ad Masinissam trahit Silius lib. 76. vers. 118. Accidit hoc & L. Marcio duci exercituum Cornelianorum. de quo Liuius. 25, 39, 17. Val. Max. 1, 6, 2. Philosophi norant ex naturalibus causis oriri posse hunc ignem, apud Photium certe Bibliothecæ cod. 242. plura recenset Damascus, quæ partim prodigiis, partim naturalibus causis accenseas. ipsum locum adscribere fas sit: *Seueri equus, quo multum usus est, trallatæ, scintillas è corpore multas & magnas eiecit, donec portentum hoc ad consularæ dignitatem Roma euexit. Sed & Tiberio asinus, ut refert Plutarchus Charonensis, adhuc iuueni. & in Rhodo operanti danti eloquentia, imperium eodem euentu præsignificauit. Sed & Baïomeri, unum ex Attilæ pulchri, de suo corpore secisse scintillas. Hic Baïomeri pater fuit Theodoricus eius, qui nunc summum totius Italia imperium tenet. Dicit autè etiam de se ipso auctor, ut etiam mihi, cum & indur & exur, etsi id raro admodum accidit, accidit tamen, ut scintilla ingentes exiliant, aliquando cum sonitu, interdum etiam flamma integra vestem illustrent, nihil tamen exurant; & se ignorare quo portentum hoc tenderet. Vidisse se ait & hominem quandam è capite scintillas eustrantem, & flammam cum vellet, è capite asperire veste attrito excitantem. Cæterum sicut ignis clarus est & splendidus; ita claros etiam futuros quibus eueniunt, talia prodigia ostendunt. Eadem ratione apud Dionys. 5, 45. Romanj cum pila arsisent, λαμπρὸς ἕκαστος splendidam victoriam sibi portendi interpretantur. ita illustria Macedonum castra Dario visa, fulgorem Alexandro portendere augurantur quidam, apud Curt. 3, 3, 6.*

2. (d) *quasi ad tempus*] Dum nempe Rex conualesceret, cuius mors tegebatur, donec Seruio confirmaretur potestas. ita calliditate Luix, simul excessisse Augustum, & rerum potiri Neronem, fama eadem vidit. Tacit. 1, 5, 2. Simile exemplum Calligenis qui mortem Philippi celauit, dum Perseus regnum inuaderet, apud Liu. 40, 56, 11. & Mechemetis Bassæ, qui Solymanni obitum pressit, donec ad Selimum de occupando regno litoras daret, apud Thuan. Hist. lib. 38. adde Iustin. 30, 2, 6.

Ibid. (e) *regnum dolo partum &c.*] Ita de Tarquinio auctor de viris illustr. cap. 6. regnum intercepit, & ita administrauit, quasi iure adeptus fuisset. Assuevit enim alias fieri, vt respondeant inimicis regnorum reliqua. vide infra not. ad 1, 7, 1.

3. (f) *consensum*] Vide latius Dionys. 4, 19. & Liuium 1, 42, 6.



Ibid. (g) *collegiis*] Dissentiunt à nostro Plutarch. Numa. cap. 31. & Plinius 34. 1. & 35. 12. qui Numæ institutum hoc tribuunt.

Ibid. (h) *in tabulis*] Vetusiores editiones præferunt *in tabulis*, non absurde. eo fere modo loquitur Sueton. *quemadmodum summam rationibus vellet referri.* in Vespas. 22. 5. Quod sequitur, *ac sic*, ex Nazariano est, elegantius utiq; quam illud Impr. *ac si*.

## De Tarquinio Superbo.

### CAP. VII.

- 1 **P**ostremus omnium fuit regum Tarquinius,  
 cui cognomen (a) *Superbo* ex moribus datum.
- 2 || Hic (b) regnum auitum, quod à Servio tenebatur, (c) rapere maluit, quàm expectare; immisissique in eum percussoribus, **SCELERE** partam potestatem (d) non melius egit, quàm acquisierat.
- 3 || Nec abhorrebat moribus vxor Tullia, quæ, vt virum regem salutaret, (e) super cruentum patrem, vecta carpento, consternatos equos egit.
- 4 || Sed ipse (f) in Senatum cædibus, in omnes (g) superbia, **QVÆ** crudelitate grauior est bonis, grassatus; quum (h) sæuitiam iam domi fatigasset, tandem in hostes conuersus est. || Sic valida oppida (i) in Latio capta sunt, (k) Ardea, Ocriculum, Gabijs, (l) Suessa Pometia. || Tum quoque cruentus in suos. (m) neque enim filium verberare dubitauit, vt simulanti transfugam, apud hostes hinc
- 7 fides esset. || Cui Gabijs, vt voluerat, recepto, atque per nuncios consulenti *quid fieri vellet*, (n) eminentia forte papauerum capita virgula excutiens. quum per hoc interficiendos esse principes intelligi vellet (o) (quæ superbia!) sic respondit.
- 8 || Tamen de manubijs (p) captarum urbium templum

plum erexit. quod quum inauguraretur, cedentibus ceteris deis (mira res dictu) resistere (q) Iuventas, & (r) Terminus. || Placuit vatibus contumacia numinum. siquidem firma omnia & æterna pollicebantur. Sed illud horrendum, quod molientibus ædem, in fundamentis (s) humanum repertum est caput, nec dubitauere cuncti, monstrum pulcherrimum, imperij sedem, caputque (t) terrarum promittere. || TAMDIU superbiam regis Populus Romanus perpessus est, donec aberat libido. hanc ex liberis eius importunitatem (u) tolerare non potuit. || Quorum quum alter ornatissimæ feminæ (x) Lucretiæ stuprum intulisset, matrona dedecus ferro expiauit. (y) Imperium tum regibus abrogatum.

## NOTÆ IN CAPVT VII.

Huius gesta scribunt Liuius 1. 49. & deinceps. Dionys. 4. 48. & deinceps. Ruffus. Eutropius. Victor de vir. illustr. cap. 8. Accius Bruto; cuius tamen pauca fragmenta hodie extant.

Num. 1. (a) *superbo* ] Cognominis huius rationem reddit Liuius 1. 49, 1. quod insepultum focerum abiecerit: meliorem noster, Dionys. 1. 67. & 4. 48. autor de vir. illustr. cap. 8. & Propert. 3, 11, 48. *Nomine quem simili vita superba notat.* h. e. cognomen hoc traxit, quoniam superbo vixit & imperauit, vt recte interpretatur Gebhardus dicto Propertii loco.

Ibid. (b) *regnum autum* ] Indicat igitur Tarquinium hunc nepotem fuisse Prisci, quod & Dionys. 4, 1. & 48. expresse testatur. alii filium eius faciunt, inter quos Liuius 1, 47, 2. Onuphrius in *Factis in Olymp.* 67. Agellius 17, 21. Plutarch. *Poplic.* cap. 21. filium an nepotem Prisci appellet, ambigit.

Ibid. (c) *rapere maluit* ] Videtur alludere ad verba Liuii 1, 47, 2. *qui habere regnum, quam sperare mallet.* sicut & Tacitus 1, 7, 11. de Germanicis, *ne habere imperium, quam expectare mallet.* quæ loca suspicionem mihi iniiciunt, ita etiam scripsisse Liuium, *expectare, aut spectare,* pro quo, qui minus intellexere, substituerint. *sperare.*

Ibid. (d) *non melius egit, &c.*] Ita solet fieri. Nemo enim unquam imperium flagitio quaesitum bonis artibus exercuit. Tacit. H. 1, 30, 6. nam plerumque imperium iis artibus retinetur, quibus initio partum est. Sallust. Cat. 2, 5. Qui enim bonis artibus ad regna peruenerit, iisdem etiam subditorum animos retinere gaudent; qui diuersa irrupere via, quoniam caritatem ciuium promittere sibi non possunt, metu & terrore, solitis tyrannidi vinculis expriment obsequia. Ita, quod ait Seneca de clem. 1, 13. scelera sceleribus mendata sunt: Rarissimum enim est, ut regnum dolo partum sit agatur industrie, ut iure acceptum videatur. Vide proxime precedentem notam ad 1, 6, 2. e. Eodem prope loquendi modo Clytemnestra in Agamemnonem Seneca inuehitur, vers. 174. Sic auspiciatus bella, non melius gerit, & Liv. epit. 69, 1. Saturninus tribunatum non minus violenter, quam petierat, gessit.

2. (e) *super eruentum patrem*] Immanitas incredibilis; sed non tamen sine exemplo. legimus enim & apud Iustin. 41, 6, 5. Eucratides a filio quem socium regni fecerat, in itinere interfecit: qui non dissimulato parricidio, velut hostem, non patrem interfecisset. Et per sanguinem eius currum egit, & corpus abiectum insepultum iussit. Gruterus. Tulliae facinus praeter Dionys. & Liu. recenset etiam Val. Max. 9, 11, 1. & Ouid. Fastor. 6, 603.

3. (f) *in Senatum cadibus*] Rationem huius facti reddit Linius 1, 49. Nam cum senatus ex optimis & ditissimis ciuibus constaret, hunc praecipue sublatum voluit, tam ut eorum praeda ditesceret, quam ut metum sibi ab iis demeret, denique ut facilius orba reip. dominaretur. Regibus enim semper boni quam mali suspectiores sunt, semperque his aliena virtus formidolosa est. ait Sallust. Cat. 7, 2. Vide notam Bernegg. ad Iustin. 42, 2, 10. f. ita Graecinum Iulium C. Caesar occidit ob hoc unum, quod melior vir erat, quam esse quocquam tyranno expediret. apud Senec. de benef. 2, 21. & Tiberius Atruntium diuitem promptum, artibus egregium, & pari fama publico, suspectabat. apud Tac. 1, 13, 2. Tertiam rationem quod attinet, eod facit Hanthonis consilium apud Iustin. 21, 4, 3. qui senatum interfectorum erat, ut orbam temp. facilius inuaderet.

Ibid. (g) *superbia*] Perdicea odium arrogantiae plus nocuit quam hostium vires, apud Iustin. 13, 8, 2. vbi notam Berneggeri vide.

Ibid. (h) *sentiam*] Ita vetus e. Grut. Pallque sec. ac tert. quae lectio etiam Salmas. probatur.

4. (i) *in Latio*] Atqui nulla subiectarum urbium Latina praeter Gabios? apparet igitur Florum non stricte vocabulo Latii usum fuisse; sed quomodo posterioribus temporibus consuevit, ut vicini etiam populi comprehenderentur, qua ratione socii Latini nominis appellati creberrimae apud auctores, non Prisci tantum



tantum Latini, sed Italorum plerique, ut à Clituerio non merito reprehensus videri possit noxer, quod *Otriculum*, (pro quo ille *Olliculum* rescribit) in Latio posuerit. eadem enim ratione ceterarum quoque urbium nomina mutanda forent. Vide etiam infra 1, 11, 8. f.

Ibid. (k). *Ardea*] Sed hæc oppugnata tantum ab ipso, nec capta est, teste Dionys. extremo lib. 4. Liu. extremo lib. 11 nam in obsidione ista conspiratio aduersus ipsum facta est.

Ibid. (l) *Suessæ Pomertia*] Sic legendum sine commate medio; ne videantur urbes esse diuersæ. de hac enim intelligendus Plinius 7, 16. ubi loquitur de iis, qui nascuntur cum dentibus. *In feminis ea res inauspicati fuit exempli, regum temporibus. Cum ita nata esset Valeria, exitio ciuitati in quam delata esset, futuram, responso aruspicum vaticinante, Suessam Pomertiam illa tempestate florentissimam, deportata est, veridico exitu confectio. Gruter.*

5. (m) *Neque enim filium*] Hanc historiam præter citatos supra lege in Ouid. Fast. 2, 691. Camers. Item apud Val. Max. 7, 4, 2. Plin. 19, 8. Polyan. strat. lib. 8. Front. 1, 1, 4. & 3, 3, 3. Simile strategemâ Zopyri apud Iustin. 1, 10, 15. quod Megabyzo adscribit Ctesias, & Olthaci apud Plut. Lucullo cap. 31. Vide etiam infra 3, 11, 7.

6. (n) *eminentia forte pap. cap. Erc.*] Cõueniunt omnes præter Ouid. qui dicit liliorum capita excussisse, loco modo citato. Cam. ad rem quod attinet, inuitus est hoc factum Tarquinius Thrasybulum Milesium, ut refert Dionys. 4, 53. Simile est quod Auentinus propius ab initio libri quarti de Caroli filio naturali Pipino recenset. Qui legatis patris, iussu eius consilium poscentibus, quomodo coniurati puenendi forent, cum forte hortum repurgaret: *nihil opus est verbis, ait, herbas inuites radicitus extirpa, ut fruges bonæ crescant. sic & renuociate regi, que facis.*

Ibid. (o) (*qua superbia!*)] Reduxi lectionem veterem, quæq; firmabatur Mss. Pall. omnibus. Gruter. & hoc etiam Salmahus Schottoque in obseruationibus Philolog. mihi quin etiam, si dicere fas est, priusquam istos viderem, in mentem venit. animaduertentem enim multis in locis usum hac loquendi figuram auctorem, ut infr. 3, 4, 4. (*simile prodigio!*) 3, 5, 23. (*quanta felicitas!*) 4, 12, 24. (*o securitas!*) Quod autem superbiæ hoc adscribit Flor. magis ex odio quodam aduersus ceteram regis superbiam, quam ex vero, agit prudentiæ enim potius adscribendum fuerat, ne cognitum ministro consilium per eundem proderetur. Alias enim superbiæ signum esse nemo ambigit. (idque inuenit apud Liuium 42, 40, 2. Q. Marcius) non respondere; aut ut vilissimum illud mancipium Pallas, nihil unquam, nisi nata aut manu significare, vel si plura demonstranda sint, scripto

veti, ne visem confocias. Tacit. 13, 23, 3. Xiphilin. in Nerone.

7. (P) *captarum urbium*] Dionys. 4, 57. Livius 1, 53, 3. Tacitus H. 3, 72, 6. vnius Suesia: Pomeria spoliis id factum asserunt. Apiolarum manubiis Plinius 3, 5. ex Antiata. Ea autem spolia cum vix ad fundamenta suffecerint, (vt Livius quidem conputat.) Florus autem de erecto templo loquatur, consulto de pluribus urbibus locutus est.

Ibid. (Q) *Iuuentus*] Ita hic haberent omnia nostra exemplaria, nisi ultimam consonantem erasisset Cameris in impressis. Et quidam alii emendatores, qui *Iuuentam* esse Deam legerant, & *Iuuentatem* xrtatem in commentatio Acronis in oden 10. lib. 1. carm. Horatii; vbi nos contra legimus, quod *Iuuentas* dea est, *Iuuenta* sine lctas. Vinetus, *Iuuentas* etiam infra 2, 1, 1. in melioribus libris legitur. Quid. solum restitisse *Terminum* meminit. Fast. 2, 669.

*Terminus, ut memorant veteres, inuentus in ede*

*Resistit, & magno cum Ioue templa tenet.*

sicut & Livius 1, 55, 5. quamvis 5, 54, 10. mentionem etiam illius faciat. Iuuentatis etiam meminit Dionys. 3, 92. tertium Martem adiicit Augustinus de Ciuit. Dei 4, 23.

Ibid. (r) *Terminus*] De hac re perantiquum xigma extat apud Agell. 12, 6.

*Semel minusne, an bis minus sit, non satis scio.*

*An vtrumq; eorum, ut quondam audiu i dicitur.*

*Ioui ipsi regi noluit concedere.*

vbi pro eo quod in primo versu legitur *non satis scio*, cum transcendat leges carminis, forte non inepte substitueretur *nescio*. Cæterum similis scirpus est in fine vitæ M. Antonini Philosophi, apud Iulium Capitolium, de Tertullo Faustinae adultero, de quo *minus in scena presente Antonino dixi, curi stupidus nomen adulteri uxoris a seruo quaereret, & ille diceret ter, Tullius, & adhuc quaereret respondit ille, iam dixi ter tullius dicitur.*

8. (s) *humanum repertum est caput*] De hac re & quomodo Olenus Calenus augur, fatum illud in suam gentem trahere sit conatus, vide Dionys. 4, 66. Plin. 28, 2. Scruium En. 8, 345. Caput autem illud *Toli* cuiusdam fuisse, & inde *Capitolium* nominatum, ex monumentis verustiorum refert Arnobius contra gentes lib. 6. pag. 243. Ita in fundamentis Carthaginiis caput bubulium, mox equinum inuentum, bellicosam poentemque fore significauit, apud Iustinum 18, 5, 15. & 16. Quina enim ex similitudine rerum interpretabantur veteres. ita vultures *assuetæ sanguine & præda aues bellatricem fore, quam conderet urbem, Romulo sponderant, supra 1, 1, 7. ita Scruium cla-*

*rum fore visa circa caput flamma promiserat.* supra 1. 6. 1. ita Carthaginensibus bellatoris equi caput. virtutem bellicam, Romanis autem humanum, imperium orbis præsagii, cum omnia homo regat, hominem autem caput.

Ibid. (t) *caputque terrarum*] Inuidiosos vrbis huius titulos ex multis auctoribus collectos, vide apud Merulam Cosmogr. parte 2. lib. 4. cap. 22.

9. (u) *tolerare non potuit*] Multa ex hac causa bella, multas seditiones ortas, notat Alber. Gentil. de iur. belli lib. 1. cap. 20. & ex eadem Decemuiratus abolitionem Liuius 3, 44, 1. Hac de causa Gotthi Hispaniæ imperio excidère: Maximus Valentiniæ successor Romano.

10. (x) *Lucretia*] Hoc ipsum aliaque plura exempla lege apud D. Hieron. sub finem lib. 1. aduersus Iouinianum.

Ibid. (y) *Imperium &c.*] Diem quo reges Roma pulsi sunt, qui *Regifugium* dicebatur, quotannis Romæ celebrabant, septimo scilicet Cal. Mart. & vndecimo Cal. Iul. Auctor Ouid. 2. & 5. Fastror. Pulsus autem fuit regno Tarquinius 7. Cal. Mart. ex 2. Fastror. Aduertendam autem serpentem latrasse, quum pulsus est, apud Plin. 8, 41. Camers.

## *Anacephaleosis de septem regibus.*

### CAP. VIII.

**H**ÆC est prima ætas populi Romani, & quasi infantia, quam habuit sub regibus septem, QUADAM fatorum industria, tam varijs ingenio, Vt reipublicæ ratio, & vtilitas postulabat. ¶ Nam quid Romulo (a) ardentius? tali opus fuit, Vt inuaderet regnum. ¶ Quid Numa religiosius? ita res poposcit, Vt ferox (b) populus deorum metu mitigaretur. ¶ Quid ille (c) militiæ artifex Tullus, bellatoribus vitis quàm necessarius? Vt acueret ratione virtutem. Quid ædificator Ancus? Vt urbem



bem colonia extenderet, ponte iungeret, muro  
 5 tueretur. || Iam vero Tarquinij ornamenta, &  
 insignia quantam principi populo addiderunt (d)  
 6 ex ipso habitu dignitatem? || Actus à Servio  
 census quid effecit, nisi vt ipsa se (e) nosset Respu-  
 7 blica? || Postremo Superbi illius importuna do-  
 minatio, non nihil, immo vel plurimum profuit.  
 Sic enim effectum est, vt AGITATVS iniurijs po-  
 pulus, cupiditate libertatis incenderetur.

NOTÆ IN CAPVT VIII.

Numi. 2. (a) *ardentius*] Non damno, forte tamen nihilo ab-  
 surdus legi posset, *audentius*, ob rationem quam subnectit; ita  
 de Cæsare Sueton. cap. 58, 1. *dubium cautiore, an audentior.*

3. (b) *deorum metu mitig.*] Diagoras, Theodorus, Leucippus, De-  
 macritus, Epicurus, & ex Rom. Lucretius putant terroris ac  
 metus gratia religionem à sapientibus institutam; quo se ho-  
 mines imperiti à peccatis abstinere. Lactant. cap. 10. de ira  
 Dei. De Numi religione. scriptum Ciuit. 7. cap. vlt. Ex quibus  
 constet vera religio docet D. Augustinus Ciuit. 10. & Lactant.  
 4, 28. Camers. Eorum, qui de diis opiitionem continendorum  
 hominum causa repertam tradunt, meminit & Cicero de na-  
 tura deor. 1, 42. Ad quorum sententiam accedit Euripides apud  
 Plut. de placitis Philos. 1, 7.

4. (c) *militia artifex*] Ita sup. 1, 3, 1. totum autem locum ita  
 scripsi. cum in prioribus edd. interrogatio post vocem *necessa-*  
*rius* poneretur, elumbi, vt videbatur sensu. ita etiam seqq. nu-  
 meris; interrogatio semper adiicitur fini.

5. (d) *ex ipso habitu*] Facit huc quod de Romulo Liuius 1, 8, 2.  
 dicit. & Val. Max. 2, 2, 7. *infrons, inquit, imperia argenteum vasis,  
 & annulus aurei publice prabitus patiebantur, quo talium rerum vsu  
 auctoritas magistratum esset ornatio.*

6. (e) *nosset*] Sic ed. vetus & Pal. pr. Neque aliter fere sec. ac-  
 tert. nempe *nosset*. Gruter. & Salmasius approbat. Vulgati ha-  
 bebant *nosceret*, quod & ipsum non reprobum est, *noscere* enim  
 pro *nosse* aliis auctoribus, vt Tacito 2, 28, 1. ponitur.

## De mutatione Reipublicæ.

## CAP. IX.

**I**gitur (a) Bruto, (b) Collatinoque ducibus, & 1  
 auctoribus, quibus (c) ultionē suā moriens ma-  
 trona mandauerat, populus Romanus ad vindi-  
 candum libertatis ac pudicitiae decus, quodam  
 quasi instinctu deorum concitatus, regem repen-  
 te destituit, (d) bona diripit, (e) agrum Marti suo  
 consecrat, imperium in eosdem libertatis suae  
 vindices transfert, (f) mutato tamen & iure, &  
 nomine. || Quippe ex perpetuo annuum placuit, 2  
 ex singulari duplex: ne potestas (g) solitudine, vel  
 (h) mora corrumpetur: (1) consulesque appellauit  
 pro regibus, ut consulere se ciuibus suis debere  
 meminissent. || (k) Tantumque libertatis nouae 3  
 gaudium inceperat, ut vix mutati status fidem ca-  
 perent; (l) alterumque ex consulibus, tantum  
 ob nomen & genus regium, fascibus abrogatis,  
 Vrbe dimitterent. || Itaque substitutus (m) Vale- 4  
 rius Publicola, ex summo studio annixus est ad  
 augendam liberi populi maiestatem. Nam &  
 fasces ei pro concione submitit, & (n) ius prouo-  
 cationis aduersus ipsos dedit. Et ne specie arcis  
 offenderet, (o) eminentes aedes suas in plana sub-  
 misit. || Brutus vero fauori ciuium, etiam dor- 5  
 suae clade & parricidio velificatus est. Quippe (p)  
 quum studere reuocandis in Urbem regibus libe-  
 ros suos comperisset, protraxit in forum, & con-  
 cione mediae virgis cecidit, & securi percussit: ut  
 plane publicus parens in locum liberorum ad-  
 optasse

optasse sibi populum videretur. || Liber iam hinc  
 populus Romanus, prima aduersus externos arma  
 pro libertate corripuit; mox pro finibus; deinde  
 pro socijs, tum gloria, & imperio, lacessentibus.  
 7 affidue vsque quaque finitimis: || (9) quippe cui  
 patrij soli (r) gleba nulla, sed statim hostile po-  
 mœrium, mediisque inter Latium & Tuscos,  
 8 quasi in quodam biuio collocatus, omnibus por-  
 tis in hostem incurreret: || donec **Q V A S I** conta-  
 gione quadam per singulos itum est: & (r) proxi-  
 mis quibusque correptis, totam Italiam sub se  
 (r) redegerunt.

NOTÆ IN CAPVT IX.

NUM. 1. (a) *Bruto*] Cognomentum hoc traxit à simulata  
 stultitia, cum verum ei nomen L. Iunio esset. Cum enim oc-  
 ciso patre & fratre sibi quoque à Tarquinio meueret, sub hac  
 persona latuit, donec cæpta occasione prorumperet. Cùm enim  
 suspecta sit Tyrannus nobilitum alacritas, & erectum ingenium,  
 vt supra 1, 7, 3. g. monuimus, nonnulli, vt loquitur Senec. in  
*contempturemedii causa delituerunt.* sicut hic noster, vt & Arché-  
 laus Cappadox apud Dion. non longe à fine lib. 57. Dionysius  
 Corinthi apud Plut. Timoleonte cap. 19. & Iustin. 21, 53. Solon  
 apud Cicer. de offic. 1, 30. vt & de se testatur, forte immerue-  
 ter, Claudius Cæsar, apud Sueton. cap. 38, 5.

Ibid. (b) *Collatinoque*] Tarquinius Egerii filius hic fuit, ita  
 appellatus à Collatia oppido Latino, vbi plurimum moraba-  
 tur, vt auctor est Dionys. 4, 72. Hinc Ouid. Factor. 2, 753.

— cui clarum dederat Collatia nomen.

Ibid. (c) *ultrionem sui moriens mandauerat*] Eius generis man-  
 datum est Germanici apud Tac. 2, 371. & Sueton. Calig. 3, 9. Item  
 Othonis apud eundem. Vesp. 6, 9. vbi interpretes vide.

Ibid. (d) *bona diripit*] Iussu scilicet & instinctu Patrum, vt  
 nempe contacta regia præda omnem in perpetuum spem pacis cum his  
 amitterent; ita enim obligandi sunt mobiles animi, & quorum  
 pœnitentia metuitur: ita Iugurtha apud Sallust. 31, 6. *id modo*  
*festinabat, Bocchi pacem imminuere, ne moras agitando, aliud quam*  
*bellum mallet.* ita Rex Veientium iussis occidi Romanis legatis,  
 obstringi Fidenatum Pop. ne respicere spem ullam ab Romanis possent,  
 conscientia tanti sceleris, velut. apud Liu. 4, 17, 5. & apud eun-  
 dem



dem 44, 27, 8. Perseus Gentium *afidus ad laceffendas hostili facto Romanos stimulat*. Sic apud Tacit. H. 4, 70, 13. *Valentinus ac Turrus in arma Treuros retrahunt, decisis Herennio ac Numisso legatis, quo minore spe venia cresceret vinculum sceleris*. Eadem de causa, apud eundem Tacit. 3, 42, 1. *Florus pellexit aliam equitum, ut casis negotiatoribus Romanus bellum inciperet*. Ita Afrubal vltimus Carthaginensium Imp. in captivos Rom. crudeliter saeviit, ne Carthaginensibus ullam spem pacis a Romanis impetranda relinqueret, apud Appian. de bel. Punic. propius a fine. Notat autem Lilius epit. 67, 3. ab hoc ad C. vsque Capionem, nullius magistratus Romani bona publicata.

Ibid. (e) *agrum Marti suo conseerat*] Vnde Campus Martius, de quo prater alios Strabo lib. 5. dicit autem *Marti suo*, quia conditor vrbis originem a i eum referebat.

Ibid. (f) *mutato tamen & iure*] Hanc ex Iordane scripturam, cum nemini non probetur, merito recipiendam putavi: nec enim quaquam aliarum congruit. siue enim *iudice*, siue *iudice* legas, neutrum neque sensui auctoris, neque verbis conuenit, ut ex ipsa constructione apparet.

2. (g) *solitudine &c.*] Sallust. Catil. cap. 6. in fin. *innum imperia, binosque imperatores sibi fecero, eo modo minime posse putabant per licentiam insolefcere animum humanum*. Imitatus hoc C. Caesar, Africam in duas partes diuisit apud Dion. lib. 59.

Ibid. (h) *mora corrumperetur*] Verum enim est istud Mamerci apud Lilius 4, 24, 5. *maximum libertatis custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent, & temporis modus imponeretur, qui usuris imponi non possent*. & illud Lartionis apud Senec. 7. *controuertit*. Nihil tam utile, quam breuim potestatem esse, qua magna sit, ita cum ordo Iudicum Carthagine dominaretur, eo maxime, quod iidem perpetui iudices erant; Annibal legem promulgauit, ut in singulos annos iudices legerentur, ne quis biennium continuam iudex esset. Idem Lilius, 33, 32. Adde Valer. Max. 4, 1, 3. & hoc est illud Taciti 6, 48, 5. *vi dominationis conuulsi & mutati*.

Ibid. (i) *Consulesque &c.*] De his Primis Coss. Lilius lib. 1. & 2. Dionys. lib. 4. & 5. Auctor de V. Leap. 9. 1. & 15. Eutropius in 1. Orolius in 2. Aduertendum, annum illum primum habuisse quinque Coss. auctor Augustin. Ciuit. 3, 15. Macrobi. Saturn. 1, 12. dicit, primos Coss. factos Cal. Ian. quem diem, vt ante annotatum est, Romani celebrabant. Plutarchus vero asserit eos creatos Cal. Ian. Hinc seruatim vt deinceps semper Cal. Ian. Coss. crearentur. Lege ipsam Problem. 18. Camers. Ceterum quod ad appellationem hanc, eandem cum nostro rationem allegant, Varro apud Nonium voce *Consules*, l. 2. §. 16. de O. l. Cicero de leg. 3, 3. & de Orat. 2, 39.

3. (k) *Tantumque &c.*] Nec immerito, *libertas enim inestimabilis res*

lū res est. l. 106. de R. I. Curt. 6, 6, 11. Ideo cum Græci liberi pronuntiarentur, Maius gaudium fuit, quam quod uniuersum homines caperent, ut facile apparet, nihil omnino bonorum, multitudini gratius quam libertatem esse. Liuius 33, 13, 52 & 6. Adde infra 2, 7, 14.

Ibid. (l) alterumque ex consulibus &c.] Improbant hoc factum, August. Ciuit. 2, 17. Cie. off. 3, 10. contra quos disputat Alb. Gentilis de arm. Rom. 2, 4.

4. (m) Valerius Publicola] De hoc præter citatos vide Plutarch. in vita & Auctor. de vir. illustr. cap. 15. Cam. Poplicola autem scribendum esse Capit. Tab. testantur, idemque conuincit nominis ratio, eo quod à populo colendo illud cognomen in consulatu, antea Volusus dictus, inuenitur; tum quod *δημοκονδύς*, h. e. populum colens, Poplicola à Plut. & Dionys. interpretatur. Stadium. Quoniam autem Collatinus magistratu non ita multo postquam cum suscepisset, abiit, Valerium hunc in eius locum substitutum, primum Cos. fuisse dicit Cicer. in Orat. pro Flacco cap. 11.

Ibid. (n) Ius prouocationis] Legem hanc Antonius apud Cicer. de Orat. 2, 48. patronam ciuitatis, ac vindicem libertatis vocat, ea enim effectum est, ne Cos. pro arbitrio in quemuis, ex odio forte, aliaue iniusta causa animaduertere posset, sed ubi populus comprobasset. non ab similem morem Macedonibus, quamuis sub Rege degentibus, olim fuisse, indicat Curtius 6, 8, 25.

Ibid. (o) eminentes ades] Ædificauerat enim in summa Velia, & propterea suspicionem populi incurrerat, quasi arcem eam regno pararet. Vide Liuium 2, 7. Auctor de vir. illustr. cap. 15. L. Higinium lib. 1. quem citat Padianus in Pisonianam.

5. (p) quum studere &c.] De coniuratione filiorum Bruti contra temp. præter Liu. & Dionys. 3, 7. & 8, 91. lege Val. Max. 5, 8, 1. item August. Ciuit. 3, 16. Plut. Parall. cap. 20, 21, 22. Claud. in Eutrop. 1, 441.

— natos (ita malini quam natus) hoc dedere panæ

Profuit, & misero ciuem proponere patri:

Sic enim hunc locum, ut plerisque alios eiusdem poetæ castigauimus, quum antea non patri, sed fratri passim legeretur Virg. Æn. 6, 820.

— natosque pater noua bella moventes

Ad panam pulcra pro libertate vocabit. Camers.

7. (q) Quippe cui &c.] Roma à principio, ut docet Seruius Æn. 11, 598. tantum unam Tiberis ripam tenebat. Iuuen. Sat. 3, 265. & qua Imperii finem Tiberinum virgo natus. Propert. 4, 3, 8. Et Tiberis nostris aduena bubus erat. Camers. Latium urbi ab ortu, ab occasu Hetruria erat, à meridie Valentis, Sabini à septentrione,

hostes Rom. omnes. Stadius. Lectio autem ista, quippe cui, pro quo retro editi, quippe cum, est à Salmasio.

Ibid. (r) *glaba nulla*] Extenuat rem auctor, non tam historico more, quam oratoria licentia, vt maior inde admiratio oriatur. iam enim sub tot regibus, & omnibus, præter Numam, bellatoribus, aliquantum agri adquisuerant Romani.

2. (s) *proximu quibusque*] Ita Macedones apud Iustin. 7, 1, 4.

Ibid. (t) *redegerunt*] Ita viatur in omnib. Mss. & vet. edd. male recentiores, *redigeret*. Gruterus.

## *Bellum Etruscum cum rege Porfena.*

### CAP. X.

**P**VLsis ex Vrbe (a) regibus, (b) prima pro libertate arma corripuit. Nam Porfena rex Etruscorum ingentibus copijs aderat, & Tarquinius manu reducebat. || Hunc tamen, quamuis & aetate (c) & fame, vrgeret, occupatoque Ianiculo ipsis Urbis faucibus incubaret, sustinuit, repulit. nouissime etiam tanta admiratione perculit, vt superior vltro cum pæne victis (d) amicitiae foedera feriret. || Tunc illa Romana prodigia atque miracula, Horatius, Mucius, Clælia: (e) quæ nisi in annalibus forent, hodie fabulæ viderentur. || Quippe Horatius (f) Cocles, postquam hostes vndique instantes solus submouere non poterat, (g) ponte reciso transnatat Tiberim, nec arma dimittit. || (h) Mucius Scæuola regem per insidias in castris ipsius aggreditur: sed vbi (i) frustra circum (k) purpuratum eius ictu tenetur, ardentibus



tibus focus (l) iniicit manum, terroremque gemi-  
 6 nat dolo. || *Vt scias*, inquit, (m) *quem virum effuge-*  
*ris, idem trecenti iuramus.* (n) quum interim (im-  
 mane dictu!) hic interritus, ille trepidaret, tan-  
 7 quam manus regis arderet. || Sic quidem viri: (o)  
 sed ne quis sexus à laude cessaret, ecce & virgi-  
 nū virtus. (p) Vna ex obsidibus regi data, (q) elapsa  
 8 custodiam, Clælia, per patrium flumen equita-  
 bat. || Et rex quidem tot tantisq; virtutum terri-  
 tus (r) monstris, *valere*, (s) *liberosque esse iussit*. Tar-  
 quinii tamdiu dimicauerunt, donec Aruntem fi-  
 lium regis manu sua Brutus occidit, superque  
 ipsum mutuo vulnere expiravit; (t) plane quasi  
 adulterum ad inferos vsque sequeretur.

## NOTÆ IN CAPVT X,

Historiam hanc scribunt Lilius 2, 10, Dionys. 5, 21. Auctor  
 de vir. illustr. cap. 11, & 12, Eutrop. 1, 11. Plut. in Parall. Augu-  
 stin. Ciuit. 2, 18, Silius 10, 422, Virg. Æn. 8, 646. Camers.

Nam. 1. (a) *regibus*] Optima dñi Nazarii membranz, *pulsis*  
*ex vrbe regni*; alter Ital. *regis*, forte *regni*, *pulsis ex vrbe regni*, quod  
 esset pro *regibus*. vt *seruitia* pro *seruis*, *coniugia* pro *coniugibus*,  
 Ita hic *regna* pro *regibus*. Salmasius hoc loco, & in notis ad  
 Trebell. Pollionis Claudium cap. 5. Loquitur certe non ab-  
 similitur Florus infr. 1, 24, 3. *totam eam dominationem*.

Ibid. (b) *prima pro libertate*] Exsequitur iam per partes, quod  
 proposuerat supra 1, 9, 6.

2. (c) *& fame*] Qua tamen inuictissima quæque facile expu-  
 gnantur. *Sapius enim penuria, quam pugna consumit exercitum, &*  
*ferro sauior fames est.* ait Veget. 3, 3. & iterum 3, 9. *fames, (vt di-*  
*citur) intrinsecus pugnat, & vincit sepius quam ferrum.* Plura dicam  
 infra ad 2, 18, 13.

Ibid. (d) *amicitia fœdera*] Non tamen æquis conditionibus,  
 quippe mulcavit eos parte agri, imperavit obsides, cognitionē  
 cause de bonis regis suscepit. Dionys. 5, 20. Plut. de mulier.  
 virtut. cap. 20. Tacitus *Urbs* etiam *data* meminuit H. 3, 72, 7.

immo, quod non nisi sua quoque confessione victis imponi potest, in eo fadere, nominatim comprehensum inuenimus, ne ferro nisi in agricultura uterentur. Plin. 34, 14.

3. (c) *qua nisi in annal.* ] Ita infr. 1, 12, 11. de Veis. In factio Coelitis non absumili à nostro figura, Lilius 1, 10, 11, rem ausus plus fama habituram ad posteros quam fidei.

4. (f) *Coeltes* ] Simile huius virtuti facinus de Noruegiensi quodam milite, qui Anglos ad Deruentam si. pontem transiuros solus cohibuit, est apud Polydor. lib. 8. Procopius etiam sine primi Gothicorum de Principio & Tarmuto narrat, eos solos Gotthorum impetum sustinuisse. *Coelites* autem appellati sunt veteribus, qui altero lumine orbi nascerentur, apud Plinium 11, 37. Izetzes Chil. 3, vers. 328. tales *Coelios* appellatos esse scribit.

Ibid. (g) *ponte reciso* ] Sublicium intelligit, atque Rom. hoc Coelitis periculo monitis, religiosum fuit posthac eundem pontem ex alia materia, quam ex ligno construere. Stadius. Plinius 16, 15. vnde Stadium hæc descripsisse puto, dicit de buleuterio Cyziceno, *edificium amplum, sine ferreo clauo, ita disposita contignatione, ut eximantur trabes sine fultura, ac reponantur. Quod stem Roma in ponte sublicio religiosum est, posteaquam Coelite Horatio descendente, egre reuulsus est.*

5. (h) *Mutius* ] Simile in Plutarch. Parall. cap. 2. Nec minore animo quidam Romanus Mithridate aggressus est. Dio lib. 35.

Ibid. (i) *frustrato c. p. e. istu tenetur* ] Lectio minime sollicitanda, vt pote sustentata etiam auctoritate Pal. pr. & sec. solumque visitur illud *frustratum* in tertio. Gruterus.

Ibid. (k) *purpuratum* ] Scribam vocat Lilius 7, 12, 7. & Sidonius Carm. 5, vers. 74. Dionys. etiam 5, 28. vocat. *παρμώδεια*, quos multa dignitatis fuisse elucet inde etiam, quod in pace Ætolis data excipiebatur: *obse: ne esto prator, prefaciis equitum, scriba publicus.* Lilius 38, 11, 6.

Ibid. (l) *inicit* ] Verum est *inicit*; vt certius nihil sit, quam vnica semper litera scriptum veteri xuo id vocis, vt etiam pingitur in Naz. & Pal. sec. Gruterus.

6. (m) *quem virum effugeru* ] Quid hoc ad æstimationem viri CCC. an plus minusue habeat sociorum? putaueram leg. *quam parum.* Sed cum q. I. habeant, *quem vix* melius emendat Bernegg. *quam vix*, Explicatq; *quam vix effugeru*, hoc est, quam vix effugere poteris, vt istud *effugeru* futurum notet.

Ibid. (n) *quum interim &c.* ] Sidon. Carm. 5, vers. 77.

— cum forte satelles

Falleret, constante reo, tormenta que capti

Is fugeret, qui tortor erat.

Adde Senec. epist. 24.

7. (o) *sed ne quis sexus* ] Non video, cur quenquam lectio isthæc offendere debeat, subnixa fide O. Mss. tam Vineti, quam Pall. vnico excepto Nazatio, in quo *quid*; sed littera postrema excurrente

excurrente extra terminos, vt videatur initio tantum fuisse, qui. Gruterus. Ceterum Romanis hoc loco quadraret, quod de Scythiis pradicat Iustin. 2, 1, 2. *non virorum imperio magis, quam feminarum virtutibus clarere.*

*Tu sibi certantes, sexus quid possit uterque*

Claudianus de Consul. Probrini & Olybrii versu 201. qui tamen mendosus in sequenti versu. nam in omnibus, quæ vidi, exemplaribus legitur:

*Hunc legere ad herum. pro quo aptius substitueres:*

*Hunc legere thorum. quæ sequuntur, luxata*

sunt, aut aliqua ex naufragio tabulæ. Videtur enim Claudianus matres Romanas Græcæque comparasse isti matronæ.

Ibid. (p) *Vna ex obsidibus* ] Nota feminas etiam obsides dari solitas antiquis temporibus, vt recte reprehensus videatur à Lipsio ad Tacit. Germ. 8, 2. Suetonius Aug. cap. 21. qui *nouum genus obsidum* appellat *feminas*.

Ibid. (q) *elapsa custodiam* ] Iure istud probat Vinetus, ante enim *custodia*. intruseratque Camers, *elusa custodia*. etiam contra Mss. Pall. in quibus extat lectio prima: nisi quod tert. *custodia*. nam Nazar. habet *dare lapsa custodiam*; sed statim inserta a littera. ab eadem manu. Gruterus.

8. (r) *monstrum* ] Ita edidi auctore Iordane. nam vulgati O. vt & Mss. *monitus*; interpretamentum scilicet alterius vocis. at *monstrum* etiam in bonam sumitur partem, vt alibi ostendi; & habuimus 1, 7, 11. *monstrum pulcherrimum*. Gruterus.

Ibid. (s) *liberosque esse iussit* ] Eadem phrasus in Martial. epigr. 29. lib. 9.

Ibid. (t) *Plane quasi adulterum* ] Ista verborum circuitione Florus subindicare videtur Aruntem Tarquinium Lucretiæ vim attrahisse, quem tamen omnes, quos equidem legerim, (præter vnum Seruium Æn. 8, 646.) Sextum vocant; etsi Dionys. 4, 72. eum natu maximum filiorum Superbi regis nominet. Liuius, Ouidius in Fastis, 2. 691. minimum. Brutum hoc anno in magistratu cæsum esse ideo Dio lib. 46. annotauit, quod omnes qui collegæ imperium abrogassent, eodem in magistratu periiisse obseruatum sit; quod & ipse exemplis confirmare nititur. Stadius.

## Bellum Latinum.

### CAP. XI.

I Atini quoque Tarquinos asserebant, æmulatione, & inuidia: vt populus, qui foris dominabatur,



minabatur, saltem domi seruiret. Igitur omne  
 (a) Latium, (b) Mamilius Tusculano duce, (c)  
 quasi in regis ultionem, tollit animos. || Apud (d) 2  
 Regillum lacum dimicatur, diu Marte vario, donec  
 (e) Postumius ipse (f) dictator (g) signum in ho-  
 stes iaculatus est (h) (nouum & insigne com-  
 mentum) uti peteretur (i) cursu. || (k) Cossus 3  
 equitum magister (l) exuere frenos imperauit  
 (& hoc nouum) quo acius incurrerent. || Ea 4  
 (m) denique atrocitas fuit prælij, ut interfuisse  
 spectaculo deos fama tradiderit; duos in candidis  
 equis, (n) Castorem atque Pollucem nemo (o)  
 dubitauit. Itaque & Imperator veneratus est, (p)  
 pactusq; victoriam templa promisit; & reddidit,  
 (q) plane quasi stipendium commilitonibus deis.  
 || Hactenus pro libertate: (r) mox de finibus 5  
 cum eisdem Latinis assidue, & (s) sine intermis-  
 sione pugnatum est. || (t) Sora (quis credat?) & 6  
 (u) Algidum (x) terrori fuerunt (y) Satricum at-  
 que (z) Corniculum prouinciæ. De (a) Verulis  
 & (b) Bouillis; pudet, sed triumphauimus. || (c) 7  
 Tibur nunc suburbanum, & æstiuæ (d) Præneste  
 deliciæ, (e) nuncupatis in Capitolio votis pete-  
 bantur. || Idem tunc (f) Fæsulæ, quod (g) Carræ &  
 nuper. idem nemus (h) Aricinum, quod (i) Her-  
 cynius saltus: (k) Fregellæ, quod (l) Geforia-  
 cum: (m) Tiberis, quod Euphrates. || (n) Corio- 9  
 los quoq; (pro pudor!) victos, adeo gloriæ fuisse,  
 ut captum oppidum (o) Caius Marcius Coriola-  
 nus quasi Numantiam, aut Africam, (p) nomi-  
 ni induerit. || Extant & parta de (q) Antio spolia, 10  
 quæ

11 quæ (r) Mœnius (s) in suggestu fori, capta ho-  
 stium classe, suffixit; si tamen illa classis: nam sex  
 12 fuere rostratæ. Sed hic numerus illis initiis naua-  
 le bellum fuit. || Peruicacissimi tamen Latino-  
 rum Æqui, & Volsci fuere, & cotidiani, vt ita  
 13 dixerim, hostes. || Sed hos præcipue Lucius  
 Quinctius domuit, ille dictator (u) ab aratro: qui  
 obsessa, ac pæne iam capta, (x) Marci Minucij  
 consulis castra, egregia virtute seruauit. || Medi-  
 14 um erat forte tempus sementis, quum patricium  
 virum innixum aratro suo, licitor in ipso opere  
 15 deprehendit. Inde in aciem profectus, ne quid  
 à rustici operis imitatione cessaret, victos mere  
 pecudum sub (y) iugum misit. || Sic expeditione  
 finita, rediit ad boues rursus, triumphalis agrico-  
 la. || (z) Fidem numinum! qua velocitate? intra  
 quindecim dies cœptum, peractumque (a) bel-  
 lum: prorsus vt festinasse dictator ad relictum  
 opus videretur.

## NOTÆ IN CAP. XI.

Historiæ huius auctores sunt Liuius 2, 19. Dionys. 6, 2. Plut.  
 Coriol. cap. 3. Val. Max. 1, 8, 1. Fenest. tit. 13. Auctor de vir. il-  
 lustr. cap. 16. Lactant. 2, 8. Eutrop. 1, 11. Oros. 2, 13. Camers.

Num. 1. (a) *Latium*] Hodie *Campagna di Roma*. quasi territo-  
 rium Romæ dicas: Incolæ *Latini* dicuntur, etiam *Prisci* nomi-  
 nati, teste Dionys. & Festo. Nam priusquam Roma conderetur,  
 fuerunt. Dicti etiam *Casci*, vt putat Scaliger ad Varronem: po-  
 stea *Æneidæ* & *Romani*, vt Suidas notat. Diuiditur *Latium* in  
*antiquum* & *nouum*. *Antiquum* à Tiberi ad Circeios, *nouum*, hinc  
 ad Lirin flumen. Pontan.

Ibid. (h) *Mamilia*] Ita bene, sed tamen v. e. & alix *Manlio*.  
 Pal. sec. *Manulio*. tert. *Manlio*. restat tamen prima lectio in Na-  
 zar. Gruterus.

Ibid. (e) *quasi in regis vltionem*] Hanc nempe causam prætexta-  
 bant

bant, cum invidia esset, & metus augescentis Rom. potentiz, quod & Plutarch. tangit in Coriolano cap. 3. Notandum igitur duas plerunque causas bellorum esse, aut plures, quarum favorabiliores in vulgus vulgentur, secretiores, quæ interdum solæ causarum nomen merentur, reticeantur. respicit huc Thucyd. 1, 4, 17. quem ex interpretatione illustris Eneuckelii adscribere libet: *Equidem verissimam causam, sed minime verbis agitaram. Athenienses fuisse reor: qui Lacedamonios, potentia virtutumque suarum metu, in arma egerunt. Quæ autem in speciem palam ferebantur causæ, &c: Dionys. excerpto III de legat. Aperta Samnitici belli causæ, & cuius pretextus apud omnes speciosus vulgari poterat, erat Lucanorum protectio, &c: sed occulta causæ, & quæ magis amicitiam dirimere cogebat, erat Samnitium potentia &c: Sallust. H. 3, 4, 17. dicta alia: sed certatum utrinque de dominatione. Lege pulcherrimum prudentissimi Polyb. locum Histor. lib. 3. cap. 6. & 7. Vis verbo dicam? nimium parum abest à vero illud Platonis Phædone: *Ἄσα γὰρ τὴν τῶν χερμαίων εἴησιν, πάντες οἱ πόλεμοι, γίγνοσθαί.* Exempla plura, quamuis non legere tantum, sed & propemodum cernere liceat, sunt apud eundem Thucyd. 3, 14, 3. & Iustin. 4, 3, 5. (vbi nota Berneggeriana.) & 30, 3, 6. Itemque nostrum infra 2, 2, 5.*

2. (d) *Regilli lacum*] Regillus est lacus in agro Tusculano, ad Algidi nemoris ingressum. Hodie *Lago di S. Prasso* appellatur. Pontan.

Ibid. (e) *Posthumius*] Qui ob hanc victoriam *Regillensis* est appellatus. Pontanus.

Ibid. (f) *dictator*] Dictatorem dicendum esse in rebus trepidis ex Sc. ab altero Cofs. caurum erat. Cos. itaque nocte ex Consularibus viris vnum dicebat, qui cum summa potestate, & sine prouocatione, reip. præflet. Stadius. vide Liu. 4, 17, 10. & 9, 39, 14, & l. 2. §, 18. de O. I.

Ibid. (g) *signum in hostes iaculatus*] Signum deseruisse summum militiz flagitium erat. Ouid. *Fast.* 3, 113.

*Non illi calo labentia signa tenebant.*

*Sed sua, quæ, magnam, perdere, crimen erat.*

& propterea maximum ad pugnandum incitamentum, signa iecisse in hostes. Quod sapius tentatum Romanis, prospero euentu. vide Liu. 3, 70, 12. 4, 29, 3. 25, 14, 5. 34, 45, II. 41, 4, I. Cæsarem de Bell. Gall. 4, 25. Annianum 16, 30. Valerium Maximum 3, 2, 20. Frontinum Strateg. 2, 8.

Ibid. (h) *nouum*] Immo à Seruio Tullio multis ante annis usurpatum: Frontinus loco modo citato.

Ibid. (i) *cursum*] Nescio quid hoc ad rem faciat? non enim cursum rece-



su repetendum erat signum, (nec enim vacabat currere) sed manu & armis. forte legi posset *rursus*, quamuis nec mihi satisfaciat. Vel potius ita; *peteretur. Rursus Cossus &c.* sensu quo saepius *sterum* legitur.

3. (k) *Cossus*] *Avisognorice* est in nomine *Cossus* pro T. Æbutio Eluz. Cossus enim Magister equitum fuit Æmilio Mamercino Dictatore; anno V. C. 327. Stad. Sigonius putat in hæc scriberet, ideoque huc retulisse. Errasse denique Florum inter omnes conuenit, excepto Francisco Robortello, qui vocem illam *Cossus* expungit.

Ibid. (l) *exuere frenos*] Simile apud Valer. Maxim. 3, 2, 9. Liuium 40, 40, 5. ubi dicit: *id Rom. equites saepe cum magna laude fecisse sua, memoria proditum est.*

4. (m) *Ea denique*] Ita aperte Nazar. ac Pal. sec. accedebatque tertius & edd. primæ. in quibus *Eademque.* post *cusi.* *Ea demum.* Gruterus.

Ibid. (n) *Castorem atque Pollucem*] Affirmant hoc vno ore Plut. Coriol. cap. 5. Dionys. 6, 11. Val. Max. 1, 8, 1. Cicero Tuscan. Quæst. 1, 12, f. & de Nat. Deor. 2, 2, f. Frontin. strateg. 1, 11, 8. Similia noster infra 2, 12, 23. Iustin. 20, 3, 8. Plura congesit Zvingerus vol. 3. lib. 11.

Ibid. (o) *dubitauit*] Ita olim *cusi*, ita triga Palatinorum. *Vinctus dubitavit.* Gruterus.

Ibid. (p) *paltiusque*] Sic Pall. omnes, sic & v. e. æe cui adhuc placeat *Camertis nactusque.* Gruterus.

Ibid. (q) *plane quasi stipendium commilitonibus Deis*] Positio verborum pendet à fide trium Pall. nisi quod sec. intericiat vocem; *stipendium militibus commilitonibus.* Vulgabatur prius; *plane quasi commilitonibus Deis stipendium.* res quidem eodem redit, sed videbatur repræsentandis librorum consensibus. Gruter.

5. (r) *max de sinibus*] Alterum membrum diuisionis propositæ. 1, 9, 6.

Ibid. (s) *sine intermissione*] Gruterus legit *sine missione*, quod est infra 3, 20, 14.

6. (t) *Sora*] *Soram* Volscorum oppidum in Campania fuisse inuenio; defecisse ad Samnites bello Samnitico interfectis Rom. colonis anno V. C. CDXXXVIII. eamque ob situm expugnatum difficilem; Sofani transfugæ indicio captam: Colonorum cædis ac deditiõis auctores CCXXXV. Romæ virgis cæfos ac securi percussos. Stadiûs. ex Liu. 9, 23. & deinceps.

Ibid.

Ibid. (u) *Algidum*] Oppidum est Æquorum, non procul à Tusculó in alto monte situm. est & *mons Algidus*, qui distat ab vrbe C. stadiis, & *silua Algida*, in cuius ingressu est Regillus lacus. Circa hunc locum Gracchus Æquorum dux, L. Minucium Cos. cum exercitu obsederat, quo nuntio cum Romã trepidatum esset, Dictatorem diti placuit, dictus est ille Quinctius Cincinnatus, cuius historiam mox prosequetur. Stadius. ex Liuió 32 25. & deinceps.

Ibid. (x) *terrori fuerunt*] Quidni fuissent, vicinã ciuitates magnitudine & viribus, nihilo tunc inferiores. Vinerus. sed Florus hoc dicit, ex præsentis habitu rem æstimantibus, vix credibile fieri, tantam urbem ita debilem olim fuisse, vt hæc oppida terrori esse potuerint.

Ibid. (y) *Satricum*] Vrbs Antiatum in Latio, incensa est à Latinis indignitate irritatis, quod Antiates urbem agrosque dederant. annó V. C. CCCLXXVII. Stadius. ex Liuió 6. 33, 51.

Ibid. (z) *Corniculum*] Latini nominis oppidum, à Tarquinio Prisco expugnatum direptum & incensum inueniõ. Latinos, istam cladem àgri Rom. populatione vlturos, à Prisco rege coërcitos, & excursionẽ in ipsorum agrum aequali elade vltum esse. Stadius ex Dionys. 3, 73.

Ibid. (a) *Verula*] Oppidum est Hernicorum, in Latio item, hæud procul Romã. Male in libris nonnullis est *Veri*. Liuió est *Verulanum* 9, 42, 12. & 9, 43, 14. [illud tamen Liuii ad incolam non urbem referendum, vt cum *Verulanum* dicit, pop. intelligere videatur; sicut illi derti locis *Alatrinatam Ferentinatamque*] colonix *Verula* (siue *Verularum*) meminit Frontinus. Nunc *Verulos* teste Leandro. Pontanus.

Ibid. (b) *Bouilla*] Bouillæ hodieque notæ. Et extant tenuis istius municipii reliquæ, circiter medium ab vrbe lapidem in via Appia. Pontanus. Ver. Interpres Persii, ad Satyrã 6, 55. *ad undecimum lapidem Appiæ viæ collocat & quia aliquando in Albanõ monte ab ara fugiens taurus iam consecratus, ibi comprehensus fit, inde Bouillæ dictas asserit.* Propertius propter vicinitatem *suburbanæ* appellat. 4, 1, 13. sicut & Ouid.

*Orta suburbanis quædam fuit Anna Bouillæ quemadmodum & noster num seq. Tibur nunc suburbanum.*

7. (c) *Tibur*] Ad vigesimum ab vrbe lapidem Martial. epigr. 4, 57. vbi diuites Rom. prædia habuere, in quibus æstiuo præcipue tempore commorabantur, propter æris ibi temperantiam, vt ex eodem epigr. patet, itemque Seneca de benef. 4, 12. Agellio 19, 6.

Ibid. (d) *Prænestè*] Distat ab vrbe in ortum stadiis ducentis, cius

eius situs à Strab. lib. 5. describitur. Prænestini anno V. C. CCCLXXIV. ad portam Collinam signa intulerant, cum ingenti urbis, quæ tunc seditione laborabat, trepidatione. Dictator itaque dictus T. Quinctius Cincinnatus, fugat ad Alliam flumèn Prænestinos, & Præneste capto triumphavit. Huic urbi frequentier exitiosa fuisse sua munimenta, idem Strabo testatur, propter Romanorum seditiones, ob loci enim firmitudinem eo seditioni ab urbe pulsi confugere solebant, & munitione urbis sese tueri: quos dum alii repetunt & expugnant, Prænestini nulla sua culpa misere affligebantur. Stadius. Vide etiam nostrum infra. 3, 21, 49.

Ibid. (e) *nuncupatis &c.*] Nota res; vñum tamen Linii locum adscribere liceat. 41, 10, 7. *quum is (de Coss. loquitur) more maiorum secundum vota in Capitolio nuncupata, licetioribus paludatus praefectus ab urbe esset.* Cui adde alium apud eundem 42, 41.

8. (f) *Fasula*] Cluverius Italiae antiquae lib. 2. pag. 510. ineptiarum arcessit auctorem nostrum, quod commemorationi rerum Latinarum, Fasulas, Hetruscam urbem, misceat. Sed quod supra 1, 7, 4. i. pro defensione nostri attulimus, hunc quoque locum tutum praestet, multoque magis, quod hoc ipso cap. num. 11. *Aquos & Volcos pernicacissimos Latinorum fuisse,* dicat; cum neminem mediocriter in rebus Italicis versatum, nedum Florum, fallere potuisset diuersas à vetere Latio gentes esse Volcos & Aequos. *Latium enim complebitur multa etiam non Latina: nam Aequi, Volsci, Hernici, & circa ipsam Romanam Aborigines, & qui vetustam habuerunt Ardeam Rutuli, aliaque maiores minoresque ciuitates quondam circa Romam habitauerunt, cum ea primum conderetur.* Strabo lib. 5.

Ibid. (g) *Carra*] Verusta huic loco inoluerat menda, *caprae*, quæ adeo vetusta est, vt non solum vterque Palatinus, sed & omnium optimus & antiquissimus Nazarianus, bona fide eam agnoscant, recte viderunt eruditi legendum esse *Carra*, Iordanici *Charra*, cum tamen non Graecis *χαύρα*, sed *καύρα*. Inepte vero Iordanes, qui isdem verbis hæc refert in suis historiae centonibus; saltem debuisset *nuper* omittere. Immane quantum interualium inter Flori tempora & Iordanis; Traiani & Iustiniani, at quis legens illa apud Iordanem, quod *Carra nuper*, suspicari possit eum sub Iustiniano vixisse, aut si sciat illis temporibus floruisse, non quærat, quid magnum aut memorabile gesserint apud Carras tunc temporis Romani. Salmasius.

Ibid. (h) *Aricinum*] Aricia urbs fuit Latii, Appia via, à Roma CLX. distans stadia, auctore Strabone lib. 5. quæ sunt viginti miliaria, vix quinque leuæ Aquitanicæ. Plura Strabo ibidem de Aricina filua. Vinetus. Confer hunc locum cum 1, 17, 3.

Ibid.



Ibid. (i) *Herceynius saltus*] Vide multa apud Cluuer. Germ. an. iq. lib. 3. cap. 47. qui hoc loco fit instar omnium.

Ibid. (k) *Fregella*] Oppidum Latinorum non procul à Liri amne, à Samnitibus captum bello Samnitico, & à Rom. receptum anno V. C. CCCXLII. Stadius.

Ibid. (l) *Gesoriacum*] Ita Pal. pr. diuersas lectiones vide in variis. fuit autem portus Morinorum in Gallia Belgica, quod nunc Caletum, vt est opinio, dicitur. alii malunt Soiacum esse, iuxta Andomari fanum. Stadius.

Ibid. (m) *Tiberi*] Et istud est à Iordane. Mfs. & I. quod *Tigris* quod *Euphrates*. inepce, opponit enim nemora, vrbes, flumina. Gruterus.

9. (n) *Coriolis quoque (proh pudor!) victos &c.*] Reduxi lectionem vulgatam ante editionem Vineti, tanquam planiorem. Libri eiusdem, *Coriolus q. p. p. victus; a. g. fuit.* sicque tamen Pal. sec. ac tert. sed non prim. bonitate & ætate longe prior; nisi quod is, induceret, haud etiam omnino malum: porro videtur vox *Coriolanus*, librarii potius quam auctoris. Gruterus. Vineti opinionem, qua *Coriolum* pro populo accipi posse putat; arguit Salmasius, cum ab vrbe *Coriolis* incolæ non *Coriols* appellari possint, sed *Coriolenses* aut *Coriolani*.

Ibid. (o) *Caius Marcius*] Non *Caius* sed *Gneus* appellatur in vet. libris, & apud Iordanem. Titi etiam Liuii Epitome secunda *Cn. Marcium* vocat. Græcis semper *καίος*, Salmasius.

Ibid. (p) *nomini induerit*] Indicat auctor, tam angustas tunc temporis res fuisse, vt exigulum oppidulum captum in nomen cesserit, cum posterioribus temporibus talia cognomina, nisi magnorum bellorum victoribus non adsumerentur. Coriolani certe gloria magnitudine posteriorum ita obruta est, vt ipsum Liuium fugere, aut siquidem succurrat, non dimouere potuerit; quin Africanum superiorem nomine victi ab se gentis primum esse *nobilitatum*, scriberet. 30, 45, 8. Plura exempla sunt in nostro inf. 2, 8, 14. 2, 15, 12. 3, 6, 51 3, 8, 1. vide, si libet, quæ dicam 4, 12, 28.

10. (q) *Antia*] Volscorum erat in Latio metropolis, maritima vrbs. Pontanus.

Ibid. (r) *Mantua*] Ita Calliodorus: *Hæ Coss. rostra nauium de Anciatibus in foro fixa sunt.* Seneca tamen de breuitate vitæ cap. 13. *Dullium primum classe vicisse dicit.* Epitome Liuiana X VII. *primum naualem triumphum duxisse.* sicut & Plinius 34, 5. vbi etiam nostram historiam firmat. Polyb. l. 20. ante primum bellum Punicum Romanos mare ne coguisse quidem scribit. Alii iam tum anno V. C. ECCXXVIII. *Clasibus ad Frænas pugnatum cum*  
Pescentiis

*Veientibus in annales retulere, quos explodit Linius, 4, 24, 6.*

Ibid. (s) *in suggestu fori*] Vide Plinium 16, 4. Inde illud celebre nomen *Roftra*: Varro lib. 4. de lingu. Latin. Linius 8, 14, 12. Isidorus 15, 2. Mamertinus sine Genethliaci.

11. (t) *Pernicatissimi &c.*] De his lege Liu. lib. 3. & 4. Dionys. lib. 6. Auctor. de vir. illustr. cap. 17. Plin. 18, 3. Augustin. Ciuit. 5, 18. Eutrop. 1, 11. Oros. 2, 13. Camers. Adde Sigonium de antiquo iure Italiae cap. 5.

12. (u) *ab aratro*] Præter ceteros Veget. 1, 3. vbi optimos à rure milites hoc exemplo & rationibus probat. Plinius etiam. 18, 5. *Fortissimi viri & milites strenuissimi ex agricolis nascuntur.* Ad similem historiam alludit Claudianus in Eutropium 1, 454.

— *tuque, ô, si forte pistorum*

*lugera, & Elysios scindis, Serrane, nouales.*

& Plin. 18, 3.

Ibid. (x) *Marci Minucii*] Hoc eidem prænomen est apud Zonaram lib. 2. Auctor de vir. illustr. cap. 17. *Quantum vocat, reliqui passim Lucium.*

13. (y) *iugum*] *Tribus hastis iugum fit, humi fixis duabus, superque ea transuersa una deligata.* Linius 3, 28, 13. Dionys. 3, 28.

14. (z) *fidem numinum!*] Nazar. *fide numinum, Suspectam habent viri docti, nec temere. legendum omnino puto, fidem numinum!* sic apud Comicos, *hominum fidem! deum fidem!* ita legebam vel priusquam incidissem in scriptos codices per antiquos Iordanis, in quibus eandem lectionem reperi, cum vulgo eius editiones habeant, *numinum fide, ineptissime. noli igitur dubitare, quin verum sit numinum fidem! aut fidem numinum!* Salmasius.

Ibid. (a) *bellum: prorsus &c.*] Reduxi distinctionem Cameris. nam postea Vinerus *bellum prorsus: ut festinasse.* sic supra 1, 39. & 1, 10, 8. plane. Gruterus.

## Bellum cum Etruscis, Faliscis, & Fidenatibus.

### CAP. XII.

¶ **A**Sfidui vero, & anniuersarii hostes ab Etruria Veientes; adeo vt extraordinariam ma-

D num

num aduersus eos promiserit, priuatumque gesserit bellum gens vna Fabiorum. Satis superque idonea clades. || Cæsi apud Cremeram <sup>(a)</sup> trecenti, patricius exercitus. & <sup>(b)</sup> *scelerato* signata nomine, quæ proficiscentes in prælium porta dimisit. || Sed ea clades ingentibus expiata victoriis, postquam per alios atque alios duces robustissima capta sunt oppida: vario quidem euentu. || Falisci se sponte dediderunt. Cremati suo igne Fidenates. Rapti funditus deletique Veientes. || <sup>(c)</sup> Falisci quum obsiderentur, mira visa est <sup>(d)</sup> fides Imperatoris, nec immerito: quòd ludimagistrū, vrbis proditorem, cum iis quos ad duxerat pueris, <sup>(e)</sup> vinctum sibi vltro remisisset. || <sup>(f)</sup> Eam namque vir sanctus, & sapiens, veram sciebat victoriā, quæ salua fide, & integra dignitate <sup>(g)</sup> pareretur. || Fidenæ, quia pares non erant ferro, <sup>(h)</sup> ad terrorem mouendum facibus armata, & discoloribus, serpentum in modum, vittis, furiali more processerant: sed habitus ille feralis, euerfionis omen fuit. || <sup>(i)</sup> Veientium quanta res fuerit, indicat decennis obsidio. <sup>(k)</sup> Tunc primum hiematum sub pellibus: taxata stipendio hiberna: adactus miles sua sponte iureiurando, <sup>(l)</sup> *nisi capta vrbe remearet.* <sup>(m)</sup> || Spolia de Larte Tolumnio rege ad Feretrium reportata. <sup>(n)</sup> Denique non scalis, nec irruptione, sed <sup>(o)</sup> cuniculo, & subterraneis dolis peractum vrbis excidium. || <sup>(p)</sup> Ea denique visa est prædæ magnitudo, cuius decimæ <sup>(q)</sup> Apollini Pythio mitterentur: vniversusque populus Romanus ad direptionem vrbis vocaretur



¶ vocaretur. || (r) Hoc tunc Veientes fuere: nunc fuisse quis meminit? (s) quæ reliquæ? quodue vestigium? (c) Laborat annalium fides, vt Veios fuisse credamus.

## NOTÆ IN CAPVT XII.

Historiam 306. Fabiorū scribunt Liuius 2, 438. &c. Dionys, 9, 17. Eutrop. 3, 11. Oros. 2, 6. Auctor de vir. illust. cap. 14. Agell. 17, 21. Euseb. Ouid. Fast. 2, 195. Silius 2, 3. & 7, 40. Seruius ad Æn. 6, 845. Camers. Adde Plut. Camillo cap. 30. Simile est quod scribit Sueton. Vitell. 1, 5. *Vitellios coloniam Vitelliam gentili copia aduersus Æquicolostutam olim depoposuisse.*

2. (a) trecenti ] Ita feci, cum antea legeretur *trecenti & sex.* quia rotundus iste numerus in tribus Pall. in v. e. & antiquis Veneti libris, decerque Annæum nostrum. Gruterus. eundem numerum habent Diodor. 9, 53. & Eutrop. Vide etiam notam ad præf. 1. b.

Ibid. (b) *scelerato signata nomine* ] Ita egregie Pal. pr. nam *sec. actert. signatur, v. e. signatum.* Gruterus. Videtur autem concinnior futura lectio, si prior etiam vox mutetur in *scelerata.* Ea autem porta antea Carmentalis vocabatur. Ouid. Fast. 2, 202. sed nomen mutauit ob emissos Fabios, quasi ipsa in eadem eorum consensisset. Ex simili argumento *sceleratus vicus* dictus est apud Liu. 1, 48, 9. *sceleratus collis*, vbi Phalaridis taurus fuerat, apud Diodor. *Sceleratus campus* apud eandem Liuium 8, 15, 6.

5. (e) *Falisci* ] Ita appellati ab Haleso. Ouid. Fast. 4, 73.

*Venerat Atrida fati agitatus Halesus.*

*A quo se diclam terra Falisca putat.*

Hi autem immutato H. in F. Falisci dicti sunt: sicut febris dicitur, quæ ante hebra dicebatur. Formia quæ Hormia fuerunt, ἀπὸ τῆς ὀργμῆς. Nam posteritas in multis nominibus F. pro H. posuit. Seruius ad Æn. 7, 595. Ita *hariolus*, quasi *fariolus*, à fando. Turneb. aduerfar. 24, 17. Apud Hispanos vsitata harum literarum inuicem mutatio.

Ibid. (d) *fides Imp.* ] Extat historia apud Liuium 5, 27. Valer. Max. 6, 1, 1. Frontin. strateg. 4, 4, 1. Auctor de vir. illust. cap. 23. Plutarch. Camill. cap. 17.

Ibid. (e) *vinculum sibi* ] Id est, Faliscis. Vide similiter locutos Plautum & Ciceron. apud Scalig. de caus. ling. Lat. lib. 6.

cap. 129. Quod ideo monco, ne quis Camerterem sequatur emendantem, ubi remississet, vel subito remississet. Pontanus.

6. (f) *Eam namque* ] Tales olim Romani. Vide quæ notabo ad 2, 17, 17.

Ibid. (g) *pareretur* ] Ita emendam, ex coniectura, frequens est, *victoriam parere*, nec aliter loquitur hic noster. supra *unius manu parata victoria*. Postea coniecturam meam Nazariana scriptura confirmatam lætus & lubens vidi. in aliis *paratur*. Salmast. Gruterus quidem utrumque *pareretur* & *paratur* bonum esse affirmat, sed tam propter Nazar. cui omnes plurimum deferunt, quam Salm. auctoritatem, illud recepimus.

7. (h) *ad terrorem mouendum* ] Vide omnino Gruteri ad Tacitum discursuum tertiumdecimum.

8. (i) *Veientium* ] Historiam hanc lege apud Liuium 5, 19, & c. Eutrop. fin. lib. 1. Plutarch. Camill. cap. 8. Diodor. 14, 94. Valer. Maxim. 5, 6, 8. Auctor. de vir. illust. cap. 23. Plin. 2, 99. 3, 5, 12, 17. August. Ciuit. 2, 17. & 3, 17.

Ibid. (k) *Tunc primum & c.* ] Legatur Lipsii de Mil. Rom. lib. 5. dial. 1. & 16.

Ibid. (l) *nisi capta vrbe remearet* ] Ita Nazar. vbi Gruterus coniecit excidisse particulam *ne*, vt fuerit, *ne nisi c. v. remear*. Salmast. forte leg. putat, *n. c. v. non rem*. Pro *vt nisi capta v. n. remearet*. sicut alibi locutum auctorem obseruauit. Quæ quamuis omnia ratione non careant, dicere tamen aulim, eam ipsam esse scripturam Flori, quam Naz. exhibet; *Adactus miles iurcurando, nisi c. v. remearet*, hoc est, si remearet nisi capta vrbe, aut si remearet vrbe non capta, omnes illæ execrationes in caput eius verterent. Vide similiter locutum in re non absimili, Liu. 10, 38, 10. *Iurare cogebatur diro quodam carmine, in execrationem capitæ familiaque & stirpis composito, nisi isset in prælium, quo imperatores duxissent: & si aut ipse ex acie fugisset, aut si, quem fugientem vidisset, non extemplo occidisset*. Hic iurare cogebatur *nisi isset in prælium*, quantum distat à phrasi Floriana? idem enim valet, ac si dixisset, vt iret in prælium; aut si noster, vt capta vrbe remearet. Posset etiam legi, *nisi capta vrbe remeare, vt nisi intelligas pro non nisi*, sicut scio bonis auctoribus vsurpatum, ita Liuius 34, 16, 1. *vbi nisi in virtute spem haberent*. Columella lib. 7. cap. 3. *quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima, quæ non comprehendatur hieme, nouaque progenie repleatur numerus*. quemadmodum in Plinio quoque 34, 14. legi vult Salmast. in Solin. pag. 1084. in fin. Simili iuramento se aliquando obstrinxere Lacedæmonii cum Messenijs obsiderent. Iust. n. 3, 4, 1. & Strabo lib. 6. vbi de Tarento. *Cæsar is etiam milites bello ciuili iurarunt non redituros ex acie, nisi victores*. Appian. Ciuil. 2. pag. 473.

9. (m) *Spolia &c.*] Quo in honore opima spolia de Tolumnio Veientium rege Cornelius Cossus fixerit, & quo anno, ut æque ambiguum Livi 4, 20. in controuersiam trahit. Trib. mil. fuisse auctorum suffragiis colligit, sed eam opinionem argumento à legibus sumpto infirmat, eo quod spolia opima referantur solum illa, quæ dux duci detraxerit; duxque ille sit, cuius auspicio res geritur. Infirmit idem & à titulo, quem ipse spoliis inscriptum Augustus legerit; Cos. Cossium opima spolia retulisse, qui hinc conficit, hoc annos nouem ferius esse gestum, quam ab aliis prodatur. Livi argumentis autoritatem Varronis nostri seculi scriptores opponunt, quem opima spolia descripsisse etiam dicunt illa, quæ manipularis miles detraxerit, dummodo hostium duci detraxerit: & tanto probabilius fieri potuisse, quod opima spolia magister equitum Cossus sub dictatore Emilio retulerit, præsertim quum triumphum egisse legatur. Alii iterum in consulatu opima spolia ipsum fixisse contendunt, sed hoc ideo infirmant, quia nulla sit eiusdem, qui cum imperio fuerit & suis auspicijs rem gesserit, triumphus in tab. Capitol. mentio: qui honos imperium gerenti debebatur. Plutarchum quoque *de vitio* arguunt, qui in Romuli vita Cossium quadrigis in urbem vectum retulerit. Sed non est nostrum tantas componere lites. Titulum tamen quem de Cos. Cosso Augustum legisse testatur Livi, ceterorum opinionibus præferendum putarem. Hic ad *Feretrium* concise dictum est, pro ad *Feretrium* Iouem: Ioui enim *Feretrio* à feretro nomen fecerat Romulus. Stadius.

Ibid. (n) *denique*] Cum iterum mox repetatur dictio *denique*, ea hic suboffendor. agnoscunt tamen & nostri Mss. Gruterus.

Ibid. (o) *cuniculo*] Vide quæ notat Stevvechius ad Veget. 4, 24.

10. (p) *cuius*] Ita lege auctoris libris, non aliter scripsit auctor. Salmasius. Gruterus quoque lectionem hanc Naz. esse asserit.

Ibid. (q) *Apollini*] Quod nempe eius ope consilio vicerunt, ita Carthaginenses Herculi Tyrio omnium quæ in prouentum rationes cadebant, mittere decimas solebant. Diod. 20. 14.

11. (r) *Hoc tunc Veientes fuerunt: nunc &c.*] Sic solum Pal. tertiam sec. *Hoc tunc, nunc fuisse.* Naz. *Hoc tunc vel fuerunt, nunc fuisse.* ut dubium vix relinquatur scripsisse auctorem; *Hoc tunc Veii* (vel forte *Vel*) *fuerunt.* nam illa quæ reliqua? &c. oppidanis accommodari minus amant, quam oppido ipso. Gruterus.

Ibid. (s) *quæ reliqua*] Propert. 4, 11, 27.

*Et Veii veteres, & vos tum regna* (ita Pal. prior Cornel.) *fuisse.*

*Et vestro posita est aurea sella foro.*



*Nunc intra muros pastoris buccina lenti  
Cantat, & in vestris osibus arua metunt.*

Ibid. (t) laborat ] Ita Ammian. Marcellin. 23, 14. f. *ut suaderet nobis labores monumentorum veterum fides, ut hac civitates aliquando valuisse credamus. Nempe plurimis exemplis constat, quod ille ait* — *oppida posse mori.* & quod Plin. 14, 6. *Sua quibusque terra tempora esse, sicut rerum prouentus, occasuque.*

## *Bellum Gallicum.*

### *CAP. XIII.*

(a) **H**Inc siue (b) inuidia deum, siue fato, rapi-  
dissimus procurrentis imperij cursus,  
parumper Gallorum Senonum incurfione sup-  
primitur. || Quod tempus populo Romano ne-  
scio vtrum clade funestius fuerit, an (c) virtutum  
experimentis speciosius. || Ea certe fuit vis cala-  
mitatis, vt in experimentum (d) illatam putem  
divinitus, scire volentibus immortalibus dijs,  
an Romana virtus imperium orbis mereret-  
tur. || Galli Senones, gens natura ferox, mori-  
bus incondita, ad hoc ipsa corporum mole (e)  
perinde armis ingentibus, (f) adeo omni genere  
terribilis fuit, vt plane nata ad hominum interitum,  
urbium stragem, videretur. || Hi quondam ab vl-  
timis terrarum oris, (g) & cingente omnia Ocea-  
no, ingenti agmine profecti, quum iam media  
vastassent, positis inter Alpes & Padum sedibus,  
ne his quidem contenti, per Italiam vagabantur.  
|| Tum (h) Clusium obsidebant. Pro socijs ac fœ-  
deratis populus Romanus interuenit, missis ex  
more legatis: (i) sed quod ius apud barbaros? fe-  
rocius agunt. (k) exinde certamen. || Conuersis 7  
igitur

- igitur à Clusio, Romamque venientibus, ad (l) Alliam flumen cum exercitu Fabius (m) consul occurrit. Non (n) temere fœdior clades. Itaque hunc diem fastis Roma damnauit. || Fuso exercitu iam mœnibus Urbis appropinquabant. (o) Erant nulla præsidia. (p) Tum igitur, aut nunquam alias apparuit vera illa Romana virtus. (q)
- 9 || Iam primum maiores natu amplissimis vfi honoribus, in forum coëunt, ibi (r) deuouente pontifice, diis se manibus consecrant: || statimque in suas quisque ædes regressi, sicut in trabeis erant, & amplissimo cultu, in curulibus sellis sese posuerunt: vt quum venisset hostis, in sua dignitate morerentur. || (s) Pontifices, & Flamines, quicquid religiosissimi in templis erat, partim in dolis (t) defossa terra recondunt, partim imposita
- 10 plaustris secum auerunt. || Virgines simul ex sacerdotio Vestæ, (u) nudo pede fugientia sacra comitantur. Tamen excepisse fugientes vnus è plebe fertur Lucius (x) Albinus, qui depositis vxore & liberis, virgines in plaustrum recepit. (y) adeo tum quoque in vltimis, religio publica priuatis affectibus antecellebat. || Iuuentus vero,
- 11 quam satis constat vix mille hominum fuisse, duce Manlio, (z) arcem Capitolini montis infedit, obtestata ipsum quasi præsentem Iouem, vt quemadmodum ipsi ad defendendum templum eius concurrissent, ita ille virtutem eorum numine suo tueretur.
- 12 || Aderant interim Galli, apertamque Urbem primo (a) trepidi, ne quis subesset dolus, mox vbi solitudinem vident, (b) pari clamore & impetu in-

uadunt: patentes passim domos adeunt: vbi se-  
 dentes (c) in curulibus suis prætectatos fenestras, ve-  
 lut Deos geniosque venerati. mox eosdem, post-  
 quam esse homines liquebat, alioqui nihil respō-  
 dere dignantes, pari vecordia mactant, facesque  
 tectis iniiciunt: & (d) totam Urbem igne, ferro,  
 (e) manibus exæquant. || (f) Sex mensibus bar- 15  
 bari (quis crederet?) circa montem vnum pepend-  
 derunt, nec diebus modo, sed noctibus quoque o-  
 mnia experti: quum tandem Manlius nocte sub-  
 euntes, clangore (g) anseris (h) excitatus, à sum-  
 ma rupe deiecit. || & vt spem hostibus demeret, 16  
 quanquam in summa fame, tamen ad speciem fi-  
 duciæ, (i) panes ab arce iaculatus est. Et stato quo-  
 dam die per medias hostium custodias, Fabium  
 pontificem ab arce demisit; qui (k) sollemne sa-  
 crum in Quirinali monte conficeret. Atque ille  
 per media hostium tela (l) incolumis religionis  
 auxilio rediit; *propitiosque deos* renunciauit. || No- 17  
 uissime quum iam (m) obsidio sua barbaros fati-  
 gasset, mille pondo auri recessum suum venditan-  
 tes, idque ipsum per insolentiam, quum ad ini-  
 qua pondera addito adhuc gladio, (n) superbe vi-  
 ctis increparent, subito aggressus à tergo Camil-  
 lus adeo cecidit, (o) vt omnia incendiorum vesti-  
 gia, Gallici sanguinis inundatione, deleteret. || A- 18  
 gere gratias diis immortalibus, ipso tantæ cladis  
 nomine libet. Pastorum (p) casas ignis ille, &  
 flamma, paupertatem Romuli abscondit. (q) In-  
 cendium illud quid egit aliud, nisi vt destinata  
 hominū ac deorum domicilio ciuitas, non deleta,



non obruta, sed expiata potius, (r) & lustrata videatur? || (s) Igitur post assertam à Manlio, restitutam à Camillo Urbem, acrius etiam vehementiusque in finitimos resurrexit. (t) Ac primum omnium illam ipsam Gallicam gentem non contentus mœnibus expulisse, quum per Italiam naufragia sua latius traheret, sic persequutus est duce Camillo, ut hodie (u) nulla Senonum vestigia supersint. || Semel apud Anienem trucidati, quum singulari certamine (x) Manlius aureum torquem barbaro inter spolia detraxit: inde Torquati. (y) Iterum Pomptino agro, quum in simili pugna Lucius Valerius, insidente galeæ sacra alite adiutus, retulit spolia: & inde Coruini. || (z) Tandem (a) post aliquot annos, (b) omnes reliquias eorum in Etruria ad (c) lacum Vadimonis Dolabella deleuit: ne quis extaret in ea gente, (d) quæ incensam à se (e) Romam urbem gloriaretur.

## NOTÆ IN CAPVT XIII.

Historici fere omnes huius belli meminerunt. Litiuus 5, 36. Val. Max. 1, 5, 1. Plut. Camillo cap. 27. & Problem. 24. Auctor de vir. illustr. cap. 23. Agell. 5, 17. August. Ciuit. 2, 22. & 3, 17. Veget. 4, 28. Virg. Æn. 8, 652. Martial. 13, 74. Ouid. Fast. 6, 351. Seruius in Virg. dict. loc. Caracis. quibus adde Eutrop. lib. 1. & Orof. 2, 19.

Num. 1. (a) *Hinc* ] Pal. pr. & sec. *Hic*; neque admodum displicet. Gruterus. quidam perperam *sine inuidia, deum fato, vel sine inuidia deum, fato*. Vtrumque falsum est. Salmasius.

Ibid. (b) *inuidia Deum* ] Lege quæ notat Gruterus ad illud Liiij 10, 13, 6. *Fortunam ipsam vereri, ne cui Deorum nimia iam in se & constantior, quam velint humana res, videatur*.

2. (c) *virtutum* ] Sic quidem editio princeps, & Pal. tert. at enim sec. *virtus*, prim. *virtutu*, ut exinde cusi. Gruterus.

3. (d) *illatam* ] Diui Nazarii optimae membranae *illatam*, et fuit *improba* & diligentia illius Scribae, vt studiosissime varietatem lectionum semper adnotarit, quod sexcentis in locis obseruauimus, vt hoc loco, *illatum* & *illatam* lectum fuisse ostendit, quod praeterire non debuimus. Salmasius. Gruterus abiiciendas putat undecim voces ab inde: ea certe & c. illud omnino contendit adulterinum esse, *in experimentum*, cum vox ea dem proxime praecesserit. Mihi non viderentur aliena, nec à sensu auctoris, nec à phrasi.

4. (e) *perinde armu* ] Ita legit Gruterus ex libris. similis res & citatio apud Sallust. Incert. 4, 39. *Mithridates ingenti corpore, perinde armatus*. quamuis eam lectionem sollicitent, & *animas* substituunt, sed vulgata videtur nihil habere vitii.

Ibid. (f) *omni genere terribilu* ] De Gallograecis Lilius 38, 17, 4. *Procerà corpora, promissa & rutilata coma, vasta scuta, praelongi gladii: ad hoc cantus inuentum praelium, & ululatus, & tripudia, & gnatensium scuta in patrium quendam morem horrendus armorum crepitus: omnia de industria composita ad terrorem*. Similiter de Vercingetorige noster iust. 3, 10, 20.

5. (g) *& cingente omnia Oceano* ] Sic Vinetus, sic quoque v. e. sic duo meliores Pal. sic Lipsii scriptus, quem consule lib. 2. cap. 39. Electorum, inepte alii: *cum cingentur omnia Oceano*. Gruterus, ita Lilius 5. 37, 2. de hac ipsa re: *inuistato atque inaudito hoste ab Oceano terrarumque vltimo oris bellum ciente*.

6. (h) *Clusium* ] Sic noster primitus cusus, nam Camers, *Clusium oppidum*: Vinetus, *Clusium Tuscia urbem*, non tam verbose debuit Florus: etsi & Palat. nostris addit, *Clusium urbem*. Gruter.

Ibid. (i) *Sed quod ius apud barbaros?* ] Vide eleganter de hac re differentem Piccartum obseruationum politicarum dec. 17. cap. 8. Nec tamen ad solos Barbaros hoc pertinet. Audi ex principe Graecorum vrbe principem Lyfandrum, qui *Argiu in controuersia de agris aduersus Spartanos iustiora sese asserre argumentis dicentibus, gladium stringens: Qui hunc, inquit, tenet, optime de finibus agrorum disputat*. Plut. in apophth. Laconicis cap. 94. Nec ignotum est illud Romanum: *si vos non dabit, at hic dabit*.

Ibid. (k) *exinde coramen* ] Scio in editis Iordanis vulgo ita legi. Sed duos valde antiquos calamo exaratos vidimus, cum Nazar. ex cuius vestigiis eruimus, & *inda*, conspirantes. Sic in iisdem libris cap. 18. *Legationem per obscenam contumeliam violant, & hinc bellum, vulgo ex hinc, eadem peruulgata menda, si quidem menda est, nam sic legi posse, non negamus. Sed menda sit, si cum veritate huius lectionis comparetur*. Salmasius. Gruterus

Gruterus etiam hanc lectionem probat. & ita in Pal. pr. extare restatur. Nescio tamen quomodo mihi arrideat ista lectio, quam posuimus, quæ quidem firmatur etiam Pal. sec. & tert. Mss. Vineri, itemque v. e. & Iornande.

7. (l) *Alliam*] Vmbriæ fluuius in Sabinis, ex Crustumenis montib<sup>9</sup> in Tiberim defluens. *Caminace* vocat Leander, Blondus *Curteso* hodie vocari ait. Distabat ab vrbe XI. lapide. Pontanus.

Ibid. (m) *Consul*] Hoc anno Urbis CCCLXV. Roma non Coss. sed Trib. mil. pro Coss. habebat, vide Liuium 5, 37, 3. Vinerus.

Ibid. (n) *temere*] Ita scriptiones exhibeat, tum Flori, tum Jordanis, quas studiose & diligenter contulimus. Salmasius. ha. & enus editi, *Cremera*, quod nec ipsum eleganti sensu caret, cum illa clades ante Alliensem atrocissima fuerit, qua non solum florem patriciorum, sed clientium insuper quinque millia perdidere. Quam non leuiter aestimatam, testimonio est Licinius Maer, apud Liu. 9, 38, 15. qui *clade qua ad Cremeram accepta est, abominandam Fauciam curiam* facit. Præterea tacite innui videtur vna die clades has acceptas, eamque propter duplicatam maxime cladem fastis damnatam. quod Liuius etiam 6, 1, 15. & Tacitus H. 2, 91, 1. firman. Adeoque concinna mihi videtur hæc lectio, vt nisi illa altera toti libris firmaretur, non admissurus fuero.

8. (o) *Erant nulla præsidia*] De suo Iordanes addit. *Iam manibus vrbi adpropinquabant, ubi pene nulla erant præsidia.* fortasse credidit imperfectam esse orationem. Hoc si putauit, frustra fuit: quod indicamus, ne quis ambitiosus quales hodie multi, hinc occasionem arripiat pingue aliquod ex hac animaduersione miscellaneorum caput conficiendi. & simul restam Flori scripturam temere vexandi. Salmasius.

Ibid. (p) *Tum igitur &c.*] Infra 2, 2, 22. *Romana vrbi magnitudo calamitatibus fere approbatur.* Nempe verum est illud Seneca, de provid. cap. 3. *Magnum exemplum nisi mala fortuna non inuenit.*

9. (q) *Iamprimum*] Representaui lectionem Pal. prim. quæ rector quam Vineri *Quamprimum.* impressi reliqui, *Iampridem,* absurde. Gruterus.

Ibid. (r) *deuouente pontifice*] Carmen & ritum deuotionis vide apud Liuium 8, 9, 5, 8, 10, 11. &c: 10, 28, 15.

11. (s) *religiosissimi*] Ita Pal. pr. & teste Salmas. plures & meliores libri, alii *religiosissimum.*

Ibid. (t) *desossa terra recondunt*] Sic omnino quoque Naz. nequeabit Pal. sec. aut. tert. quam quod ille habeat *terra;* hic *re-*  
*ssio.* adhuc deprauatus. falluntur enim & fallunt, quibus Pal. ille



illete. nota melioris. vltima est. me quidem cenfore. Gruter.

12. (u) *nudo pede*] Reuerentia & *ἄνευ ποσῶν* ergo. vt nota Casaub. ad Sueton. August. 100, 10. vbi plura huc pertinentia vide.

Ibid. (x) *Albinus*] Ita Val. Max. 1, 1, 10. Naz. & quidam codices. alii enim *Aluanus*. Iordanei veteres *Atinius*. alii *Albinus*.

Ibid. (y) *Adeo tum quoque &c.*] Vere igitur Cicero Romanos ceteris gentibus religione multo superiores fuisse pertendit. de natur. Deor. 2, 3. & in orat. de harusp. responf. cap. 9. in fine.

13. (z) *arcem Capitolini montu*] Hinc Sidonius carm. 5, 81.  
— quodcunquatuum est, quodcunque vocatis.  
*Iam solus Tarpeius erat.*

14. (a) *trepidi*] Nec iniuria. ita apud Liuium 44, 7. Cos. Marcius Dium urbem à Maced. relictam ingressus, *vix satis poterat credere in tantis rebus sine causa restitui, non aliquem subesse dolum.* ita apud Tacit. H. 3, 20. Antonius Primus milites suos Cremonam temere oppugnaturus dehortatur: *Neque enim ambigua esse, qua occurrant, noctem, & ignota situm urbis, intus hostes & cuncta insidii opportuna, non, si pateant porta, nisi explorato, nisi die inbrandum.*

Ibid. (b) *pari clamore & impetu*] Pari refertur ad præcedens primo, vt paritas illa sit trepidationis cum clamore & impetu, non autem horum inter se, ita seq. vers. *pari vecordia*, scilicet, vt ante veneratione. Similis locutio in Tacito H. 4, 57, 2. *Sabinus festinatum temere prælium pari formidina deseruit.*

Ibid. (c) *in curulibus suis*] Sic o. Pall. Gruterus.

Ibid. (d) *totam urbem*] vet. ed. verbo auctior, *totam deinde urbem*; oppido bene si adfentirentur Mf. Gruterus.

Ibid. (e) *manibus exaquant*] Hactenus editi, *manibus, solo exaquant*; sed non apparet in v. c. dictio *solo*, nec in vilo Pal. ideoque delendum. neque opus tamen mutare illud *exaquant*: utique enim & Latine dicatur, & compareat *διφθόρον* clare in Nazar. secus quam alii prodidere. Gruterus. Diem vastationis huius annotat Tacitus 15, 41, 4.

15. (f) *Sex mensibus*] Septem legi vult Stadius ex auctoribus. Sex tamen etiam habet Varro lib. 2. de vita P. R. *vt Galli Romæ Capitolii sint potiti, neque inde ante sex menses cesserint.* ita enim legendum, cum in aliquibus exemplaribus legatur *gesserint*.

Ibid. (g) *anseris*] Ideo nutriendos in turribus anseres præcipit Veget. 4, 25. & Columella lib. 8. cap. 13. Canes enim fefellerant

rant Galli; & eadem de causa supplicia annua canes pendens inter  
adem Iuuentutis & Summani. viui in furca sambucca arbore fixi.  
Plin. 29. 4.

Ibid. (h) *excitatus*] Est qui *excitus* corrigit, sed vulgata lectio  
bene se habet.

16. (i) *panes*] Inde Iupiter Pistor. lege Ouid. Fast. 6, 350. Quem-  
admodum autem efficiatur, ut quæ desunt, abundare videantur,  
tractat Frontin. toto cap. 15. libri tert. Strategem. cui adde Po-  
liæn. lib. 7. de Mygdonio.

Ibid. (k) *sollemne sacrum*] Sollemne gentis Fabie Liuius 5, 52; 4. al-  
ludit ad hunc morem Barclaius lib. 3. vbi Selenissa ad Radiro-  
banem: *instabat sacrificium mea familia anniuersarium.*

Ibid. (l) *incolumis religionis auxilio*] Ætysi apud Tacit. Germ.  
45, 4. Matrem Deum venerantur, in signe superstitionis formas apro-  
vum gestant, id pro armis omniumque tutela, securum Dea cultorem  
etiam inter hostes præstat, sed forte securum magis quam tutum ut  
loquitur Morus lib. 1. Utopiæ suæ. aliter euenit apud Virg. Æn.  
2, 429.

— nec te tua plurima Pantheu  
Labentem pietas, nec Apollinis infusa rexit.

17. (m) *obsidio sua*] Ita v. c. & Mss. Pall. & Vineti. Gruterus.

Ibid. (n) *Mille pondo*] Plinius 33, 1. Cum à Gallis capta urbe pace  
emeretur, non plus quam mille pondo effici potuere. Nec ignoro duo  
millia pondo auri perisse. Pompeii tertio Consulatu, è Capitolini Iouis fo-  
dis, à Camillo ibi condita, & ideo à plerisque, existimari, duo millia pon-  
do collata: Sed quod accessit, Gallorum præda fuit, detractumque ab his  
in parte capta urbis delubris. Sic igitur capiendus etiam Varro ci-  
tatus à Nonio in voce Torquem. Auri pondo duo millia acceperunt  
ex adibus sacris & matronarum ornamentis.

Ibid. (o) *superbe victis increparent*] Eleganter, nec aliter aut  
trias Pall. aut Mss. Vineti, qui tamen coniicit, *superbe ve victis  
increp.* frustra. nam ista intelliguntur tamen, quamuis non ex-  
pressa. cusi fere *superbe victos*. at & v. c. alterum nostrum reti-  
ner. Gruterus. Pro vulgata tamen lectione forte sit, locus Liuii.  
9. 2. 15. Laborem irritum, præterquam quod hostes *superbe increpa-  
bant.* & Plaut. Amphitr. 1, 1, 224. *fræti virtute, & viribus  
Superbi, nimis ferociter legatos nostros increpant.*

Ibid. (p) *ut omnia incend. &c.*] De hoc Sidonius carm. 7. vers.  
365.  
*Texit fumantes hostili strage fuuilla.*

18. (q) *casus*] Varro τὰ φη̄ πορνίπης: Antiqui nostri in domibus  
laseritius paululum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent,  
habitabant.

Ibid. (r) *Incendium &c.*] Cicero in Verr. 4, 31. de incendio ca-  
pitolijs

pitulii, *ut illa flamma diuinitus extitisse videatur, non qua deleret Iouis Opt. Max. templum, sed qua praeclarus magnificentisque deposceret.* Ita Timagenes felicitati urbis inimicus, aiebat, Romae sibi incendia ob hoc unum dolere esse, quod sciret meliora resurrectione, quam arsisset. Senec. epist. 91.

Ibid. (f) & *lustrata*] Ita Pal. tres & Mss. Vincti, quomodo fere etiam vetuste cusus, nisi quod ille, *sed lustrata*. nam Cameritis editio, *sed illustrata*; acutius forte quam verius. Gruterus.

19. (t) *Igitur*] Antea legebatur *ideo*. sed alterum erat in tribus Pall. Gruterus.

Ibid. (u) *Ac primum*] Hic nouum caput ordiuntur Diti Nazarii membranae; cum hoc lemmate rubriceo. GALLICA BELLA. sed mea sententia, fatius est assentiri ceteris libris, qui vna serie connectunt & continuant hoc caput. Salmasius.

Ibid. (x) *nulla Senonum vestigia*] Distinguendi igitur hi à Semnontibus, qui, ut Tacitus in Germania sua, cap. 39. ait, *vetustissimos se nobilissimosque Sueuorum memorant.* Eorum fines, ut recte notauit Velleius 2, 106. *Albis praeterfluit, nisi quod perperam apud eum pro Semnonum, expressum est Senonum.* Ita enim legend. *A Rheno usque ad flumen Albim, qui Semnonum Hermandorumque fines praeterfluit.* Perperam inquam expressum ibi *Senonum*. Pontanus. Vellei locum ita correxit etiam Aldus Manutius. *Senonum* tamen mentio apud Caesarem de B. Gall. 2, 2.

20. (y) *Manlius*] Praeter citatos initio capituli lege Cl. *Quadrigrarium* apud Agell. 9, 13. *Nonium* in voce *Torquem*. Cicero. de Offic. 3, 31.

Ibid. (z) *Iterum Pomptino agro &c.*] Totum locum edidimus, quemadmodum in Pal. suis legi testatur Gruterus. Pighius Annalium Rom. lib. 4. in Ms. Codice antiquo Flori, quem ex bibliotheca S. Amandi habuerit. ita se testatur reperisse: *Iterum Fontino in agro, cum in simili pugna Valerius insidente galea sacra alito adlutus, retulit spolia: dictusque est ipse Coruus, & inde Coruini.* Certe Valerium hunc in faxis Capitolinis & praeforum monumentis non *Coruinum* sed *Coruum* scribi, Stadius notat. Apud Liniuum etiam 8, 16, 4. *Valerius Coruus* est.

21. (a) *Tandem*] Est à libris Vincti Mss. nam Pal. *sec. ac tertium*. quomodo & v. c. quippe posteriores verbis duobus praemissis; *Nec non tandem*. uti & expressit Iordanes. quod item visitur in Pal. pr. nisi quod ibi *tamen*. Gruterus.

Ibid. (b) *post aliquot annos*] Circiter septuaginta. Anno namque Urbis CDLXXII. hac gessisse P. Cornelius Dolabella putatur, Cos. cum Cn. Domitio Caluino, Vinctus.



Ibid. (c) *omnes reliquias eorum* ] Plinius 3, 15. vbi de octava Italia regione: *In hoc tractu interierunt Boii, quorum tribus CXXII. fuisse auctor est Cato. Item Senones, qui ceperant Romam. Dissentite tamen videtur Appianus in bellis Annibalis vbi de Apennino: A sinistro ad Ionium mare nunc quidem Italia est, (nam & Hetruria Italia est) sed tamen partem eius circa litus Ionium incolunt Græci, partem Galli, qui quondam Romam bello adorti incenderunt.*

Ibid. (d) *lacum Vadimonis* ] Apud Liuium 9, 29, 6. leges ad eundem lacum à Rom. caelos fuisse Etruscos ad annum Urbis CDXLV. Plinius Vadimonis eiusdem meminit 7, 95. & Seneca Natur. Quæst. 3, 25. & Cato in Originibus. Describit alter Plin. in epist. ad Gallum lib. 8. Polybius 2, 20. *Οὐδ' ἔλαρα*, penultima breui appellat, aut Polybii librarius. Obliqui casus vbique, relictus nunquam quod meminerim. Leander Albertus, Italiae descriptor, vix agnoscit hodie lacum hunc: & de illo dissentit à Blondo. Vinetus. Fabricio est lacus qui hodie *di Viterbo* appellatur. Fontanus.

Ibid. (e) *que incensam* ] Sic Pal. pr. melius quam publicati in quibus qui.

Ibid. (f) *Romam urbem* ] Abundare conieci *Romam*, & probat opinionem Berneggerus. Qua enim ratione vrbs pro Roma ponatur, adeo non ignotum est, vt etiam Azo Ictus in illis humaniorum (vt vocant) literarum tenebris, aduerterit, pr. summæ in Cod. Potuit illa vox è margine, quo forte interpretandi causa adpicta fuit, transisse in textum. Ita apud Liuium 2, 43, 8. legitur. *Fabio aliquanto plus negotii cum ciuibus quam cum hostibus fuit; vnus ille vir ipse Cos. Remp. sustinuit, quam exercitus & exprodebat.* & apud eundem 4, 28, 9. *Vni viro Messio fortuna hostium inmittitur.* Quis locis his paulo attentius consideratis, non suspicetur voces illas, *ipse Cos. & Messio* ab aliena manu irrepsisse?

## Bellum Latinum.

### CAP. XIV.

I **C**ONuersus à Gallis in Latinos, Manlio Torquato, Decio Mure consulibus, semper quidem æmulatione imperii infestos, tum vero contemptu Urbis incensæ; quum (a) *ius ciuitatis*, (b) *partem*

partem imperij, ac magistratum poscerent, (c) atque iam amplius, quam congregari audent: || quo tempore quis cessasse hostem mirabitur? 2  
 quum (d) alter consulum filium suum; quia contra imperium pugnaverit, quamvis victorem occiderit, (e) quasi plus in imperio esset, quam in victoria: || (f) alter quasi monitu deorum, capite 3  
 velato primam ante aciem diis manibus se deuouerit: || (g) ut in confertissima se hostium tela iaculatus, nouum ad victoriam iter, sanguinis sui semita, aperiret. 4

## NOTÆ IN CAPVT XIV.

De hoc bello lege Liuium s. Val. Max. 6, 9, 1. & 9, 3, 4. Agell. 9, 13. Plutarch. cap. 22. Parall. Eutrop. 3, 1. Oros. 3, 9. Auctor. de vir. illustr. cap. 25. & 28. Camers. Adde Diodorum 16, 91. Plin. 22, 5. Zonaram tom. 1. Cicer. de offic. 3, 31.

Num. 1. (a) *ius ciuitatis*] Hoc pertinaciter fociis negarunt Rom. donec post crudelissima bella victu assillisque, ipsi exarmati, quam integri vniuersis ciuitatem dare maluerunt, ut Velleius 2, 17, 1. loquitur.

Ibid. (b) *partem imperii ac Magistrat.*] Nempe ut alter Cos. Latinus esset. Idem postea petiere Campani apud Liu. 23, 6, 5. & Silium 11, 55.

Ibid. (c) *atque iam amplius*] Hoc omnem audaciam videtur excedere Floro, rem ex Rom. animis æstimanti. Et re ipsa amplius hoc est, quam congregari. Nam hoc etiam infirmiores sepius audent, *Quin enim sit resistendum impugnantibus, nec eos quidem dubitare, qui spe victoria careant*, ait Mithridates apud Iustin. 38, 4, 1. illud, imperare nimirum ut in consortium imperii recipiatur, non est nisi eius qui se pro pari vel superiore gerit.

2. (d) *alter Cosi.*] Manlium intelligit. Nam aliorum de Posthumio opinionem, in qua etiam Diodorus 12, 64. esse videtur, & est Agellius 17, 21. refellit Linius 4, 29, 8. inde cognomen *Imperioso* hæsit. Liu. ibid. & Plin. 22, 5. Vide etiam Agell. 9, 13. & Plutarch. parall. cap. 21. Sallust. Cat. 52, 27. Porcium Latron. declam. in Catil. Dionys. 8, 91.

Ibid. (e) *quasi plus in imper. &c.*] Hoc est quasi aliquid præter victoriam ex imperio & disciplina expectandum sit. sed amplius esse in eo docet iste Manlius apud Liu. 3, 7, 16. & apud eundem 8, 34, 2. L. Papirius. Etiam Alex. Imp. apud Lamprid. cap. 53. *Disciplina maiorum imperium tenet, quæ si dilabatur, & nomen Romanum & imperium amittimus.*

3. (f) *Alte &c.*] Vide supra 1, 13, 9. r. Alludit huc, fabulæque suæ aptissime inserit, nunquam sine laude nominandus Barclaius, ubi Sitalcen quondam Sardum pro Radirobane & Sardonum exercitu se denouentem facit. Porro auctores qui nostræ historiæ mentionem faciant, annotat Camers. Plutarch. cap. 33. Parall. Valer. Max. 5, 6, 6. Plin. 22, 5. & 28, 2. Auctor. de vir. illust. cap. 26. Iuuen. 8, 254. (& 14, 239.) Virg. Æn. 6, 824. & Claud. de quarto consul. Honorii.

Ibid. (g) *ut in confert.*] Sic Pal. sec. ac tert. nam pr. non agnoscit ut male tamen. sane ut eidem Pal. pr. aliquis ita attendat. tanquam si solus erare non posset, nimium fuerit superstitiosi. hoc enim ipso capite inuenias ibi sphalmata scriba; quia, pro quasi, item deuoluersi, pro deuenerit, &c. quæ exempli tantum caula produco infinitis enim locis aliis turpissime errat; quod ei cum optimis quibusque membranis commune. Gruterus.

## Bellum Sabinum.

### CAP. XV.

- 1 **A** Latinis aggressus est gentem Sabinorum, qui immemores factæ sub Tito Tatio affinitatis, quodam contagio belli se Latinis adiunxerant. || Sed Curio (a) Dentato consule, omnem eum tractum, (b) qua Nar ambit, fontesque Velini, Hadriatico tenus mari, igne ferroque vastauit. || Qua victoria, tantum hominum, tantum agrorum redactum in potestatem, ut in utro plus esset, (c) nec ipse posset æstimare, qui vicerat.

### NOTÆ IN CAPVT XV.

Mius belli tanquam parui momenti pauci meminerunt.

E

Lege



Lege Auctor. de vir. illustr. cap. 33. & Oros. 3, 22. de Sabius pop. Plin. 3, 12. Et Silius 8, 423. de Sabino enim nomine non idem omnes sentiunt. Camers. Vide etiam Frontin. Strateg. 1, 8, 4. & Eusebium.

2. (a) *Dentato*] Rationem & originem talium cognomentum lege apud Plutarch. Coriolan. cap. 14. & 15.

Ibid. (b) *qua Nar ambis*] Nazar. satis clare expressit, *qua Nar, Anio, fontesque Velini, Adriatico &c.* ut aliquid subintelligatur, qua lectio minime profecto contemnenda. Gruterus.

3. (c) *nee ipse posset aestim. &c.*] Vide Oros. 3, 22. refert Auctor de vir. illustr. cap. 33. Curium hunc de Samnitica victoria ita ad Senatorem retulisse: *Tantum ager se cepisse, ut solitudo futura fuerit, nisi tantum hominum cepisset: tantum porro hominum cepisse, ut fame perituri fuerint nisi tantum agri cepisset.*

## *Bellum Samniticum.*

### *CAP. XVI.*

**P**RECIBUS (a) deinde Campaniæ motus, non 1  
 pro se, sed, quod est speciosius, (b) pro sociis,  
 (c) Samnites inuadit. || Erat fœdus cum utrisque 2  
 percussum: sed hoc Campani sanctius, & prius,  
 omnium suarum deditio fecerant. Sic ergo (d)  
 Romanus bellum Samniticum tanquam sibi ges- 1  
 sit. || (e) Omnium non modo Italia, sed toto orbe 3  
 terrarum, pulcherrima Campaniæ plaga est.  
 Nihil mollius cœlo: (f) denique bis floribus ver-  
 nat. (g) Nihil vberius solo: ideo Liberi Cereris-  
 que certamen dicitur. (h) Nihil hospitalius mari:  
 || Hic illi nobiles portus, (i) Caieta, (k) Misenus, 4  
 & tepentes fontibus (l) Baiæ: (m) Lucrinus &  
 Auernus, quædam maris (n) otia. || Hic (p) ami- 5  
 cti vitibus montes, (p) Gaurus, Falernus, Massi-  
 cus, & pulcherrimus omnium (q) Vesuuius,  
 Ætnei

- 6 *Ænei ignis imitator.* || Vrbes ad mare, (r) Formix, (s) Cumæ, (t) Puteoli, Neapolis, (u) Herculaneum, (x) Pompeii, & ipsa caput urbium (y) Capua, (z) quondam inter tres maximas, Romanam, Carthaginemque numerata. || Pro hac vrbe, his regionibus populus Romanus Samnites inuasit, gentem, si opulentiam quaeris, (a) auris & argenteis armis, discolori veste, vsque ad ambitum armatam: (b) si fallaciam, (c) saltibus fere & montium fraude grassantem: si rabiem ac furorem, (d) sacratis legibus, (e) humanisque hostiis in exitium Urbis agitatum: (f) si pertinaciam, sexies rupto foedere, (g) cladibusque ipsis animosiores. || Hos tamen (h) quinquaginta annis per Fabios & Papirios patres, eorumque liberos, ita subegit, ac domuit, ita ruinas ipsas urbium diruit, (i) vt hodie Samnium in (k) ipsa Samnio requiratur: nec facile appareat materia
- 7 quatuor & viginti triumphorum. || Maxime tamen nota & illustris ex hac gente clades, (l) apud Caudinas furculas Veturio Posthumioque Con-
- 8 sulibus accepta est. || Clauso enim per insidias intra eum saltum exercitu, vnde non posset euadere, stupens occasione tanta dux hostium Pontius, Herennium patrem consuluit, & ille, *mitteret omnes, vel occideret*, (m) sapienter, vt senior, suaderat. || Hic armis exutos mittere sub iugum maluit, (n) vt nec amici forent beneficio, & post
- 9 flagitium hostes magis. || Itaque & consules statim magnifice (o) voluntaria deditioe turpitudinem foederis dirimunt, & vltionem flagitans

miles, Papirio duce, (horribile dictu) (p) strictis ensibus per ipsam viam ante pugnam fuit: & in congressu (q) arsisse omnium oculos, hostis auctor fuit. nec prius finis cædibus datus, quam (r) iugum, & hostibus & duci capto reposuerunt.

## NOTÆ IN CAPVT XVI.

Num. 1. (a) *Precibus &c.*] Prima pars capituli huius, de precibus scilicet & deditione Campanorum, habetur à Liuiò 7. 30. &c: reliquum lib. 9. Camers.

Ibid. (b) *pro sociis*] Tertium membrum diuisionis propositæ supra. 1, 9, 6.

Ibid. (c) *Sannites*] *Vetus, Sannitas*, sic quoque Iordanæi, ἀρχαϊκῶς sic *Acaruanas, Pæanas*, apud veteres, pro *Acaruanes, Pæanes*, vide Charis. lib. 1. Instituit. hunc populum varie scriptum exhibebant libri. *Sanites, Sannites, Sannites*, vt Græcis *Σανίταις*, perperam, cum caput ipsorum *Σάμνιον*, à quo *Σαμνίτης* ὁ πολίτης, Stephanus noster, *Σάμνιον πόλις βρετανίας, τὸ ἰδιὸν Σάμνιον καὶ Σαμνίτης*, portentum putant esse illud *βρετανίας* viri eruditissimi, non est. *βρετανία*, aut *βρετανίαι* Græcis est *βρεττία*, vocarunt etiam *βρετανίδα*, vt alibi docemus. Olympiodorus apud Photium in excerptis, ὅτι τὸ Τηζιον μητροπόλις ἐστὶ βρετανίας ἐξ ἧς φησὶν ὁ ἰσορικός ἀλαρεῦκὸν ἐπὶ Σικελίαν βελλόμενον περὶ αὐτῶνα, ἐπιχερῶνα. vides *βρετανίαν* vel *βρετανίαν* esse *βρεττίαν* quæ Latinis *Bruttium* vel *Britium*. Sed hæc præter rem. & pluribus ad Stephanum nostrum diximus, vbi & locum Polybii adduximus. Salmasius.

Ibid. (d) *Romanus*] Quidam pop. Rom. non ita recte. Nam alibi sibi loquitur. *Romanus, Germanus, Tarentinus*, non addens *populus*, exempla passim obuia. Salmasius.

3. (e) *Omnium &c.*] *Campaniæ laus sumpta est ex Plin. 3. 5. Solin. cap. 8. Strab. lib. 5. Eutropio 2, 1. Eleganter Silius Campaniæ laudes cecinit 8, 526. De his populis plura Plinius 3, 5. & 12. Camers. Adde Polyb. 3. 91. Dionys. 1, 37. Plin. 12, 11. Cicer. pro L. Agrar. Strab. lib. 5. Inde est quod Seneca epist. 51. ait Hannibalem indon. etiam ni:ibus & Alpibus virum, enervauerunt fementa Campaniæ. Pertinet eo prouerbium quod hodieque vsurpari Cameras. subcisiv. 1, 85. refert. Il regno Neapolitano e un delicto paradiso, ma habitato da gli diavoli.*

Ibid.



Ibid. (f) *denique*] Rara illatio vocis *denique*, cum nihil præcesserit, cui seruiat. ICTis tamen aliisque etiam scriptoribus, non semel vsitata; frustra sane reprehensa à viro docto; Triboniani manibus iniquiore quam par erat. plane Pal. nostri tres propugnant hanc scripturam; & adsentior amicissimo meo Salmasio, belle sic ex abrupto inferri, illud *denique*. amicus tamen quidam meus aliquando suspicabatur, *calo dieque*: acutius quam verius. Gruterus. Pluribus exemplis lectionem hanc firmat Salmasius in Solin. pag. 382. D. 2. quibus adde Iustin. 9. 4. 1. 13, 2. Io. 23, 1, 15. & Papinian. in l. 13. de adopt.

Ibid. (g) *nihil vberius solo*] Varro ubi Italiam extollit, præcipue Campaniam laudat. lib. 1. de re. Rust. cap. 2. *Quod far conferam Campano? quod vinum Falerno? quod oleum Venafro?* nam & ista sunt Campana. Iterum 11. Rerum Humanarum: *Ad vitium optima fert, ager Campanus frumentum, Falernus vinum.* Livi. 7. 33, 7. *agrum Italia vberimum, dignam agro urbem.*

Ibid. (h) *hospitatus*] Contra Pontus Euxinus, antea ab inhospitali feritate *Aeneus appellatus.* apud Plin. 6, 1.

4. (i) *Caicta*] Caietam Latio nouo, quia citra Lirim sita est, multi adscribunt. vrbs est & portus in ora Formiani sinus occidentali. nomen habet à Caieta *Aeneæ* nutrice, siue à litoris curuitate, teste Strabone, & hodie nomen retinet, distatque ab Vrbe in ortum æstiuum ad sexagesimum lapidem ab Aquilone. Formias habet aduersas, ad quintum lapidem, Formiano sinu intermedio. Stadius. Vide Sertium ad *Æn.* 7, 1.

Ibid. (k) *Misenum*] Portus & promontorium est, olim vrbs quoque satis celebris, quæ nunc diruta est. Ultra Caietam in ortum vergit ad quadragesimum fere lapidem, dictus à Misenno *Aeneæ* tubicine, teste Virgil. 6, 234. Cum eodem tractu sitæ erant, sed in occasum æstiuum XVI. sta liis. Stadius.

Ibid. (l) *Pala*] Promontorium & vrbs, & portus ob repentes aquas salubertima; ab Vrbe ad centesimum lapidem in ortum brumalem distabat, cingebatur à Sequentione Auerno, à meridie Augusti portu, ab occasu Lucrinum lacum habebat, ab ortu Puteolanum sinum. ita vt nihil eo situ amœnius neque salubrius esse posset. quare à Romanis frequentissime otii causa & deliciarum habitabatur: nunc fere suis ruderibus obruta iacet, etiam si ob fontium & aquarum salubritatem etiam hodie commendetur. Stadius. Legè etiam Sidonii Apollinaris carmen X V I I I.

Ibid. (m) *Lucrinus & Auernus*] Ex præcedenti Baiarum descriptione noti sunt, & Strabo lib. 5. & Plinius 3, 5. & 30, 2. & 36, 15. cetera. Stadius.

Ibid. (n) *otia*] Ita ausus sum reponere, suadente v. e. quodque annotasset Vinctus, ita quoque habere aliquot Mss. nihil enim verius aut elegantius dici potest. sicuti pluribus ostendo in Opinionum libellis. Vincti editio *otia*, quod quomodo concoquant viri eruditi, nescio. certe nostrum reperitur quoque in tribus Pal. Gruterus.

5. (o) *amici vitibus montes*] Vetus Iordanis, *amici vit. mont.*, eleganter, modo ita scripserit Annæus. Sic Horatius, *amicum vitibus Gaultonem* dixit. Salmast. Vide Indicem si lubet.

Ibid. (p) *Gaurus*] Symmachus de Campania loquens,

*ubi corniger Lyæus*

*aperit superna Gauri.*

Hos versus posuimus, ut scribendos putamus. *Guttur* vulgo mendosissime. Schedæ Pal. *Guttur*, nos *Gauri*. Salmast. *Gaurus* autem mons initium habet à ripa Liris orientali atque ostio eiusdem fluminis, quod à Gauri viciniate *Gaurianus*, vnde vulgo *Gargiliano* dicitur. Huius montis pars occidentalis *Gaurus*; orientalis & iuga eiusdem, *Masicus*; septentrionalis *Falernus* dicebatur. Falernus ager eius montis ad septentrionem declivitate porrigebatur. Vinum quod summis collibus nascebatur, *Gauranum*; quod mediis, *Faustianum*; quod imis, *Falernum* vocari solitum est, teste Plinio 14, 6. Stadius.

Ibid. (q) *Vesuvius*] Nunc *Sumanus* dictus, distat à Neapoli in ortum ad quartum ferme lapidem, clauditque ripam Sarni fluminis; ipse nobilis generosissimo vino, quod nunc Græcum vocant, & frequenti etiam incendio celebris est, eructat enim subinde flammæ, & cinere quoque lato pinguique vicina respersit, verticem vero habet tostis & adustus faxis sterilem. Flagrasse sub Tito maximo incendio Xiphilinus testatur & Zonaras, itidem Suetonius Tito cap. 8. antea etiam flagrasse ex Strabone constat & Vitruvius. Plinium secundum, dum illud sub Tito incendium Vesuvii, eiusque causas propius inuestigare contendit, crassa aëris caligine suffocatum interiisse, ad Tacitum Plinius eius nepos lib. 6. Epist. 16. scribit. *Ætna* Siciliæ mons, perperuo incendio in vertice lucet, eiusque causam Iustinus 4, 1, 14. reddidit. Stadius. Incendii sub Tito, meminit etiam Martialis 4, 44. eoque Cæsium Bassum Poëtam Lyricum cum villa sua conflagrasse scribit in vita eius Petrus Crinitus. Ceterum plura post hoc Vesuvii incendia memorantur. Semel cum, Procopio lib. 2. Gotthic. teste, cineres Byzantium vsque delati sunt. Pluviam illam cineream refert & Zonaras tom. tert. eamque regnante Leone Magno accidisse. Iterum imperante Constantino quarto, Paul. Diaconus 6, 4. Postremo Anno 1631 *disce* MDXXXVIII. Munsterus Cosmograph. lib. 2. & nostra memoria nuper extremo Anno MDCXXXI

6. (r) *Formia*] Vrbs Campania prius *Hormia* dicta. Strabo lib. 5. Plin. 3, 5. quadraginta stadiis à Caieta. Cluverius illud ipsum oppidum esse autumnat, quod hodie *Mola* dicitur.

Ibid. (f) *Cuma*] Vetustissima & nobilissima ciuitas à Chalcedensibus condita teste Velleio 1, 4, 2. & Strab. lib. 5.

Ibid. (t) *Puteoli*] Vrbs Campaniæ; Averno ab occasu abluitur. ab orru sinu, cui *Puteolane* nomen dedit, ipsa olim *Dicaarchia* dicta fuit, à iustitia magistratuum, teste Strabone, condita à Semeis teste Eusebio, primis Romæ Cos. Bruto & Collatino. Inde à putore sulphureo quem aquæ tepentes exhalant, *Puteoli* dici cœpit, teste Strabone lib. 5. & Festo. alii tamen à puteorum frequentia illud nomen faciunt, hodie *Puzzuolo* voce parum deflexa dicitur. Stadius. Huius vrbs historiam conscripsit Iulius Cæsar Capacius.

Ibid. (u) *Herculanum*] Sic scribitur hoc & apud Lium extremo libro decimo, quod est *Herculanum*, i pro e penult. syllaba apud Plin. 3, 5. *Ἡρακλείου* vocat Strabo lib. 5. quod nomen idem significat cum *Herculaneo*. Nam ab Hercule, qui Græcis *Ἡρακλῆς* dicitur, facta, *Herculeum* & *Herculaneus* idem sunt, quod *Ἡρακλείου* nomen ab illo *Ἡρακλῆς* deriuatum, & quæ Græcis *Ἡρακλείου*, id est *Heracleæ*, siue *Heracleæ* ciuitates appellantur, eas recte *Herculeas* & *Herculaneas* dicere possis. Fuerunt autem hæ multæ, Viginti tres numerat Stephanus, quarum vna Campaniæ hic celebrata: quæ vrbs eadem fuit cum *Herculaneo*, si quid Perotto, homini multa inæratione auctoreque dicenti, credimus. Vinctus. Fuit autem vrbs hæc Vesuuii monti vicina, ad occasum non longe à Leucopetra promontorio, Vesuuii montis cineribus sepulta iacet, Stadius.

Ibid. (x) *Pompei*] Vesuuii vicina ab ortu ad Sarnum, paricum *Herculaneo* fato deleta. Stadius.

Ibid. (y) *Capua*] De nomine huius vrbs variæ scriptorum sententiæ. *A campis* vi agro appellatam, credit Lilius 37, 2. & Plin. 3, 5. Plerique à Capy, apud Liu. dicto loco, Sueton. Cæsare 81, 2. Dionys. 1, 74. Strabo lib. 5. Silius 11, 298.

*Tam Capis ut primus dederit sua nomina muris.*

Hæc fere Schegklius ad Vellei, 1, 7, 5. Strabo lib. 5. ait *Tyrrenas* eam duodecim vrbes habitarent quæ capuam quasi caput esset, ea de causa *Capuam* nuncupasse.

Ibid. (z) *quondam inter tres maximas*] Quod & voluit præter alios Antonius libello de vrbus, qui amplius canit.

*Heu nunquam stabilem sortita superbia sedem!*

*Illæ potens, opibusque valens, Roma altera quondam,*

*Comere quæ paribus poterant suffragia conis,*



*Octauum reiecta locum vix pone tuerur.*

Gruterus. Alteram etiam suis temporibus Romam dixit Cicero Philippica duodecima cap. 3. Apud eundem orat. contra Rullum cap. 32. legitur: *maiores nostri tres solum vrbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam statuerunt posse imperii grauitatem ac nomen sustinere. Alexandria tamen, (teste Aristea, nec falso) omnes vrbes magnitudine & opulencia superabat.*

7. (a) *aureis atque argent. armis*] Linius 9, 40, 10, 39, 11. Commune hoc fuit plerisque gentibus. 2. Reg. 9. vers. 7. *Tulit David arma aurea, quae habebant seruis Adarezen.* ita Persae armati erant Curt. 3, 10, 15. Iustin. 11, 13, 11. ita Parthi. Iustin. 41, 2, 10. Galli. Polyb. 2, Sic Alexander Argyraspidas instituit. Iustin. 12, 7, 5. quod in successores eius mansit. ita in Antiochi exercitu fuere Argyraspides. Appian. Syriac. Linius 37, 40, 7. Agell. 5, 5. Macrobi. 7, 2. & eius amulatione Alexander Imp. etiam chrysoaspidas, apud Lamprid. cap. 50. Quamuis iam tum sub Tito fuerint arma militum auro argentoque facta, vt indicat Ioseph. de bell. Iud. 6, 15. Pertinet huc Marcellinus 31, 28. qui describit *arma Imperatoris comitatus, auro colorumque micantia claritudine.* Rationem eius rei reddit Polyb. 11, 7. & Plut. cap. 14. in vita Philoemenis, qui Achaos eo modo ornauit, aliam in Sertorio, qui Hispanos. cap. 22. At Brutus apud eund. cap. 55. *acuere non nihil putabat gloriae cupidus pectora, auaros vero reddere etiam fortiores, quod arma sicut possessiones retinerent.* Praeter has alia etiam subsuisse videtur; disciplinae quasi quoddam pignus & vinculum; Inops enim miles Imperatorem minus quam hostem timet. Idcirco, ait Lamprid. in Alex. Seuero cap. 52. *quod mendicium militaris ad omnem desperationem vocat armatum.*

Ibid. (b) *Si fallaciam*] Sic o. Pall. antea vulgati. *si insidiarum fallaciam* voce superflua. Gruterus. Tueri tamen possimus vulgatam lectionem similibus exemplis, Linius 31, 35, 2. *fraus insidiarum* infra 2, 6, 36. *insidiae Punice fraudis.* iterum Linius 8. 24, 13. *diserimen periculi.* Iustinus 31, 6, 3. *adulationes assentionum.*

Ibid. (c) *salibus &c.*] Ita circumuentum & cinctum siluarum montiumque indagine Cos. Cornelii Cossi exercitum, Decius trib. mil. sua virtute expedit. Iunius Cos. exercitui spe praedae degresso, insidiisque ad Bonianum perturbato, armis sanguineque hostium viam aperuit. Iterum Cornelio Aruina Cos. ita vias saltusque obseperant, vt ne qua commeatu subueheretur: sed & ille ferro hostes submouit. Nulla autem fraus ipsis successit in Rom. cladem pronior, quam ad Caudinas furcas, nisi oblarum occasionem infelici consilio corrupissent, de qua mox dicturus est Florus. Stadius.

Ibid. (a) *sacratus legibus*] Vide Liuium 10, 38. Adigebantur autem

autem iureiurando nisi victo hoste non redire, quod etiam Romani prius vsurpauere, Cofs. M. Fabio, Cn. Manlio, apud Liui. 2, 45. ita etiam Ligures lege sacrata exercitum coegerunt, apud eundem 36, 38. Talis fuisse videtur apud Spartanos cohors Sciritas, cuius meminit, Diodorus 15, 32. apud Thebanos sacra cohors, inuentum Gorgiæ, iuxta Plur. Pelopid. cap. 31. & seqq. aut Athen. lib. 13. Epaminonda. Ita Albericus Balbianus equites suos sacramento adegit, *nunquam se terga daturus externo hosti. Iouius in vita Magni Sfortiæ. cap. 9.*

Ibid. (e) *humanisque hostiis*] Has multis quidem gentibus in vsu fuisse, vt ne Romani quidem abstinerint, non nego, de Samnitibus autem nusquam me legere memini, propius igitur vero sit, intelligere Florum eos qui propter altaria casti iacebant, eo quod iusiurandum abnuerant.

Ibid. (f) *si pertinaciam*] Liuius 10, 31, 12. *adeo ne infeliciter quidem defensa libertatis tadebar; & vinci quam non tentare victoriam malebant: quinam sit ille, quem non pigeat longinquitatu bellorum scribendo, legendoque, qua gerentes non fatigauerunt?*

Ibid. (g) *cladibusque ipsi animosorem*] Ita infra, 3, 21, 10. *redit ab Africa Marius clade maior. & apud Iustin. 27, 2, 4. Seleucus latus malis suis, & damnis ditior redditus, & eiusdem Mithridates ita victus est, vt maior clariorque in restaurando bello resurgeret, damnisque suis terribilior redderetur. 38, 1, 8. Adde infra 3, 5, 20. Huic igitur Samnitium genti, non inepte comparares Saxones istos, qui cum Carolo bellum gesserunt.*

8. (h) *quinquaginta annis*] Quadraginta nouem pro quinquaginta Eutropius 2, 12. & Orofius 3, 22. Camers legeret octoginta, pro quinquaginta, quot inuenit annos in præmio Appiani, propter illos viginti quatuor triumphos: sed vel vices quater vno anno istis, puro, licebat, si lubebat, de eadem gente semel victa, triumphare. Cos. Varro apud Liuium 23, 5, 5. dicit Romam cum Samnitibus per centum prope annos belligerasse. Ita fortasse neque Appianus subtilem annorum computationem ibi facere voluit. Liuius 7, 29, 2. scribit aduersum Sannites mota esse primum arma M. Valerio Coruino tertium, A. Cornelio Cossio Cofs. quem putamus annum Urbis CCCCXI. Eutropius vero auctor est, ei bello finem imposuisse Cofs. Cornelium Rufinum, & M. Curium Dentatum: quorum consulatum putamus incidisse in annum Urbis CCCCLXIV. Si hæc ergo vera sunt tempora initii & finis huius belli Samnitici, id non plus LIII. annos durauerit. Vinetus. Idem Liuius 23, 42, 5. per centum prope annos Sannites bellasse cum Rom. repetit. Scaliger ad numerum Eusebianum MDC XCVII. & Stadius colligunt annos LXXI. quæ computatio propius ad Appiani & Li-

uianam accederet; proxime autem consentiret eum ea, quam idem Liuius 31, 31, 10. proponit.

Ibid. (i) *ut hodie &c.*] De suo sæculo loquitur, sed illa vastitas non à Fabiis & Papiis, verum à Sylla. Dicit hoc Strabo lib. 5. sub finem, pag. 172.

Ibid. (k) *ipsa Sannio*] Ita tres Pall. & subintelligitur, *regione, ante eum, ipse Sannio*. Gruterus.

9. (l) *apud Caudinas furculas*] Historia habetur à Liuiio 9, 2. &c. Val. Max. 5, 1, 5. ext. 7, 2, 14. ext. Plut. cap. 6. Parall. Auctor de vir. illustr. cap. 30. Augustin. ciuit. 3, 17. Lucan. 2, 137. Nota sunt quæ Eutropius & Orosius de hac ipsa clade scribunt. Lege quæ scribit Cicero Offic. 3, 30. Gesta sunt autem hæc anno CCCCXXVI. ab V. C. auctore Orosio. Camers. *Furculæ* autem, pro quo vulgo *furcas*, habent Mss. o. tam Gruteri, quam Vineti.

10. (m) *sapienter, ut senior*] Plutarch. An seni sit gerenda Resp. cap. 19. *Maxime salua est ciuitas, ubi consilia senum & iuuenum arma obrinent.* Et Eurip. in Menalipp. apud Stobæum.

Παλαιὸν αἰὲν ἔργα μὲν νεώτερον,

βελτέει δ' ἔχουσι τῶν γερασίων κρείττον.

Vetus hoc dictum est, faciendo iuuenes.

Consultando autem seniores præstare.

Alludit huc etiam populare prouerbium: *Wann Jagent Wann bette, vnd Alter Stärke.* Vide etiam supra 1, 1, 15.

11. (n) *ut nec &c.*] Simile quid Pyrrho accidit, quamuis captos Romanos absque pretio dimiserit, apud Val. Max. 2, 7, 15.

12. (o) *voluntaria deditio*] Obseruauit tales dedititios nunquam receptos ab hostibus, quod ea ratione eludi se crederent, cum ei qui belli gerendi potestatem haberet, etiam fœderis faciendi ius competere naturalis ratio dicitur, respicit eo l. 5, in fine de pact. vbi quod duces belli inter se paciscuntur, *publica conuentio* esse dicitur. Ita M. Clodium non recepere Corsi, apud Val. Max. 6, 3, 3. nec Mancinum Numantini, Appianus Hispanicis pag. 301. Zonar. Annal. tom. 2.

Ibid. (p) *strictis ensibus &c. fuit*] Imperiti librarii peruersa licentia, multis modis, hæc contemnerunt: Pal. vnus, *ante pugnam agit*, alter *adit pessime vterque*, nec melius aut prudenter gens docta, sed infelix correctorum, qui pro *fuit*, quod erat vera lectio, *fuerit* supposuerunt, nec cogitabant, id verbi sibi conuenire, quod repositum ibant. Nazar. & vterque Iordaneus, *fuit*, optime. scribendum itaque, *strictis ensibus &c. fuit*. dicit per ipsam viam, ante pugnam, militem fuisse strictis ensibus, h. e. stricto: enses habuisse, & in ipso congressu omnium oculos exarsisse. *meles strictis ensibus fuit*, elegantissima locutio & vtilitatis-



ma, pro, *strictos enses habuit*, elegantia sane fecit, ut ab hominibus peruerteretur nullius rei minus quam elegantia studiosis. Salmastius. qui etiam in notis ad Solinum pag. 585. B. 1. & Histor. August. pag. 214. C. 2. hanc lectionem tuetur. Et sane loquuntur ita maximi nominis auctores quos in Indice citabo.

Ibid. (q) *arsisse omnium oculos* ] Ita cum Aquileia obsidens Attila, speculatum ad muros accederet, ab hostibus circumuentus, duobus interfectis, reliquos audacia & virtute sua in fugam vertit, qui sacrosancte affirmarunt, ex illius oculis ignitos radios, fulguris instar, emicuisse. Nicolaus Olahus in eius vita. Idemque testatur P. Callimachus Experiens in Attila. Turno suo tribuit hoc Virg. *Æn.* 12, 101. *totoque ardentis ab ore*

*Scintilla absistunt, oculis micat acritus ignis.*

Alemannis suis Henrici legatio apud Choniatem sub fin. lib. 1. de rebus gestis Alexii Angeli. *qui Martu alumni, ira flamma oculos suffusi, non secus quam gemma radiant.* Et suis militibus Julianus apud Marcellinum 21, 27. *f. oculorum vestrorum vibrato lucus ardorem.* & ipse auctor Gothis, 31, 38. *Sequebantur furore ex oculis lucente Barbari nostros.* Lege etiam quæ notauit Gruterus ad Liu. 7, 33. & discursu 13. ad Tacit. Item Virdungus in Taciti Agricolam 41, 5.

Ibid. (r) *iugum & h. e. d. e. reposuerunt* ] Ambiguitatem quana Liuius 9, 15, 9. proponit, fuerit ne res ad Luceriam gesta, & ignominia Caudinæ deditiois reposita. Papirio tertium Cos. an ipso equitum magistro, dictatore Lentulo? eam Capitolini triumphi dirimunt: qui Papirium de Samnitibus secundum triumphasse, cum Cos. tertium esset, constanter recensent. anno V. C. CCCCXXXIV. *stadius.*

## *Bellum Etruscum & Samniticum.*

### *CAP. XVII.*

HAtenus populus Romanus cum singulis gentium: mox aceruatim: tamen sic quoque par omnibus. Etruscorum duodecim populi, (a) Umbri in id tempus intacti, antiquissimus Italiae populus, Samnitium reliqui, in excidium Romani nominis repente coniurant. ¶ Erat ter-

ror ingens, tot simul tantorumque populorum  
 (b) Late per Etruriam infesta quatuor agminum  
 signa volitabant. || (c) Ciminius interim saltus in  
 medio, ante inuius, plane quasi (d) Calidonius,  
 vel Hercynius, adeo tunc terrori erat, vt senatus  
 consuli denunciaret, ne tantum periculi ingredi  
 auderet. || Sed nihil horum terruit ducem, quin  
 (e) fratre præmissis exploraret accessus. Ille per  
 noctem pastorio habitu speculatus omnia: refert  
 (f) totum iter. || Sic Fabius Maximus periculofissi-  
 mum bellum (g) periculo explicauit. Nam subi-  
 to inconditos atque palantes aggressus est; ca-  
 ptisque superioribus iugis, in subiectos (h) suo  
 iure detonuit. || Ea namque species fuit illius  
 belli, quasi in terrigenas è cælo ac nubibus tela  
 mitterentur. || (i) Nec incruenta tamen illa vi-  
 ctoria. nam oppressus in sinu vallis alter consu-  
 lum Decius, (k) more patrio deuotum diis mani-  
 bus obtulit caput: sollempnemque familiæ suæ  
 consecrationem in victoriæ pretium redegit.

## NOTÆ IN CAP. XVII.

Quæ hoc capite continentur, scribit Lilius 9, & 10. Orofius  
 3, 27. Eutrop. 2, 1. Gestum autem est bellum hoc anno CCCCL  
 ab V. C. Orof. Eusebius autem dicit gestum Olymp. CXVII.  
 Meminit Augustinus ciuit. 3, 17. De duodecim Ethruriæ popu-  
 lis supra cap. 5. De Calydoniæ & Hercynio saltu infra 3, 10, 18.  
 & 4, 12. 27. Camers.

Num. 1. (a) *Vmbri in id tempus intacti &c.*] Secutus sum edi-  
 tionem Gruterianam, quam etiam Lipsius Elect. 2, 19. ex libro  
 suo confirmat. Vmbros enim antiquissimum Italiæ prop. etiam  
 Dionys. 1, 19. & Plin. 3, 14. appellat. Caterum ne sic quidem  
 persanatum esse locum suspicor. Primum quod admodum  
 languere videatur oratio; tum quod de Gallis, præcipuo Ro-  
 manorum

manorum terrore, nulla mentio; præterea quod mox subiicitur; *infesta quatuor agminum signa*, videbatur etiam Gallorum mentionem requirere. Itaque sic tentabam: *Vmbri in id tempus intacti, antiquissimus Italiae populus, Samnium, Galli que*. vel ita: *Vmbri i. i. t. i. a. l. populus Samnitum, Galli que*. sed nihil affirmo.

2. (b) *Late per Etruriam*] Recepti lectionem Iordanis antea Vineto, mox Salmasio probatam. nam illa altera vitio non caret.

3. (c) *Ciminus &c.*] Lege Liuium 9, 36, 1. & nostrum supra 1, 11, 3. vbi similis comparatio.

4. (d) *fratre*] Quem Cæsonem appellat Frontinus 2, 2, 2. alii, quos Liuius 9, 36, 3. citat, C. Claudium.

Ibid. (e) *totum iter*] Ita accurate ex Iordane Vinetus, nec abiectionem v. e. nisi quod truncate, refert. *Tum iter*. at alia edd. refert. *Tum sic Fabius &c.*: quod & in Pal. sec. nam pr. medium retinet, item tert. Iordanes qui extat [extitit, heu!] in Palatina libraria Mss. habet, *præfert tutum iter*. non male, hæreas tamen utrum præferas: adeo virique scripturæ suæ adsunt rationes. Gruterus. Salmasio magis arridet *tutum iter*, itaque potuisse scribere *Florum*, propius fidem est.

5. (f) *periculo explicauit*] Recte quidem hoc, sicut enim non temere subeunda sunt pericula: ita vbi periculorū non nisi per periculum effugium est, *δράσαντες ἡ κινδυνώσαν* (vt in hoc periculoſissimo bello) melius certe est, verbis Thucyd. 1, 4, 5. accidit enim vt

*Audaces fortuna iuuat*

adeoque sæpius valeat illud Taciti 15, 59, 4. *Multa experiendū consisti, quæ seignibus ardua videantur.*

Ibid. (g) *suo iure*] Sic Iordanes, sic Pal. pr. & probandum est, quamvis Vineti Codd. calamo exarati, vt & Pal. sec. ac tert. Præferant *suo more*, quod & in vulgatis. Lipsius d. cap. 19. scribendum autumat, *locus more*, tanquam *suo more*, inferat tale quid à Fabio sæpius factum. Gruterus. Salmasius etiam *suo iure* probat & explicat, ex auctore 3, 17, 3. vbi hæc eadem phrasid. Lipsiana tamen coniectura alio Flori loco iuuari videtur, infra 2, 6, 9. vbi similis comparatio.

7. (h) *Nec incruenta tamen illa victoria, nam &c.*] Referenda hæc sunt non ad illam expeditionem qua Ciminii luci claustra perrupta sunt, sed ad totum bellum, *victoria* enim, sicut *victor* & *vincere* tam ad bellum quam prælium referuntur. Absque explicatione confusio oriretur historię, non enim idem in tempus incidit illa victoria cum morte Decii, sed XIII. annis distans.

Ibid. (i) *more patrio*] Vide supra, 1, 14, 3. g. Auctorem de vir. illustr.



illustr. cap. 27. Plut. cap. 33. Parall. Valer. Max. 5, 6, 6. August. Ciuit. 3, 18. lege quæ scribit Cicero de diuin. 1, 24. Camers.

*Bellum Tarentinum, &  
cum Pyrrho Rege.*

*CAP. XVIII.*

SEquitur bellum Tarentinum, vnum quidem  
titulo & nomine; sed victoria multiplex.  
Hoc enim Campanos, Apulos, atque Lucanos,  
& caput belli Tarentinos, id est totam Italiã, &  
cum istis omnibus (a) Pyrrhum, clarissimum  
Græciæ regem, vna veluti ruina pariter inuoluit:  
vt eodem tempore, & Italiã consummaret, &  
transmarinos triumphos auspicaretur. || (b) Ta-  
rentus Lacedæmoniorum opus, Calabriæ quon-  
dam, & Apuliæ, totiუსque Lucaniæ caput, cum  
magnitudine & muris, (c) portuque nobilis,  
tum mirabilis situ: || quippe in ipsis (c) Hadria-  
tici maris faucibus posita, in omnes terras, Hi-  
striam, Illyricum, Epirum, Achaïam, Africam,  
Siciliã, (f) vela dimittit. Imminet portui, ad  
prospectum maris positum, maius theatrum:  
quod quidem causa miseræ ciuitati fuit omnium  
calamitatũ. || Ludos forte celebrabant, quum ad-  
remigantem littori Romanam classẽ inde vi-  
dent: atque hostem rati, emicant, sine discrimi-  
ne insultant. (i) *qui enim, aut vnde Romani?* || nec fa-  
tis. aderat sine mōra querelam ferens legatio (k)  
hanc quoque fœde per (l) obscœniã, turpemq;  
dictu contumeliã violant. (m) ex hinc bellum.

Sed

- 6 || Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis confurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus: qui (n) semigræcam ex Lacedæmoniis conditoribus ciuitatem vindicaturus, cum totius viribus Epiti, Thessaliæ, Mædoniæ, (o) incognitisque in id tempus elephantis, mari, terra, viris equis, armis, addito insuper ferarum terrore, veniebat. || Apud (p) Heracleam, & Campaniæ fluumium Lirim, Leuino consule, prima pugna: quæ tam atrox fuit, vt (q) Frentanæ turmæ præfectus Obsidius inuectus in regem, turbauerit, coëgeritque (r) proiectis insignibus prælio excedere. || Actum erat, nisi elephantibus conuersi in spectaculum belli, procurrissent: quorum cum magnitudine, tum deformitate, & (s) nouo odore sibi belluas amplius quàm erant, suspicarentur, fugam stragemque late dederunt,
- 7 || In Apulia deinde apud (t) Asculum melius dimicatum est, (u) Curio, Fabricioque consulibus. iam quippe belluarum terror exoleuerat, & Caius Minucius quartæ legionis (x) hastatus, vnus (y) proboscide abscissa, (z) mori posse belluas ostenderat. || Itaque & in ipsas pila congesta sunt, & in turres vibratæ faces, tota hostium agmina ardentibus ruinis operuere: (a) nec ante cladi finis fuit, quàm nox dirimeret: postremusque fugientium ipse rex à satellitibus humero saucius in armis suis referretur. || Lucaniæ suprema pugna sub (b) Arufinis quos vocant, campis, ducibus iisdem, qui (c) superius: sed tunc ad totam victoriam, exitum, quem datura virtus fuit, casus

sus dedit. || Nam productis in primam aciem  
 rursus elephantis, vnum ex his pullum adacti  
 in caput teli grauis ictus auertit: qui quum per  
 stragem suorum (*f*) percurrens, stridore que-  
 reretur, mater agnouit, & quasi (*g*) vindicaret,  
 exiuit (*h*) tum omnia circa quasi hostilia graui  
 timore permiscuit. || (*i*) ac sic eadem fera, quæ  
 primam victoriam abstulerant, secundam pa-  
 rem fecerant, tertiam sine controuersia tradide-  
 re. || Nec vero tantum armis, & in campis, sed  
 CONSILIIIS quoque & domi intra Urbem cum  
 rege Pyrrho dimicatum est. Quippe (*k*) post pri-  
 mam victoriam rex callidus, intellecta virtute  
 Romana, statim desperauit armis: (*l*) seque ad  
 dolos contulit. || Nam interemptos cremauit: 12  
 (*m*) captiuosque in dulgenrer habuit, & sine pre-  
 tio restituit. (*n*) Missisque deinde legatis in Ur-  
 bem omni modo (*o*) annixus est, vt in amicitiam  
 reciperetur. || Sed bello & pace, foris & domi, 14  
 omnem in partem Romana virtus tum se (*p*) ad-  
 probauit: nec alia magis, quàm Tarentina victo-  
 ria ostendit populi Romani fortitudinem, sena-  
 tus sapientiam, ducum magnanimitatem. || (*q*) 15  
 Quinam illi fuerunt viri, quos ab elephantis pri-  
 mo prælio obtritros accepimus? (*r*) omnium vul-  
 nera in pectore: quidam hostibus suis immortalis:  
 omnium in manibus enses: & relictæ in vultibus  
 minæ: & in ipsa morte ira viuebat. || Quod adeo 16  
 Pyrrhus miratus est, vt diceret: (*s*) *O quam facile*  
*erat orbis imperium occupare, aut mihi Romanis mi-*  
*litibus.* 17 18



- 19 litibus, aut (t) me rege Romanis! || (u) Quæ autem eorum, qui superfuere, in reparando exercitu festinatio? quum Pyrrhus, (x) Video me, inquit, plane (y) Herculis sydere procreatum, cui quasi ab angue Lerneo, tot caesa hostium capita de sanguine suo renascuntur. || (z) Qui autem ille senatus fuit? (a) quum perorante Appio Cæco, pulsi cum muneribus suis ab Vrbe legati, interroganti regi suo, quid de hostium sede sentirent? *Vrbem templum sibi visam*, (b) *senatum regum confessum esse confite-*
- 20 *rentur.* || Qui porro ipsi duces, vel in castris? (c) quum (d) medicum venale regis Pyrrhi caput (e) offerentem, (f) Curius remisit: Fabricius obla-
- 21 *tam sibi à rege imperii partem repudiauit.* || vel in pace: quum Curius (g) fictilia sua Samnitico præferret auro: Fabricius decem pondo argenti circa (h) Rufinum consularem virum, quasi lu-
- 22 *xuriam censoria gravitate damnaret.* || *Qvis ergo miretur his moribus* (i) virtute, militia, victorem populum Romanum fuisse? vnoque bello Tarentino intra quadriennium maximam partem Italiae, fortissimas gentes, opulentissimas vrbes, vberrimasque regiones (k) in ditionem redegit-
- 23 *se?* || (l) Aut quid adeo fidem superet, quam si principia belli cum exitu conferantur? Victor primo prælio Pyrrhus, (m) tota tremente Campania, Lirim, Fregellasque populatus, prope captam Urbem à Prænestina arce prospexit: & à vicesimo lapide, oculos trepidæ ciuitatis, fumo ac
- 24 *pulvere impleuit.* || Eodem postea bis exuto castris, bis saucio, & in Græciam suam trans mare

ac terras fugato, pax & quies, <sup>(n)</sup> sed tanta adeo de opulentissimis tot gentibus spolia, vt victoriam suam Roma non caperet. || Nec enim teme- 26  
re vllus pulchrior in Urbem; aut speciosior triumphus intrauit. Ante hunc diem <sup>(o)</sup> nihil, nisi pecora Volscorum, greges Sabinorum, carpenta Gallorum, fracta Samnitum arma vidisses: || tum 27  
si captiuos aspiceres; Molossi, Thessali, Macedones, Bruttius, Apulus, atque Lucanus; <sup>(p)</sup> si pompas, aurum, purpura, signa, tabulae, Tarentinaeque deliciae. || Sed nihil libentius Populus Ro- 28  
manus aspexit, quam illas <sup>(q)</sup> quas timuerat, <sup>(r)</sup> cum turribus suis belluas: quae <sup>(s)</sup> non sine sensu captiuitatis, summissis ceruicibus, victores equos sequebantur.

## NOTÆ IN CAPVT XVIII.

De hoc bello scribit Epir. Liu. lib. 12. 13. 14. Val. Max. 2, 23. Auctor de vir. illustr. cap. 35. Plut. in vita Pyrrhi. Augustin. Ciuit. 3, 17. Oros. 4, 1. Eutrop. 2, 1. Quo tempore hoc bellum gestum sit, docet Agell. lib. 17. cap. vlt. & Plin. 8, 6. [ & 14, 10. ] Camers. Adde Iustin. 18, 1.

Num. 1. <sup>(a)</sup> Pyrrhum ] Pausanias lib. 1. non ita longe ab initio Græcum neminem ante Pyrrhum, bellum Romano imperio intulisse satis constat. Nempe ex vera illa & veteri Græcia, nam antea cum multis Italiae Græcis populis, vt & ipsis Tarentinis, conflixere Romani.

2. <sup>(b)</sup> Tarentus ] Tarenti originei, situm, potentiam, &c. lege apud Strab. lib. 6. & Plin. 3, 10. Sil. 12, 432. Quando & à quibus conditum, Euseb. lib. temp. Camers. Adde Iustin. 3, 4, 11. Scythium ad Æn. 3, 550. Præcipue vero Philippum Clauerium Italiae lib. 4. Merulam 2, 4, 28.

Ibid. <sup>(c)</sup> magnitudine ] Alludit huc Seneca de Tranquill. animi cap. 2. *testis, vel antiqua satis opulenta turbe.*

Ibid. <sup>(d)</sup> portuque nobili ] De quo Polyb. excerpto primo lib. 10. ybi

20. ubi quanta sit portulam vilitas, luculenter demonstrat.

3. (c) *Hadriatici maris*] Ita diserte Pall. pr. vt & supra cap. 15. ubi & alii duo Pall. *Adriatico*, expressere, sed & hoc loco est in tertio *Adriatici*, in sec. *Adriaci*. Gruterus.

Ibid. (f) *vela dimittit*] Ita Naz. Gruterus teste, Salmasius *vela admittit* legere mauult.

Ibid. (g) *positum maius theatrum*] Cum ita esse in MS. suis prodidisset Vinetus id fidenter recepi in contextum, quandoquidem restaret quoque in v. e. nec non Pall. o. haec enim excuditur, *urbis theatrum*. Gruterus. Salmasius illud *urbis* eliminandum putat, cum nullius hic usus sit. forte non in contumode mutari possit in *amphi*, vt sit *amphitheatrum*. Non enim notum est ita corrumpi & exteri literulas, vt in alienum verbum degenerent, sicut hoc ipsum sibi exemplo est, quod in aliis ex *maius* in aliis *urbis* legitur, nihil tamen adfirmauerim.

4. (h) *quam adremigantem lit. &c.*] Gruterus censet adfuta nonnulla a librariis; & purius ita legi: *quam adremigante litore Romana classe, hostem &c.* puto veram censuram.

Ibid. (i) *Qui enim, aut unde Romani?*] Sequuntis sum certissimam Salmasii correctionem; etiam Gruterus probatam, haec enim edebant, *qui autem & unde Romani, nec satum norant, cum illud norant, non norint* o. Pall.

5. (k) *hanc quoque*] Legationis ius vt ex gentium moribus originem traxit; ita violatores eius semper infames inuisque fuisse, maximisque poenis affecti. De qua re tractare profectus lege Paschalium cap. 25. Gentilem lib. 2. cap. 14. Frederic. de Marselaer differt. 13. &c: exempla praeter hoc sunt in nostro 2, 50 3. & 23, 15; 3.

Ibid. (l) *obscenam turpemque dictu contumeliam*] Non tempero mihi; quin insignem multis de causis historiam ex Dionysio excerp. legat. IV. adscribam. Cum Posthumius legatus ad Tarentinos missus esset; & quadam apud eos exponeret; Tarentini non modo non attenderunt animos; verum etiam si quid ab eo diceretur, quod non exactissimum Graeci sermonis characterem referret, obseruabant ac ridebant, & barbarum vocitabant, ac tandem e theatro eiciebant, cumque abirent; vnus ex eis qui in transitu adstabant Tarentinus, nomine Philonides, homo scurrilis, qui a violentia; cui per totam vitam deditus fuerat, appellabatur Cotyla, hesterni ebrietate etiam nunum dissentis, vt appropinquarunt legati; sublato amiculo; & corpore ad obscenissimum habitum composito, sordes nominatu indecoris sacro legati vestimento adpersit, ubi cum totum theatrum in risum erupisset, & petulantissimi quique manibus compiosissent Posthumius Philonidem intuitus: Accipiemus inquit oracn. o scurrus; quia datus nobis etiam ea qua non petimus. Deinde ad multos idem verba conuersim, vestem contumelia affectam ostendit; cumque adscie



maiorum ex omnibus risum oriri cerneret, & voces quorundam illatan-  
tium petulantiamque laudantium audiret: *Ridete, inquit, Tarentini,  
ridere dum licet; nam post hac diu stebitis. Ad quas minas cum non-  
nulli exasperarentur: Et ut magis, inquit, stomachemini, etiam hoc  
vobis dicimus, vos hanc vestem multo sanguine eluturos. Fateor non  
conuenire instituto, tales narrationes inferere, sed cum ad ex-  
plicandum auctoris locum precipue faciat, nec alibi idem ad-  
miserimus, veniam merebimur. Facit cum Dionys. Val. Max.  
2, 2, 5. Polybius 1, 7. non exprimit genus contumelie, sed  
*αὐτλαγείας* vocat. Quanta vero ea iniuria fuerit, & quam iusto  
pioque bello Romani propterea Tarentinos persecuti sint, ex-  
inde apparet, quod etiam in priuatis hominibus, apud quos re-  
spectus iste iuris gentium cessat, pro atroci contumelia acceper-  
int fimo corrupto perfundi. l. 1. §. 1. de extraord. crimin. iun-  
cta l. 9. de iniur. Liu. epit. 12. pulsatos scribit.*

Ibid. (m) *exhinc*] Supra 1, 13, 2, legendum hic docuimus, &  
*hinc bellum*, nec sententiam mutamus. Salmasius.

6. (n) *semigræcam*] Ita apud Liu. 7, 19, 9. *Ceritempop. miser-  
cordia consanguinitati Tarquiniensibus adiunctum, fama ferebat.*

Ibid. (o) *incognituque in id tempus elephantu*] Adde Plin. 8, 6.  
Veget. 3, 24. Varron. lib. 6. de ling. Latin. Solin cap. 25. Frontin.  
Strateg. 7, 4, 13. Iustin. 18, 1, 6. Maximum autem hoc fuit belli  
momentum: Ita cum Fidenates facibus armati erumperent;  
*forma inuistat pugna Rom. milites terruit. Lilius 4, 33, 2. & à Bri-  
tannis nouo genere pugna perterriti sunt Casareani. Cæs. de bell.  
Gall. 5, 15. Subita enim conterrent hostes, vstata uilescunt. Veget. 3, 26.*

7. (p) *Heraclæam, & Campanie fluum Lirim*] Similiter Orosius  
4, 1. Iordanes. Gotefridus Viterbiensis Chronic. lib. 9. Constat au-  
tem inter omnes Heraclæam illam non in Campania nec ad Lirim  
sitam fuisse; sed in Lucania inter Sirin & Acirin. Plin. 3, 11. Stra-  
bo lib. 6. pag. 182. Plutarch. Pyrrho cap. 34. Stephanus de urbi-  
bus. Frontin. 4, 1, 24. Ideoque Bongartius ad Iustinum 18, 1, 4. in  
Orosio 4, 1. & hoc nostro legi vult. *Heraclæam & Pandosiam  
urbem, fluumque Sirin. Salmasius ad Solin. pag. 58. D. 1. He-  
raclæam & fluum Sirin. Cluver. Italix antiquæ pag. 510. & 1279.  
Lucanie fluum: omnia ex historia. Sed cum nostri consilii haud  
sit historias ex integro condere, sed vt à Floro conscriptæ sunt,  
proponere; rectius videtur accedere alteri eiusdem Salmasii  
opinionem, qua peccatum auctoris esse censet.*

Ibid. (q) *Frentana turma præfectus*] Frentanum natione, tur-  
maque præfectum, nomine Oplacum Plutarchus Pyrrho cap.  
36. vocat: vt dubium esset, an de Frentanorum auxiliatorum  
præfecto loqueretur, nisi testaretur Franciscus Fabricius vir do-  
ctissimus.

Etissimus, habere se Mss. librum in quo nomen huic præfecto *Obsidium* sit adscriptum, quod Plutarchi sententiam in Pyrrho quoque confirmaret. Stadius.

Ibid. (r) *proiectis insignibus*] Nempe ne per ea monstratus hostibus, periculosius fugeret. Similia Plutarch. Lucullo cap. 55. Cæsare cap. 67. Curt. 3, 11, 21. Frontin. 2, 1, 14. Zonaras lib. 3. de Magnentio. Adde notam Casauboni & Berneggeri ad Suetonium Augusto 10, 9, 2. Sic Antonius consularem vestem abiecit inter eadem Cæsaris. Dio lib. 44. pag. 283.

8. (f) *nouo odore*] Liuius 30, 12, 6. *Ad quorum fridorem odoremque & aspectum territi equi, vanum equestre prælium fecerunt.* Idem de elephantis, locis aliis multis idem Liuius. Vinetus. Liuium imitatur Ammianus 25, 3. *ad quorum fridorem odoremque & insuetum aspectum magu equi terrebantur.* Adde Plutarch. Pyrrho cap. 37.

9. (t) *Asculum*] Oppidum hoc in Picentibus locat Plin. 3, 13. & noster proximo cap. Ea propter Camers. proxime præcedentia verba, *In Apulia* delenda censuit. Vinetus ita subuenire tentat; *In Apulia, deinde apud Asculum*: vt innuat duobus istis locis pugnarum esse. Vegetius 3, 24. quæ hic narrantur, in Lucania accidisse scribit.

Ibid. (u) *Curio Fabricioque*] Manifestus hic est error. Curio enim nunquam in consulatu collegam fuisse Fabricium, Ananales Coss. testantur. Scribendum itaque *Fabricio & Emilio Coss.* quibus ad Asculum cum Lucanis, Bruttis, Tarentinis, & Samnitibus pugnatum esse, Triumphorum tabulæ recensent. Obseruo namque Pyrrhum tunc spe occupandæ Siciliae euocatum fuisse, victum tamen paullo ante Fabricii virtute, utpote qui medicum Timocharem contra regis sui caput spe præni venenum deferentem, ad dominum suum reduci curauerit. ita fere Eutrop. 2, 18. Epit. 13. Liuii. Valerius Maximus. Tabulæ Capitolinæ. Contra Florus, & scriptor de vir. illustribus Frontinus, Plutarchus recensent. cum Pyrrho bis ad Asculum esse pugnatum, priore die proelium ob noctem fuisse ditentum, altero die Pyrrhum circa humeros pilo læsum ex acie decessisse, victoriam penes Fabricium fuisse. Pyrrhum deinde à Syracusanis in Siciliam, qui à Carthaginensibus obsidebantur, euocatum, Plutarch. & Pausanias lib. 1. auctores sunt. Nonnulli scribunt dubio Marte, Sulpitio & Decio Coss. cum Pyrrho pugnatum esse, sed anno superiore Pyrrhum fuisse vulneratum, sed Decium Cos. hoc in prælio cecidisse, Cicero in Tusculanis 1, 37. auct. est. Stadius.

Ibid. (x) *hastatus* ] Centurionem facit Veget. 3, 24. Lipsius de Mil. Rom. lib. 2. cap. 8. de primo hastato exponit.

Ibid. (y) *proboscide* ] Quod iam ante vsurpauerant Macedones bello Pori Indico. Vide Curtium. 8, 14. Aliam vnus militis aduersus elephantem pugnam describit Hirtius de bello Africano cap. 84. & aliam Plinius 8, 7.

Ibid. (z) *uari posse* ] Eoque magis Asdrubal apud Liuium 27, 51, 2.

10. (a) *nec ante elad.* ] Ita Pal. tert. Nazar. autem & v. e. *nec alius*. vnde Salmaf. *nec alias*. Verum impressorum lectio satis constat; si vero sollicitanda sit. ita forte legi posset; *nec alius eladi sine fuit, quam ut non &c.*

11. (b) *Lucania* ] Philippus Cluuerius Italiae Antiquae lib. 4. erroris accessit auctorem, quod *Lucaniae* scripserit, cum *Samnis* debuisset; Verum ab hac nota facile tueatur eum Strabo, qui cum ex professo hoc agat, factur, gentium harum situm vix certis sanibus distingui posse.

Ibid. (c) *Arusinu* ] Frustra sunt viri docti, qui Taurasinos campos hic comminiscuntur. En testem locupletem Iulium Frontinum, qui Arusinos campos nominat. 4, 1, 13. vbi pro *Statuentum* esse *Fatuentum* reponunt *Beneuentum*, sed cum noster *Lucaniae* esse campos scribat, quomodo iidem potuerint esse circa *Beneuentum*, non video. Stephanus nescio quam *Beneuentum* in Campania ponit. quam scribi per *d* perhibet, *Beveberdov*, cuius *Edrixov*, *Beveberdeds*, & aliud esse a *Beveberov*, ridicule, nam *Beveberds* & *Beveberdeds* plane idem. vt *Beveberov* & *Beveberov* dupliciter scribebant, & in veteri inscriptione *Eadlaus* pro *Bataus* aut *Batauus*. *non tamen per vocant.* Subarri mendosissime appellantur hi campi apud Iordanem in edd. nec dubium quin sit ex auctore nostro emendandus, cum scripti habeant, *Subarri in his quos vocant campis*, vel puer videat leg. esse, *sub Arusinu quos vocant campis*. *Arusini* & *Arusini* idem. Salmafius. Cluuerius tamen citato modo loco *Taurasinus* reponit in omnibus auctoribus, ad quem remissum te volo.

Ibid. (d) *qui superius* ] Videntur haec duae voces a mala manu: certe superuacaneas res ipsa clamat. Gruterus.

Ibid. (e) *sed tunc ad totam &c.* ] Ita Pal. sec. nam tert. *sed tunc in totam victoriam*. non placet. melius enim Pal. pr. *sed tunc tota victoria exitum quem &c.* rescribatur tantum: *sed tunc tota victoria exitum quem &c.* tunc, inquit, vicit Romanus, sed sine Marte an piguo, sine cruore multo. Gruter.

12. (f) *percurrere* ] Salmaf. corrigat, *recurrens*.

Ibid. (g)



Ibid. (g) *vindicaret* ] Ita & Pall. tres & v. e. recentiores, *vindicatura*. non male, si quoque firmaret scriptorum codicum auctoritas, Gruterus.

Ibid. (h) *tum omnia circa, quasi hostilia, graui timore permiscuit* ] Editio princeps, *graui mole*, quomodo item Pal. sec. ac ter. sed non etiam pr. in quo, *tum omnia circa quasi host. circa more permisc.* sic inquam Naz. exemplar, nisi quod statim eadem manu prius illud *circa*, mutatum iuerit in *circum*. Illud *mole* ineptum est, haud tamen me expedito ex Nazar. nisi si forte restituendum, *caco amore, permiscuit*. quod lepidum fuerit: proximos enim hominibus sapientia elephantos, omnibus obuium est: itaque & homines excaecat amor, quid mirum si belluam alioquin prudentissimam. Hæc Gruterus, acute & fortean vere. possent tamen etiam non absurde ita legi, *caco timore*.

13. (i) *ac sic &c.* ] Similes euentus in historiis passim, ex quibus Hirtius de bello Africæ, cap. 27. hanc extruxit regulam: *elephanti multorum annorum doctrina usquo verusso vix edocti, tamen communi periculo in aciem producantur*. Alexander quin etiam apud Curt. 9, 2, 21. *Plus suis, ait, quam hostibus periculi inferre*. Quod multo magis necesse fuit fieri, cum alias feras, quæ nunquam bona fide manescunt, leones, apros &c: in aciem producerent. de qua re Lucret. rerum natural. lib. 5. & exemplum extat in Plut. Bruto cap. 13.

14. (k) *post primam victoriam* ] Ideoque dixit, altera sibi pari victoria haud esse opus, nimirum optimum quemque suo ex exercitu occubuisse cernebat. Hoc ipsum etiam Annibal casus ad Cannas Rom. vsurpasse fertur, apud Appian. de bell. Annib. pag. 28.

Ibid. (l) *seque ad delos consulit* ] Nempe; *vbi non sufficit leonina pellex, adsuenda est vulpina*. Plurarch. in Laconicis cap. 94.

15. (m) *captiuasque &c.* ] Sicut prius Alexander (cuius dicta factaque æmulus hic erat) Scythis hostibus captivos annes sine pretio remiseras, ut fidem faceret, sibi cum ferocissimæ gentium de feritate, non de ira, fuisse certamque auctor Curtius 8, 7.

Ibid. (n) *Misissque deinde legatus* ] Huius legationis præter ceteros meminerunt Plin. 7, 24. Solinus cap. 7. Cicero Tuscul. quæst. 1. Camers.

Ibid. (o) *annexus est, ut in amicitiam reciperetur* ] Sic omnino Pal. sec. nam. pr. *admisus est, ut facta fœdere in amicit. &c.*: quod gelinum videri possit, nisi & alia adnoctaret Pal. tert. in quo, *missus est, ut facta fœdere in ami. populi Romani recip.* Gruterus.

16. (p) *adprobauit* ] Melius hoc, quam vulgatum hætenus, præbuit: eratque alterum in tribus Pall. Gruterus.

17. (q) *Quinam*] Salmaf. corrigit, *Qui enim*.

Ibid. (r) *omnium vulnera in pectore &c.*] Confer cum his quæ notant Gruterus ad Ammian. 31. 36. & Berneggerus ad Iustinum 9. 3. 10. Non ab simile est illud Sidonii Carm. 5. vers. 252.

— *mors obruit illos.*

*Non timor; inuicti perstant, animoq; supersunt  
Iam prope post animam.*

18. (s) *O quam facile &c.*] Sic nullo apice minus Pall. tres: omnes, inquam, agnoscunt primam literam O. vet. ed. addebat à fine; mihi cum Romanis, sed non addicunt ei Mf. nostri, neque opus erat tali voce. Gruterus,

Ibid. (t) *me Rega Romanis*] Cam. addit *dato*, sed reiiicit *Vineus*. nec sane vllus eius vsus est,

19. (u) *Qua autem eorum &c.*] Frequentia talis constantiæ exempla, etiam Annibali confessionem hanc extorserunt, vt diceret: cum ea nimirum hoste rex est, qui nec bonam nec malam fortunam ferre potest: seu vicit, serociter instat victis: seu victus est, instaurat cum victoribus certamen. Liui. 27. 16. Et iterum in oratione ad Antiochum apud Iustin. 31. 6. 5. *Cum Romano, seu occupauerit prior aliqua, seu vicerit; tum etiam cum victo & iacente luctandum.* Simile Pontii testimonium apud Liuium 9. 3. 13. *Ea est gens Romana, quæ victa quiescere nesciat. &c.* Adde Horat. lib. 4. Ode. 4.

Ibid. (x) *Videa me*] Lectionem non damnamus, & quis merito damnaret? sed cum in Naz. legerim, *Cum Pyrrhus idem omne inquit, &c.* optime emendo, & verissime, *Cum Pyrrhus idem, O me inquit, &c.* ideo dixit, *Cum Pyrrhus idem*, quod tribus lineis ante scripserat, quod adeo Pyrrhus miratus est, recte hic ergo, *Cum Pyrrhus idem*. Salmafius, & probat Gruterus.

Ibid. (y) *Herculi fidere*] De quarta Luna singulare hoc legitur, quod, ex Genethliacorum doctrina & præceptis, illa nati laboriosam acturi sint vitam, quemadmodum de Hercule prodit Eustathius. Tales apud Suidam *τετραδιστοι* vocantur, qui quarta Luna editi laboribus periculisque adfiduis, vt alteri Hercules, inuoluuntur. *Herculi fidus* apud Florum, nihil aliud quam quarta Luna. Adagium *in re agendi, verum dicitur* ab aliis explicatur. Hæc Excellentissimus in compluribus disciplinis Paulus Merula, Cosmogr. 1. 2. 27. Adde Erasinum Adag. 1. 1. 74. & Gilbertum Cognatum adagio 49. Alio sensu est *fidus Herculi* apud Plin. 2. 8. & Apuleium de mundo.

20. (z) *Qui autem*] Sic Pall. tres editi *Quis* adiecta litora Grut.

Ibid. (a) *quam perorante Appio Caco*] Ad hæc & seqq. inprimis faciunt quæ notant Bongarsius & Berneggerus ad Iustini lib. 18.

cap. 2. Sententiæ Claudii non abfimilis est quam de Cleomene recenset Plut. apophth. Laconic. 76.

Ibid. (b) *Senatum Regum confessum* ] Laudat responsum hoc Liuius 9, 17, 12. pro *confessum, concilium* legendum suspicatur Stadius. Sed ex Mf. Iureti nostram lectionem esse testatur Gruter.

21. (c) *quum* ] Pall. o. & v. e. *quod*, & probat Salmaf. Camers.

Ibid. (d) *medicum* ] Hanc Historiam præter ceteros lege apud Val. Max. 6, 5, 2. & latius apud Agellium 3, 3. Dicitur autem esse medicus hic Timochares. Multa Cicero offic. 3, 22.

Ibid. (e) *offerentem* ] Sic edidit ex Pal. sec. & Gruterus alibi est *offerentem*, incepte.

Ibid. (f) *Curius remisit* ] De re non ambigitur, circumstantiæ variant, ab utroque Cos. remissum Cl. Quadrigarius apud Agell. 3, 9. auctor est, à toto senatu Valerius Antias, quem alter Valerius sequitur. Alii Fabricio tribuunt. Cicero citato loco Plutarch. in apophth. eius. Frontinus 4, 4, 2. Claudianus de bell. Gild. verf. 270. Liuius 39, 51, 11. *indistincte, horum patres Pyrrho regi hosti armato, exercitum in Italia habenti, ut à veneno caueret, prædixerunt.* Æmulatus autem est factum hoc Tiberius Cæsar, referente Tacito 88, 3. Vide Piccarti obseru. Historicopoliticas Dec. 10. cap. 2. adde infra 2, 17, 17. q.

22. (g) *scitilia sua* ] Hanc historiam scribunt passim omnes. Lege Val. Max. 4, 3, 5. Agell. 1, 14. Plin. 33, 12. August. Ciuit. 5, 18. Plura in annotationibus Claudiani, ex Iuuenale, Virgilio, ceteris, Camers. Samniticum aurum à Curio contemptum fuisse Ciceronis quoque Cato adfirmat, & scriptor de vir. illustr. maximaque pars scriptorum. Alii eam continentis laudem Fabricio adscribunt, sed iterum in eo dissident, quod nonnulli munera Pyrrhi regis à Fabricio contempta fuisse, alii Samnitium liberalitatem à Curio non fuisse receptam referunt, Stadius.

Ibid. (h) *Rufinum* ] Historia habetur Epit. Liu. 14. Val. Max. 2, 4. Agell. 4, 8. Dicit autem idem Agell. cap. ult. lib. 17. hunc Rufinum fuisse bis consulem, atque antea dictatorem. Camers. Ab hoc Rufino ortum Syllæ deducit Plut. princ. vitæ. Cuius auaritiam idem Fabricius eleganti dicto taxauit. apud Cic. de Orat. 2, 66. & Agell. 4, 8. fin. Loquitur de hac censoria nota etiam Quidius Fast. 1, 208.

*Et leuis argenti lamina, crimen erat.*

itemque Seneca de vita beata cap. 21. *faculum illud, in quo censorium crimen erant pauca argenti lamella: scripsi autem erant præerat, ob rationem, quam prouo ad 4-2, 80. Sic Plin. 18, 67. qui triumphali deure argenti libram in suppellectile crimini habant. &*



23. 11. *propter quinque pondo notatum à Censoribus triumphalem senem, ubi fortassis pro V. scribendum sit X. Ceterum in citato Agellii loco vulgo legitur quod decem pondo argenti falsitaret, cum legendum sit, falsi haberet, Falsi, inquam, hoc est, elaborati & in vasa conuersi, quale infecto opponitur l. 19. de aur. argent. &c. hoc est rudi materix, l. 87. §. 4. de leg. 3. Alia censoria grauitatis exempla lege apud Plin. 18, 3. & 6. Agell. 4, 20, Liuuium 41, 27, 2. Vellei. 1, 10, 6. & 2, 10, 1.*

23. (i) *virtute, militia ] V. e. virtute militum, sicut & Pal. tert. Quam lectionem restitutam vult Salmasius, Pal. sec. à vulgata stat. Mihi duæ voces ista glossam sapiunt, & explicationem verborum his moribus.*

Ibid. (k) *in ditionem redegisse ] alii partim deditioem, partim dedicatioem. nostra lectio restat in Nazar, secunda in Pal. sec. 2c. ter. Grut.*

24. (l) *Aur ] Melius mea sententia, At,*

Ibid. (m) *tota tremente Campania ] Sic Naz. melius quam vt editi. totam trementem Campaniam. Gruterus.*

25. (n) *Sed tanta de op. ] Sic iterum plane Nazar, codex. Gruter. in alim tamen quia liis, & tanta.*

26. (o) *nihil nisi pecora ] Naz. nihil nisi quasi pecora, Sed istud quasi Grut. pro glossario habet, ad vocem nisi, vt scilicet quam degenerauerit in quasi, Salmasius tamen non ineptam vocem istam hoc loco censet. Et sane non videtur incommodi sensus, si tantum leuiter traiciatur, ita: nihil quasi, nisi pecora. ita quasi valeat fere, propemodum, vt in Suet. Cal. 88, 1. hys quasi septima, & Tacit. 14, 52, 2. magnificentia quasi Principem supergredereur,*

27. (p) *Si pompas ] Ita tres Pall. non pompas. Gruterus.*

28. (q) *quam timuerat ] Lepidius Naz. quas ita timuerat. Gruterus.*

Ibid. (r) *cum turribus suis ] Vide God. Steyechii notam ad Veget. 3, 24. Hoc autem anno nimirum CDLXXIX. primum ducti sunt in triumpho elephantis, vt notant Plin. 8, 5, & Seneca de breuit. vitæ cap. 13.*

Ibid. (s) *non sine sensu captiuitatis ] Sensus hic non ita vt soles accipitur, sed pro intellectu, sicut in illis Plinii 9, 42. miror, quosdam existasse aquatilibus nullum inesse sensum, & apud Seneca de breuit. vitæ cap. 13. Ille otiosus est, cui oris sui sensus est. hic vero semivivus, cui ad intelligendum corporis sui habitus indige opus est.*

*Bellum Picenum.*

## CAP. XIX.

1 O Mnis mox Italia pacem habuit. (a) Qui  
 enim post Tarentum auderent? nisi quod  
 2 vltro persequi (b) socios hostiū placuit. || Domi-  
 ti ergo (c) Picentes, & caput gentis (d) Afulcum;  
 Sempronio duce: (e) qui tremente inter prælium  
 campo, Tellurē (f) deam, promissa æde, placavit.

## NOTÆ IN CAPVT XIX.

Quæ hoc capite scribit Florus habentur Epit. Liu. 15. Eutrop.  
 2, 2. Signanter Oroſius 4, 5. Vide Front. 1, 1 2, 3. Cambrs.

Num. 2. (a) *qui enim post Tarentum auderent.* ] Nempe vbi for-  
 tior & potentior victus est, alii debiliores victorem laceſſere  
 metuunt. Ex eodem fonte est, quod infra 2, 7, 1. dicit, *Post Car-*  
*thaginem vincimur puduit.* Et illud alterum 3, 4, 1. vbi qua-  
 si mirabundus; *Post Macedonas, si Diu placet, Thracæ rebellabant,*  
*ipsi quondam tributarii Macedonum.* Sic infra 4, 2, 29.

Ibid. (b) *socios hostium.* ] Nam duobus potissimum modis ex  
 obliquo pax læditur; cum aut nostri socii infestantur, aut ho-  
 stes adiuvantur. Quod alicubi apud Liniū Ætolis, an aliis?  
 quidam Romanus obiicit. Ipseque Senatus legatis Philippi,  
 apud eundem victorem 30, 42, 7. Ita apud Thucyd. 1, 6, 7. Cor-  
 cyrenses Cyllenen, vbi erant naualia Eleensium, incenderunt,  
 quod naues pecuniâque Corinthiis præbuisſent.

3. (c) *Picentes.* ] Hi populi quintam Italiae regionem occupa-  
 bant: quondam vberimæ multitudinis, vi 350000. Picentium  
 in P. R. potestatem aliquando venerint, si verus est Plinius, ha-  
 bitantque inter Rubiconem & Aufidum fluuios ad litera ma-  
 ris Adriatici. Sunt & *Picentini* Italiae populi, qui ab orru Luca-  
 nos & Sibarim fluuios, à tergo Ausones & Sarnum habent, à la-  
 tere mare Tyrrhenum. Suntque Picentium coloni, teste Stra-  
 bone, quorum isti *Picentes*, illi *Picentini*, frequentius dicuntur.  
 De Picentibus triumphatum esse ab utroque Consule, Sempro-  
 nio Sopho, & Appio Claudio, Triumphorum series prodit an-  
 no V. C. CDXXCV, Stadii.

Ibid. (d)

Ibid. (d) *Asculum*] Oppidum Picentium Apulorum, situm erat loco natura munitissimo, muro etiam & montibus vix vlli exercitui penetrabilibus inclusum, teste Strabone lib. 6. hodie *Ascols* dicitur. Stadium.

Ibid. (e) *trentente inter pralium campo*] Si credimus Obsequenti cap. 26. legendum hic est *antepralium*, apud eundem sine dicti capitis *Romani*, quorum pauci evaserunt, vicerunt, videtur excedisse vox *Picentes* aut *hostes* aut similis aliqua: ita, *Romani Picentes* quorum &c.

Ibid. (f) *Tellurem deam*] Vestutissimus Græcorum Melisseus, Iouis nutritor. Tellurem Vrani uxorem colere instituit. Lege *Lætant.* 1, 22. De eius in vrbe Rom. æde. *Plin.* 34, 6. *Val. Max.* 6, 3, 1. Multa *Augustin.* *Giuit.* 4. & *Quid. Fast.* 4. Plura *Macrobius Saturn.* 1. *Camers.* Terram matrem etiam *Perfæ* colere. *Herodot.* in *Clio.* & *Scythæ*, Idem in *Melpomene.* & sub nomine *Hertsi* etiam *Germani*, teste *Tacito Germ.* 40, 3.

## Bellum Sallentinum.

### CAP. XX.

Sallentini Picentibus additi, caputque regionis<sup>(a)</sup> Brundisium cum incluto portu,<sup>(b)</sup> Marco Atilio duce. || Et in hoc certamine, victoria<sup>2</sup> pretium templum sibi pastoria<sup>(c)</sup> Pales ultro poposcit.

### NOTÆ IN CAPVT XX.

Hoc bellum scribunt *Epit. Liu.* 15. Auctor de vir. illustr. cap. 4. *Eutrop.* 2, 2. *Camers.* Meminit eius etiam *Zonaras.*

*Num.* 1. (a) *Brundisium incluto portu*] *Ennius* lib. 6. *Annal.*

*Brundisium polcro præcinctum præpeto portu*

Porro tam de vrbe hac, quam tota regione remitto te ad exactissimam, sæpius nominati nominandique; *Merulæ Cosmographiam* 2, 4, 32.

Ibid. (b) *M. Atilii*] *Naz. Masilio*, corrupte pro *M. Asilio*. *Asilio* pro



lio pro *Attilio*, ut *Bisulfus* pro *Biruitus*. multum variant reliqui libri, alii *Attilio*, alii *Attilio*. Iordanes denique *Vatilio*. mendoſe omnes. Salmasius.

2. (c) *Pales*] De *Pale* Dea abunde omnes. Lege tamen Ouid *Faſt.* 4, 719. Plura *Seruius Georg.* 3. in pr. & *Solinus* circa princ *Camers*.

## Bellum Volsinense.

### CAP. XXI.

- 1 **P**ostremi Italicorum (a) in fide mansere Volsini, opulentissimi Etruscorum, implorantes  
 2 opem aduersus seruos quondam suos: || qui (b) libertatem à dominis datam, in ipsos erexerant:  
 (c) translataque in se republica, dominabantur.  
 3 || Sed hi quoque, (d) duce Fabio Gurgite, pœnas dederunt.

### NOTÆ IN CAPVT XXI.

Quod hic scribit *Florus*, lege apud *Val. Max.* 9, 1. Auctor de vir. illustr. cap. 36. *Orof.* 4, 6. *Camers*.

*Num.* 1. (a) *in fide mansere*] At quando victi aut adeo amici Romanis? nihil certius est, quam sequendum *Iordanem Bibliotheca in fidem venire* pro quo hætenus vulgatæ: *in fide munere*, corruptæ quidem sed propius à vero quam *Annaana*. *Gruterus*. *Liuius* tamen lib. 5. & 10. & *Zonaras Annal.* tom. 2. (vbi tamen *ελθωντες* legitur, pro *ὀυλοσιντες*) bellorum cum iis & fœderis meminerunt. Quo tamen non obstante *Gruteri* iudicium sequor: ideo, quod *in fidem venire*, idem est quod *in ditronem, potestatem*, nec de iis qui fœdere tantum iuncti sunt, apte dicitur, sicut *in fidem accipere*; Præterea putida foret oratio; *postremi in fide mansere*, significaret enim omnes Italos descivisse à Romanis ante *Volsinios*.

2. (b) *libertatem à dominis datam &c. erexerunt*] Forte non absurde legeretur, *erexerunt Exercere iram, victoriam &c. latine dicitur.*

dicatur. Infra 2, 16, 3. *Citolans libertate à Romanis data, aduersus ipsos usus est.*

Ibid. (c) *translataque in se Rep.* ] quod fere accidere solet, ubi diuersi ordinis aut nationis, aut religionis adeo, viri, magistratus irrepunt. Sensum enim alios aliosque sua factionis adlegendum, vim adquisuerunt, oppressis diuersa sentientibus, suam potestatis Remp. faciunt.

3. (d) *duce Fabio Gurgite* ] Ducem belli Vulsiniensis Fabium Gurgitem fuisse, præterquam apud Florum, nusquam me legere memini, nam Fabium etiam quem sine cognomine Zonaras prodit, in oppugnatione urbis Vulsiniorum occisum esse refert. Consulem deinde, qui Vulsiniensium mancipia expugnata in potestatem redegit, non nominat; eum verisimile est fuisse M. Fulvium, qui consul de Vulsiniensibus triumphum egit, anno V. C. CDXXCIN. Scriptorem de vit illust. cap. 16. imperatorem huius belli Decium Murem vocat. proelio victos, inde obsessos, expugnatos, & summo cruciatu enecatos esse, urbemque euerfam, idem Zonaras prædidit. Stadius. *Fabium Gurgitem* vocat etiam Obsequens cap. 27. qui tamen mendosus in voce *Vulsiniensium*; pro qua male ibi *Volseniensium*.

## De seditionibus.

### CAP. XXII.

**H**Æc est secunda ætas populi Romani & quasi  
 si Adolescentia: qua maxime viruit, &  
 quodam flore virtutis exarsit, (a) ac ferbuit. (b)  
 Ita quæ inerat, quædam adhuc expastoribus fer-  
 ritas, quiddam spirabat indomitum. || Inde est,  
 quod exercitus (c) Posthumium Imperatorem,  
 inficiantem, quas promiserat prædas, facta in ca-  
 stris seditione, lapidauit: quod sub Appio  
 Claudio (d) noluit vincere hostem, quum posset:  
 quod duce (e) Volerone, detrectantibus pleris-  
 que militiam fracti consulis fascis: || inde, quod  
 clarissimos principes, quum aduersarentur vo-  
 luntati

luntati suæ, exultatione multauit: vt, (f) Coriolanium (g) colere agros iubentem; (h) nec minus ille ferociter iniuriam armis vindicasset, nisi quod iam inferentem signa filium, mater Veturia lacrimis suis exarmauit. || vt ipsum Camillum, quod inique inter plebem & exercitum diuississe Veientem prædam videretur. Sed hic melior, obsessis in capta Vrbe (i) consenuit; & mox supplices de hoste Gallo vindicauit. || (k) Cum Senatu quoque (l) vehementius æquo bonoque certatum est; adeo, vt relictis sedibus solitudinem & interitum patriæ suæ minaretur.

## NOTÆ IN CAPVT XXII.

Num. r. (a) *ac ferbuit*] V. e. ac viruit, perperam. nam id præcesserat, restatque alterum in Pal. sec. ac tert. nam primus & ac ferbuit. factumque statim, adferbuit, maluisse efferbuit vt notaret efferbuit. Gruterus.

Ibid. (b) *Ita qua inerat &c.*] Pertinet huc Licinius tit. de stupratoribus ex emendatione Bongarsii ad Iustin. 1, 10, 1. *agreste illud à præcis conditoribus robur.* Ceterum quod auctor seditionum harum causam facit, agrestes populi noui mores, nec satis adhuc subactos & mites; refutant illæ, quæ florentissimis temporibus accidere, nec pauciores istis, & asperiores multo: quarum ipse Florus infra 3, 14. &c. meminit, & Val. Max. lib. 9. toto cap. 7.

2. (c) *Posthumum &c.*] Vide *Liuium* 4, 50. Idem postea accidit Q. Pompeio, testes Valef. Max. citato loco, Velleius 2, 20, 24 *Liui. epit.* 77, 4.

Ibid. (d) *noluit vincere*] Immo non vincere tantum noluit, vt *Fabianus exercitus, sed vinci voluit.* *Liuius* 2, 59, 2. Adde *Dionysium* 9, 60. & *Val. Max.* 9, 35.

Ibid. (e) *Volerone*] Restituit locum, teste *Cameræ, Cuspiniæ*, cum antea mendosus esset. Historiam habet *Liuius* 25, 55, 5. & seqq. *Dionys.* 9, 47. Sed hoc etiam postea accidit, cum iam longe abessent à pastoribus; nam & *Pisonis Cos. fasces fracti sunt.* *Dio* lib. 36. & *Bibuli. Appian, de bell. Ciuil.* 2.



3. (f) *Coriolanum*] Quem Themistocli comparat Cicero Bruto cap. 10. Plutarch. in parallelis Alcibiadi.

Ibid. (g) *colere agros iubentem*] Quod per seditiones primo, mox frumentarias largitiones omittebatur. Cui posteriori causam neglecta agricultura Tacitus etiam 12, 43. imputat & Augustus apud Sueton. in vita cap. 42.

Ibid. (h) *nec minus &c.*] Historiam lege apud Liu. 2, 37. & c. Dionys. 8, 12. &c: Val. Max. 5, 4, 1. Ad huius forte exemplum *Populus Mutiam Sex. Pompeii matrem minus adexit, ut legationem ad eum susceperet.* Appian. de bell. Ciuil. lib. 5.

Ibid. (i) *in capta vrbe consenuit*] Lectio hæc trium Pall. itemque v. e. quam etiam Salmaf. probat, quapropter recipiendam non dubitauit.

3. (k) *cum Senatu quoque &c.*] Hanc historiam scribunt Liuius in fine quinti, & Auctor de vir. illustr. cap. 23. Trita sunt, quæ scribunt Eutropius & Oros. Camers.

Ibid. (l) *vehementius æquo bonoque*] Sic editio Vineti, nec aliter v. e. aut Pall. tres. quomodo etiam inueniatur in Ms. suo amicus noster Lipsius, uti videre est libro eius I. cap. 19. Elect. Gruterus. Nec tamen absurda videretur impress. lectio, *vehementius de æquo. Siquidem* (inquit auctor infr. cap. 26. num. 5.) *nunc libertatem, nunc pudicitiam, tum natalium dignitatem, honorum decora & insignia vindicauit plebs Romana. eaque omnia, postrema certe, certamina de æquo & bono erant. Quo respectu Florus infr. 3, 14, 3. de Graccho: Sive æquo & bono motus, ne &c.*

### CAP. XXIII.

**P**rima discordia ob impotentiam fœneratorum: quibus in terga quoque seruiliter succipientibus, in (a) Sacrum montem plebs armata secessit: ægreque, nec nisi (b) Tribunos impetrasset, Menenii Agrippæ facundi & sapientis viri auctoritate, reuocata est. || Extat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam (c) fabula, qua *dissidisse inter se quondam humanos dixit artus, quod omnibus (d) opere fungentibus, solus venter immunis ageret.*  
*deinde*

deinde moribundos à seiunctione rediisse in gratiam,  
quando sensissent, quod eius opera redactis in sanguinem  
cibus irrigarentur.

---

NOTÆ IN CAP. XXIII.

Hæc discordia accidit Olymp. 71. Auctor Eusebius lib. temp.  
De qua Liuius 2. 29. &c: Dionys. 6, 37. &c: Val. Max. 8, 9, 1.  
Auctor de vit. illustr. cap. 18. Eutrop. 1. 11. Orof. 2, 6. Augustin.  
Ciuit. 2. 18. &c: 3. 17. Appian. de bell. Ciuil. lib. 1. Plura  
Pomponius 1. 2. de O. I. Fenchella tit. 25. Lege Ouid. Fast. 3. 663.  
Camers. Cicero apud Priscianum lib. 6. decimo sexto post Re-  
ges exactos anno hæc accidisse auctor est.

Nüm. 1. (a) *facrum montem*] Quoniam Ioui fuerat consecra-  
tus. Auctores Festus, Appianus, Augustinus Ciuit. 2, 18. vbi  
plura. Camers. Alterius sacri montis meminit Iustinus 12, 7,  
7. & alterius iterum 44, 3, 6. Sed isti nihil ad hunc nostrum.

Ibid. (b) *tribunos*] De his vide Potleum Historia Fori Romæ  
lib. 5. cap. 5.

2. (c) *fabula*] Hanc narant Val. Max. 8, 9, 1. & Auctor de  
vit. illustr. cap. 18. Liuius vbi supra. Val. autem Max. vocat  
hunc *Valerium*, non *Menenium*, Agrippam. Meminit Agell. 17,  
21. Camers. Hue etiam respexisse videtur Antoninus Imp. de vita  
sua lib. 1. *ut vnus alterum iuuaret in suo opere, eo nati sumus, ut ma-  
nus, ut pedes &c.*

Ibid. (d) *opere fungentibus*] Alter Pal. *opera fugientibus*, pos-  
sit fieri; *opera fungentibus*, quomodo dicitur; *fungi munera*, apud  
Tacit. 3, 2, 1. & Sueton. Aug. 35, 5. item *fungi officia*, apud eun-  
dem Tacit. 4, 33, 1. &c:

---

CAP. XXIV.

SECUNDAM in Vrbe media, decemuiratus libi-  
do conflauit. Allatas à Græcia leges, decem  
principes lecti, iubente populo conscripserant:  
ordinataque erat in (a) duodecim tabulis tota ius-  
titia: quum tamen traditos fasces regio quodam  
furore retinebant. || Ante ceteros Appius eo in-

solentia elatus est, ut ingenuam virginem stupro destinaret, oblitus & Lucretia, & regum, & (b) iuris quod ipse composuerat. || Itaque quum oppressam iudicio filiam, trahi in seruitutem videret Virginius pater; nihil cunctatus, in medio foro manu sua interfecit: admotisque signis commilitonum, totam eam dominationem obsessam armis, in carcerem & catenas ab Aventino monte detraxit.

## NOTÆ IN CAPVT XXIV.

Secunda discordia accidit Anno CCCII. ab V. C. Lege Solinum cap. 2. Eusebium lib. tenip. Eutrop. 1, 12. Dionys. dicit Olymp. 82. hoc est, annis ab V. C. CCC. expletis. Lege ipsum tit. 31. &c. Livium 3, 44. &c. Val. Max. 6, 1, 3. Au&. de vir. illustr. cap. 21. Oros. 7, 13. Augustin. Civit. 3, 17. Camers.

Num. 1. (a) *duodecim tab.*] De duod. tab. quando, & à quo edita. Dionys. ubi supr. Agell. lib. 17. cap. vit. & lib. 20. cap. 1. Scipissime habetur earum mentio in libris Digestorum, signanter tit. de O. I. Plura Fenestella tit. 29. Scripta autem fuerunt ab Hermodoro Ephesio, cuius statua fuit Roma in comitio. Auctor Plinius 34, 25. Camers.

2. (b) *iuris, quod ipse composuerat*] Ita Pompeius apud Tacit. 3, 28. *I. suarum legum auctor idem ac subuersor.* Contra consilium Lævini apud Livium 26, 36, 2. *Si quid iniungere inferiori velis, id prius in te actuo: si ipse iuris statueris, facilius omnes obediens habes.* & monitum Claudiani:

*In commune iubes si quid, consensus tenendum,  
Primus iussa subit, &c.*

Verum oppido pauci sunt, quibus vel aliorum consensus, (ut Lycurgo apud Lustrin. 3, 2, 8.) vel ipsorum conscientia testimonio sit, (ut Cæcina apud Tacit. 3, 33, 2.) *se qua in publicum statuerent, domi seruari iussit.*

## CAP. XXV.

**T**ertiam seditionem excitavit matrimonio-  
rum



rum dignitas; ut (a) plebeii cum patriciis iungerentur: qui tumultus (b) in monte Ianiculo, duce Canuleio Tribunoplebis, exarsit.

## NOTÆ IN CAPVT XXV.

De hac tertia discordia late Linius libro quarto. Meminit Augustinus Civit. 3, 17. ubi plura annotauimus. Camers.

(a) Plebeii] Réponde veterem lectionem; plebesita Nazar. recentiores plebs: Salmastus.

(b) in monte Ianiculo] In Ianiculo conubiorum promiscuum causa tumultum fuisse Canuleio duce, auctorem præter Florum hæud facile inuenias. Certatum quidem eam ob causam seditiose inter patricos & Trib. pl. contentionibus variis ex Liiuo constat: secessisse autem plebem in Ianiculum propter res alienû, post graves & longas seditioes anno V. C. CDLXVII. Inuenio, atque à Q. Hortensio dictatore inde deductam, eumque legem tulisse in Eiculeto, ut quod plebs iussisset; omnes Quirites teneret, nec aliam terree secessionis causam auctores recenserent. Stadius.

## CAP. XXVI.

1 **Q**uartam honorum cupido, ut (a) plebeii  
 2 quoque magistratus crearentur. || Fabius  
 Ambustus duarum pater. alteram Sulpicio patri-  
 cii sanguinis dederat, alteram plebeio (b) Stolo-  
 3 ni. || hæc quodam tempore, quod (c) lictoriæ  
 virgæ sonum ignotum penatibus suis expauerat,  
 à sorore satis insolenter irrita, iniuriam non tulit.  
 4 || Itaque nactus tribunatum, honorum & magi-  
 stratum consortium, quamuis inuito senatui ex-  
 5 torfit. || Verum in his ipsis seditioibus, princi-  
 pem populum non immerito suspexeris. Siqui-  
 dem nunc libertatem, (d) nunc pudicitiam, sum  
 natalium dignitatem, honorum decora & inl

gnia vindicavit; || interque hæc omnia, nullius a-  
 ctior custos, quam LIBERTATIS fuit; nullaque in  
 pretium eius potuit largitione corrupti; quum, (c)  
 UT in magno, & in dies maiore populo, interim  
 perniciosi ciues existerent || (f) Spurium Cas-  
 sium, (g) Agraria lege; Mælium, largitione su-  
 spectum regia dominationis, presenti morte  
 multauit. ac de Spurio quidem (h) supplicium  
 pater ipsius sumpsit: hunc (i) Quinctii dictato-  
 ris imperio, in medio foro magister equitum (k)  
 Seruilius Ahala confodit. || Manlium vero Capi-  
 tolii vindicem, quia plerosque debitorum libe-  
 rauerat, altius se & inciuilius efferentē, (l) ab illa  
 quam defenderat, arce deiecit. || Talis domi ac  
 foris; talis pace belloque Populus Romanus, (m)  
 fretum illud Adolescentiæ, id est, secundam Im-  
 perij atatem habuit; in qua totam inter Alpes  
 fretumque, Italiam armis subegit.

## NOTÆ IN CAPVT XXVI.

Hanc quartam discordiam lege apud Liniu[m] versus finem  
 sexti, & Val. Max. 8, 6, 3. & Aucr. de vir. illustr. cap. 20. Camera.  
 Queritur etiam de ea, aliisque Tribunorum facinoribus, Q.  
 Tullius apud fratrem de leg. 3, 8.

Num. 1. (a) *plebei*] V. e. *plebis*, ut forte scribendum sit, *ple-  
 bes*, pro *plebis*, mutauit inq; qui nolebant coniungi singularem  
 numerum cum voce *crearentur*. & vera *plebes* clare extat in Fal-  
 pra. ac sec. Gruterus. idemque monuit Salm. ahus.

2. (b) *Stroloni*. Hæc &c.] Camera ex uetusto codice corrigit. *Stro-  
 loni*, qui quodam tempore, quod eius uxor *lictoria* &c. non male, si  
 ex uetusto codice.

3. (c) *lictoria uirga sonum*] Tangit morem hunc Plinius 7, 30.

5. (d) *nunc pudicitiam*] Vera est altera Camera's explicatio,  
 de Virginia hoc accipiendum. Nam ad poenam uestaliæ  
 quod attinet, eam propter nulla unquam seditio fuit.

6. (e) *ut in magno*] Livius 45, 24, 8. *Nulla est ciuitas, que non & improbos ciues aliquando, & uaperrimam multitudinem semper habeat.* Sallust. Cat. 51, 30. *In magna ciuitate lectio, nec ad sentio Camerti, qui contragebat; iam in magno.* Vide, si lubet, Indicem voce *ut*.

7. (f) *Sp. Cassium &c.*] Loci huius emendatiorem scripturam à se esse, ait Camers.

Ibid. (g) *agraria lege*] Linius 32, 38, 6. *legem hanc numerat inter faces nouantibus res, ad plebem in optimatas accendendam.*

Ibid. (h) *supplicium pater ipse sumpsit*] Variant tamen auctores. Vide Linium 2, 41, 10. & Dionys. 3, 91. *Florum autem uerum dicere, aut ueri certe simile, credam, nota patriæ potestatis seueritate, quam etiam Brutus supr. 1, 9, 8, 0. Torquatus. 1, 14, 2. c. Aulus Fuluius apud Sallust. Cat. 39, 5. & alique de quibus Val. Max. toto cap. 3. lib. 5. in filios exercere. Sed & alias tali ex causa, si filius patrem, aut pater filium occidisset, sine scelere, etiam præmiâ adficiendum omnes constituerunt.* ait Ictus in l. 35. de religiof. Nimirum altissime infederat animis eorum, quod Iustinius 41, 5, 10. ait: *Patriæ potius quam liberis (aut parentibus) consulendum.*

Ibid. (i) *Quintii dictatoris impetio*] Vide Liv. 4, 14. Valerius Max. 6, 3, 1. & Cicero pro domo cap. 38. addunt; etiam domum eius dirutam, arcamque *Æquimelis* appellationem traxisse.


Ibid. (k) *Serulius Abata*] Quem pro præmio liberatæ Reip. exilium ab ingratibus ciuibus tulisse scribit Val. Max. 5, 3.

8. (l) *ab illa, quam def. aroe deiecit*] Damnati enim de Tarpeio monte præcipitabantur, Acron 6, 1. serm. Horatii. Camers. Agellius tamen 17, 21. Nepotem laudat, qui Manlium uerberando necatum scripserit. Adiectas mortuo notas, Linius 6, 20, 22. Sex. Pomp. Herodes Atticus apud Agell. auctores sunt; *alteram publicam, quod cum domus eius ex populi iussu ob defensum Capitolium in arce fuisset, ubi postea ades atque officina Monetæ salutaris ad populum est, ne quis patricius in arce aut Capitolio habitaret, domusque eius diruta est, bona publicata. Gentiliciam alteram, ne quis ex ea gente Marci prænomine uocaretur, ita ut uocabulum quoque illud cum ipso deformatum atque sepultum uideretur. Nam quod ille qui de uiris illustribus Plinii secundi titulo circumfertur, scripsit, gentilitatem Manlii ciuasse, ne quis postea cognomine Capitolino uteretur, cuius gentis est: constat enim ex Cosl. Annalibus, Capitolinorum cognomina in Manliana gente deinceps frequentissima fuisse. Stradius.*

9. (m) *fretum*] Adolescentes concito mari comparat, quorum, ut ait Laetantius, *cum sit ætas lubrica, scenari ac regi debet.* Tempus enim à Bruto Collatinoque Cosl. in Appium Claudium



Q. Fulvium Coss. *viris armisque incitatisimum*, in libri exordio adolescentiæ comparavit. Et ista quidem Camers, Mihi vero semper suspecta fuit ista lectio. nec enim qui cohæreat apte, video, nec qui bonus exinde sensus enasci possit. Si liceret mutare, *Tale domi ac fori, tale pace belloque. P. R. fatum illud adolescentie habuit.* Iam commodior sensus est, *tali fortuna dum adolescenti P. R. domi militiæque usus est.* Vitatur præterea duriuscula illa repetitio *tr. fretum;* & illa, non nimis apta huic loco comparatio, quam Camers affert. Cur enim fretum adolescentiæ Romanæ conferre libeat, quæ non ira ut singulorum hominum, vitii obnoxia fuit, nec eo respexit auctor, cum istam comparationem institueret; sed ad illud tantum, quod ista ætate hominis robur, & corporis firmitas conualefcit, & animus insuper rerum gerendarum cupientissimus est. *Fretum* autem si comparare potuisset voluissetue Florus, rectius infantia Pop. Rom. tribuisset.



## LIBER SECVNDVS,

### CAPVT PRIMVM.



OMITA subactaque Italia, Populus Romanus prope quingentesimum annum agens, quum bona fide adoleuisset; si quod est robur, si qua iuuentas; tum ille vere robustus, & iuuenis, & par orbi terrarum esse cœpit. || Ita, (a) (mirum, & incredibile dictum) qui prope quingentis annis domi luctatus est (adeo difficile fuerat dare Italiæ caput) his ducentis annis, qui sequuntur, Africam, Europam, Asiam, totum denique orbem terrarum bellis victoriisque peragravit,

NOTÆ IN LIBRVM  
SECVM DVM.

**P**RO notitia huius primi capituli, quod locum proœmii obtinet, lege Appianum in operis prologo, qui post enumerationem terrarum, quas Romani subegerunt, sic inquit: *Harum tantarum innumerarumque nationum, quam tanta sit magnitudo, Italiam tamen magno labore, ac vix quingentis annis stabilem sibi reddere &c.* Ibidem præterea enumerat fere nationes omnes quæ Rom. paruerunt. Lege Dionys. in princ. prim. antiq. Rom. Camers.

2. (a) *mirum & incredibile*) Nec mirum nec incredibile. *semper enim facilius crescit dignitas (aut potentia) quam incipit &c.* Seneca epist. 107. *Prima enim dominandi spes in arduo, ubi ingressus fueris, adsunt studia & ministri.* Tacit. 4. 7. 4. Hoc etiam ubi priuatis artibus imperia moluntur; multo magis cum manu agi ceptum est, ubi prima victoria solet instrumentum esse sequenti, ut bene Iustinus 1. 1. 8. Pertinet huc quod apud Plut. An seni sit ger. Resp. cap. 13. *Lampus nauicularius interrogatus, quomodo diuitia consecutus esset? respondit: Magnas non difficulter, paruas cum ærumna & tarde, & quæ ibi sequuntur.* Verbis istis, *mirum atque incredibile*, utitur etiam Sulpitius Severus Hist. sacr. lib. 2. pag. 161. fortassis hinc mutuo sumptis, ut solet.

*Primum bellum Punicum.*

## CAP. II.

- 1 **I**Gitur victor Italiæ Populus, quum à terra fretum vsque venisset, more ignis, qui obuias populatus incendio siluas, interueniente flumine
- 2 abrumpitur, paulisper substitit. || Mox quum videret opulentissimam in proximo prædam, quodammodo Italiæ suæ (a) abscisam, & quasi reuulsam; adeo cupiditate eius exarsit, vt quatenus nec (b) mole iungi, nec pontibus posset, (c) arn is belloque (d) iungenda, & ad (e) continentem su-
- 3 um reuocanda (f) bello videretur. || (g) Sed ecce

vltro ipsis viam pandentibus fatis, nec occasio de-  
 fuit; quum de Pœnorum impotentia, fœderata  
 Sicilia ciuitas Messana quereretur. Affectabat  
 autem ut Romanus, ita Pœnus Siciliam; (h) & eo-  
 dem tempore, paribus vterque votis ac viribus,  
 imperium orbis agitabat. || Igitur specie (i) qui-  
 dem sociosiuuandi, re autem sollicitante præda;  
 quanquã territaret nouitas rei (k) (tanta tamen in  
 virtute fiducia est) ille rudis, ille pastorius popu-  
 lus, vereque (l) terrester, ostendit nihil interesse  
 virtutis, equis an nauibus, terra an mari dimicare-  
 tur. || (m) Appio Claudio consule, primum, fre-  
 tum ingressus est, (n) fabulosis infame monstris,  
 astuque violentum: sed adeo non est exterritus,  
 vt illam ipsam ruentis ætus violentiam (o) pro  
 munere amplecteretur: || statimque ac sine mo-  
 ra Hieronem Syracusanum regem tanta celerita-  
 te vicit, vt ille ipse se prius victum, quam hostem  
 videret, fateretur. || Duillio Cornelioque consu-  
 libus, etiam mari congregi ausus est. Tum qui-  
 dem ipsa velocitas classis comparata, (p) auspici-  
 um fuit. Intra enim (q) sexagesimum diem quam  
 cæsa silua fuerat, centum sexaginta nauium clas-  
 sis in anchoris stetit; vt non arte facta, sed quo-  
 dam munere deorum conuersa in naues, atque  
 mutata arbores viderentur. || Prælii vero (r) for-  
 ma mirabilis: quum illas celeres volucres que ho-  
 stium naues, hæ graues tardaëque comprehende-  
 rent. (s) Longe illis nauticæ artes, (t) detor-  
 quere remos, & ludificari fuga rostra. || Iniecta  
 enim (u) ferrea manus, (x) machinæque aliæ, (y)



- ante certamen multum ab hoste derisæ: coacti-  
 9 que hostes quasi in solido decernere. Victor er-  
 go apud Liparas, merfa & fugata hostium classe,  
 primum illum maritimum egit triumphum.
- 10 || Cuius quod gaudium fuit: quum Duillius Im-  
 perator, non contentus vnus (z) diei triumpho,  
 (a) per vitam omnem, vbi à cena rediret, prælu-  
 cere funalia, præcinere sibi tibias iussit, quasi
- 11 quotidie triumpharet. || (b) Præ tanta victoria  
 leue huius prælii damnum (c) fuit. Alter consu-  
 lum interceptus (d) Asina Cornelius: (e) qui (f)  
 simulato colloquio euocatus, atque ita oppressus
- 12 fuit; (g) perfidiæ Punicæ documentum. || Cala-  
 tino (h) dictatore, fere omnia præsidia Pænorum  
 (i) Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lily-  
 bæo detraxit. || Trepidatum est semel circa (k)
- 13 Camerinensium saltû: sed eximia virtute (l) Cal-  
 purnii Flammæ tribuni militum euasimus, qui  
 lecta trecentorum manu, (m) infestum & infes-  
 tum ab hostibus tumulum occupauit, adeoque  
 moratus hostem, dum exercitus omnis euaderet:
- 14 || ac sic pulcherrimo exitu, Thermopylarum &  
 Leonidæ famam adæquauit: hoc illustrior no-  
 ster, quod expeditioni tantæ (n) superfuit & su-  
 15 peruixit, (o) licet nihil scripserit sanguine. || Lucio  
 Cornelio Scipione, quum iam Sicilia suburbana  
 esset populi Romani prouincia; serpente latius  
 bello, (p) Sardiniam annexamq; Corsicam transit;
- 16 || (q) vbi & sic Caralæ vrbis excidio incolas  
 terruit; adeoque omneis terra, mari Pænos (r) ex-  
 pugnavit, vt iam victoriæ nihil nisi Africa ipsa re-

staret. || (f) Marco Attilio Regulo duce iam 17  
 in Africam nauigabat, bellum. nec deerant, qui  
 ipso Punici maris nomine, ac terrore deficerent,  
 augente insuper Tribuno Mannio metum : in  
 quem, nisi paruisset, securi districta, Imperator  
 metu mortis nauigandi fecit audaciam. || Mox 18  
 ventis remisque properatum est; tantusque ter-  
 ror hostici aduentus Pœnis fuit, vt apertis pœne  
 portis Carthago caperetur. || Prima belli præ- 19  
 mium fuit ciuitas Clypea : prima enim à Punico  
 littore quasi arx & specula procurrit. Et hæc, &  
 trecenta amplius castella vastata sunt. || Nec 20  
 cum hominibus, sed cum monstris quoque di-  
 micatum est; quum quasi in vindictam Africæ  
 nata, (r) miræ magnitudinis serpens, posita apud  
 Bragadam castra vexaret. || Sed omnium victor 21  
 Regulus, quum terrorem nominis sui late cir-  
 cumtulisset; quumque magnam vim iuuentutis,  
 ducesque ipsos, aut cecidisset, aut haberet in vin-  
 culis; classemque ingenti præda onustam, & tri-  
 umpho grauem, in Urbem præmisisset; iam ipsam  
 belli caput Carthaginem vrgebat obsidio, ipsi-  
 que portis inhærebat. || Hic paullulum circum- 22  
 acta fortuna est; tantum, vt plura essent Romanæ  
 virtutis insignia: CVIVS (u) fere magnitudo cala-  
 mitatibus approbatur. || Nam conuersis ad ex- 23  
 terna auxilia hostibus; quum (x) Xanthippum  
 illis ducem Lacedæmon misisset, à viro militiæ  
 peritissimo vincimur. Tum fœda clade, Roma-  
 nisque vsu incognita, viuus in manus hostium  
 venit fortissimus imperator. Sed ille quidem

par tantæ (y) calamitatis fuit. Nam nec Punico  
 carcere infractus est, nec legatione suscepta,  
 24 || quippe diuersa, quam hostes mandauerant,  
 censuit; ne pax fieret, ne commutatione captiuo-  
 25 rum reciperetur. || Sed nec illo (z) voluntario  
 ad hostes suos reditu, nec ultimo, siue carceris,  
 siue crucis supplicio deformata maiestas; imo  
 his omnibus admirabilior, quid aliud quam  
 victus de victoribus, atque etiam, quia Carthago  
 26 non cesserat, de fortuna triumphauit? || Popu-  
 lus autem Romanus multo acrior infestiorque  
 27 pro ultione Reguli, quam pro victoria fuit || Me-  
 tello igitur consule spirantibus altius Pœnis, &  
 reuerso in Siciliam bello, apud Panormum sic ho-  
 stes cecidit, (a) vt nec amplius eam insulam con-  
 28 citarent, || Argumentum ingentis victoriæ, (b)  
 centum circiter elephantorum captiuitas; sic  
 quoque magna præda, (c) si gregem illum non  
 29 bello, sed venatione cepisset. (d) || Appio Claudio  
 consule, non ab hostibus, sed à diis ipsis supe-  
 ratus est, quorum auspicia contempserat; (e)  
 ibi statim classe demersa, vbi ille præcipitari pul-  
 30 los iusserat, quod pugnare ab his vetaretur. || Mar-  
 co Fabio Buteone consule, classem hostium in A-  
 frico mari apud Ægimurum, iam in Italiam vltro  
 31 nauigantem cecidit. || Quantus ô tunc trium-  
 phus répestatè intercudit, quum (f) opulenta præ-  
 da classis, aduersis acta ventis, naufragio suo A-  
 fricam & Syrtes, omnium imperia gentium, in-  
 32 sularū littora, impleuit! || Magna clades, sed non  
 sine aliqua principis populi dignitate; (g) inter-  
 ceptam



ceptam tempestate victoriam, & triumphum  
 periisse naufragio; & tamen, quum Punice prædæ  
 omnibus promontoriis insulisque frustrarentur  
 & fluitarent, (i) populus Romanus triumphauit.  
 || Lutatio Catulo consule tandem bello finis im- 33  
 positus, apud insulas, quibus nomen Ægates.  
 nec maior alias in mari pugna; || quippe commea- 34  
 tibus, exercitu, propugnaculis, armis grauis ho-  
 stium classis, & in ea quasi tota Carthago: (k) quod  
 ipsum exitio fuit. || Romana classis prompta, le- 35  
 uis, expedita, & quodam genere castrensis; (l) ad si-  
 militudinem pugnae equestris, sic remis, quasi ha-  
 benis agebatur; & in hos vel in illos mobilia ro-  
 stra, speciem viuentium præferabant. || Itaque 36  
 momento temporis laceratae hostium rates, to-  
 tum inter Siciliam Sardiniamque pelagus naufra-  
 gio suo operuerunt. || Tanta denique fuit illa vi- 37  
 ctoria, ut de excindendis hostium incenibus non  
 quæreretur. Superuacuum visum est, in arcem  
 murosque sauire, quum iam in mari esset deleta  
 (m) Carthago.

## NOTÆ IN CAPVT II.

Tunicum bellum primum inceptum est anno tertio CXXVIII. Olymp. Dionys. l. 3. Manifestus error in omnibus Solini codicibus in pressis hucusque, quibus asseritur Tunicum bellum primum fuisse anno CCCXXCIX. ab V. C. Melius Agell. cap. ult. lib. 17. Anno, inquit, post Romam conditam C. D. forme & X. C. Cos. Appia Claudio cui cognomen tum Caudex, Appii illius Cecii fratres, & M. Fulvio Flacco, bellum aduersus Pænos primum ceptum. Orosius 4, 8. Lilius in princ. tricesimi primi, dicit primum bellum inceptum anno GDLXXXIX. ab V. C. Plin. 33, 3. Argentum, inquit, signatum est an. Urbis CCCXXCV. & c. Q. Fabio Cos. quing. annu ante primum bellum Punicum. De hoc primo bello Punico Epit. Li.

vii 16. & seqq. Eutrop. 2, 3. Orof. 4, 8. Augustin. Civit. 3, 18. Auctor de vit. illust. cap. 37. & seqq. Appianus in Libycō. Meminit sēpe Val. Max. vt suis locis citabitur. Camers. Præcipue legendus Polybius lib. 1. & ex Poëtis, Silius lib. 6.

Num. 2. (a) *abscissam*] Q. 1. *abscissam*, quod aptius videtur. violentius enim quid loquitur Florus, vt ex seqq. & *quasi reuulsam*, apparet.

Ibid. (b) *mole*] Retinui coniecturam viri ingeniosissimi Simonis Bosii; etsi Mss. Vineti & libri culi, *mare*; quod hic minus convenit; quamuis restet idem in Pal. sec. ac tert. nam pr. seruat. *mare & nec mole*. Gruterus.

Ibid. (c) *armis belloque iungenda*] Similis cupido Alexandrum stimulabat, apud Curt. 7, 7, 14. *quæ tam longu intervallo natura videtur diremissæ, una victoria subito committere*.

Ibid. (d) *iungenda*] Naz. habet *iungendum*, & mox, *reuscandum*; alter Pal. *iungendam*, & *renocandam*; quam veram lectionem puto. vt referatur ad *prædam*, præsertim cum præcesserit, *adeo cupiditate eius (prædæ) exarsit*; necessario igitur sequentia de eadem re interpretanda.

Ibid. (e) *continentem suam*] Ita multum cum Vineti Mss. & v. e. quam quod ipse edidit, aliique ante eum, *suam*, visitur id quidem etiam in Pal. tert. sed superscripta statim est altera lectio, quæ restat & in pr. ac sec. Gruterus.

Ibid. (f) *bello*] Non dubito quin ex superiori linea hoc verbum hæserit, præsertim cum nec in Naz. quem Salmaf. citat, compareat. Expungasigitur, per me licet.

3. (g) *Sed eret ultro &c.*] Pal. sec. ac tert. nec non reiectitæ edd. *Sed ecce se ultro ipsis viam &c.* Naz. vero exemplar: *Ei ecce se ultro &c.* ut putem restitutum; *Et ecce, ceu ultro ipsis viam pudentibus satis, nec occasio defuit.* nihil enim vulgatius, quam vnâ literam semel exprimi, bis tamen legi. Gruterus. Nec dubito de correctione, nam solet ita Florus, quamuis frequentius voce *quasi* vtatur. vide Indicem in *Quasi*.

Ibid. (h) *& eodem tempore &c.*] In libris veteribus memoria extat, quod par fuit quondam vigor & acritudo amplitudineque Populi Romani atque Pæni; neque immerito existimatum. Nam cum alii quidem populi de vnâ cuiusque Republica, cum Pæni autem, de omnium terrarum imperio decertatum est. Agellius 10, 27.

4. (i) *specie quidem &c.*] Vide supra l. 11, l. c.

Ibid. (k) *tanta tamen in virtute fiducia est*] Camertis ed. *(quamquam territates nihil in rei, tanta t. i. v. f. est)* vetustiores totam periodum

fidium nulla parenthesi fecant; unde certius apparet voculam istam tamen ab inepti glossatoris manu accessisse, qui, cum vox quamquam præcessisset, necessario hanc subiiciendam putauerit. Similia glossemata infra etiam 2, 14. 4. & 4, 31. 4. extruimus. Si quidem igitur me audis, ita scribe; [*tanta in virtute fiducia est!*] & nimio elegantior erit sententia. Talem autem fiduciam, se quoque in militum suorum virtute habere Alexander testatur, apud Curt. 9, 23, 25. *vestram virtutem, rerum quas gesturus sum, vadem prædemque habeo. Quamdiu vobiscum in acie stabo, nec meci nec hostium exercitus numeravero.*

Ibid. (l) *terrester*] Γηρενὴς καὶ πηλαγόν, quomodo se veteres illi cascade dici & haberi volebant. Callimachus nosse πηλαγόνους gigantes vocat, πηλαγόνων ἐλατῆρα vulgo πηλογόνων legitur, minus recte. Veteres enim omnes grammatici legerunt πηλαγόνων, qui πηλαγόνες, γηρενείς, & παλασοὶ exponunt. πηλαγόνων ut γηρενέων. In Theocriti σβέργγι γηρενέων κούρη, puella voce nata, id est echus, vulgo perperam γηρενέων scriptum est, sed hæc alias pluribus. Terrestris igitur, & terra natus dicebantur veteribus rudes adhuc & imperiti populi, quales tunc temporis erant Romani. Vereque terrester, inquit Florus, καὶ τὰ ὄντα ἠπειροῦτος, qui mare nunquam viderant, nec à terra longius recesserant, sed luum tantum litus norant. Salmastius.

5. (m) *Appio Claudio*] Qui *Caudex* inde appellatus. Vide Senec. de brev. vitæ cap. 13. & ibi Lipsium. Meminit eius Sueton. Tib. 23.

Ibid. (n) *Fabulosus inf. monstris*] Scyllam intelligit & Charybdim, omnibus notas; Videri tamen possit Iustinus lib. 4. cap. 1.

Ibid. (o) *pro munere*] Explicat & addit Iordanes, quod velocitas natiuum mari iuuaretur, quæ Flori si quis verba esse credit, valde fallitur. Salmastius.

7. (p) *auspicium fuit*] Auctoribus Gruteri libris, & Salmastio, vocem *victoria*, quam q. 1. habent, omisi.

Ibid. (q) *sexagesimum diem*] Non minus admirabilis Scipionis celeritas, in eadem re, qui ita institit operi, ut die quadragesimo quinti, quam ex silis detracta materia erat, naues instructæ ornataeque in aquam deducere sinit. Lilius 28, 45, 19.

8. (r) *forma*] Securus sum Lipsii coniecturam, quam prodidit lib. Elect. cap. 19. ante editi, *fama*, à qua scriptura non abest tres In Gruterus. Lipsianam quoque Iordanes exhibet. Et hi fallor Lilius 9, 11, 4. ita loquitur, quamvis apud eum vulgo:



*Bellum Punicum I. LIBER II. CAP. II. III*

go: ea vero fortuna, in locis, qua ante pacem mentionem habuimus, geramus bellum. Nam sensus inibi aptior: ea vero forma. Sic idem 433, 2: forma insolite pugna Rom. parumper exterruit.

Ibid. (f) *Longe illi nauticae artes*] Sic Pall. o. sic Vineti mss. & miror, cur eis ipsemet non auscultauerit. Lipsius certe id arripuit d. capite 19. indicio ms. sui. nec aliter ed. v. Alix: *Longe illi plus nauticae artis, male, sic Virgil. Aen. 12, 52.*

*Longe illi Dea mater erit, &c.* Imo sic noster infra 236, 34. Gruterus. vide, si lubet, Indicem.

Ibid. (t) *deterquere*] Ita Pall. o. & v. e. Lipsius rescribit, *detergere*, quod non improbat Gruterus, Salmasius etiam sua coniectura iuuat; dum enim veterum lectionem adducit, subiungit: posset tamen vitium videri vetus, *deterquere*, pro *deterquere*, ut *voster, reuoluis*, & similia. quod non acutius magis quam verisimilius mihi videtur. quapropter vix temperavi mihi, quin illud *detergere* in textum reciperem, praesertim cum proprium rei sit verbum. quo & alii optimi auctores utuntur, quos in Indice terulimus.

9. (u) *ferrea manus*] *Afferre: ferreo unco praefixi, harpagones vocant milites.* Lilius 30, 10, 13. *Ferrea manus, harpagomas vocant.* Curt. 4, 2, 12: *Manifesta autem est vtriusque appellationis ratio, manus aprehendendo, harpagones a rapiendo, attrahendo. quo nomine etiam appellatur unco, quo e puteo quid extrahitur, qua de re loqui autumo l. 12, f. 21. de instruct. leg. ubi tamen harpagones & unco legitur, male, pro harpagones & unco.*

Ibid. (x) *machinaeque aliae*] His verbis circumscribit coruos, quos depingit Polyb. 1, 22. Non enim ferrea manus & corui idem sunt, quod velex Curtio intelligere liceret, citato modo loco 432, 12, *ferrea manus, coruique, & alia tuenda urbibus excogitata. iterum 433, 24. Corui vero, & ferrea manus. Et 433, 26. Corui vero & ferrea manus.* Machinarum autem talium inuentionem Tyriis videtur tribuere Curtius citatis locis. Plinius tamen harpago-nas Periclis inuentum esse scribit. 7, 56, f. Inconsideranter Appianus, de bel. ciu. lib. 5. pag. 739. Agrippam inuentorem facit.

Ibid. (y) *ante cettamen multum ab hoste derisa*] Ita cum Annibal omne serpeticum genus in fictiles lagenas conici, easque in hostiles Etimenis naues mitti iussisset, ridicula ea res hostibus visa, fictilibus dimicari, sed mox senserunt, quam sine causa riserint. Vide Iustin. 32, 4. Eo modo perhibentur etiam Americanis risisse armaturam Hispanorum, cum selopeta non nisi comisus usui esse crederent.

10. (z) *diei*] *Optimae membranae, die ἀγχικῶς, Libra die semisque partes —*

vide Agellum 9. 14. Salmastus. vide Bongars. ad Iustin. 2. 11. 17.

Ibid. (a) *per vitam omnem &c.* ] Cato apud Cicer. de Senect. Cap. 13. C. Duilium M. F. qui Paenos primus classe deuicerat, redeuntem in aena senens saepe uidi puer; delectabatur crebro, siue ut Liphius mallet ceres) funalis & rivicine, qua sibi nullo exemplo priuatus surraserat &c. vide etiam Val. Max. 6. 3. 4. Plin. 34. 5. Tacit. 2. 49. 4. Porro de uocabulo usit, quo Florus hoc loco utitur, est qui dubitat vir non obscurus, putatque legendum sensit. Sed uulgata lectio satis firmatur citato Ciceronis loco. Præterea notium non est, ut qui præclare quid gesserat, aliquem honorem suo arbitrio sibi sumeret; ita Cornificius tantum sibi ob seruatos à se milites eribuit, ut Romæ, quoties foris deinde cenaret, elephanto domum reuertus sit. Auctor Dio lib. 49. paullo post princ.

11. (b) *Pra tanta uictoria &c.* leuiter traicteâ uox huius, quam ita resistimus: pra tanta huius uictoria leue prælii damnium fuit præ uictoria huius Duillii, leue damnium fuit prælii; altero Cos. intercepto. Hoc omnino uerum est. Salmastus. Pall. tres repetito pronomine, pra tanta huius uictoria, leue huius prælii damnium fuit. Gruterus.

Ibid. (c) *fuit. Alter* ] Malim ita distingui: fuit; alter ut intelligatur: ipse Cos. fuit damnium; elegantiore sensu. Vide infra 4. 2. 80.

Ibid. (d) *Asina Cornelius* ] sic bene Pal. tres; non ut editi Corn. Asiamant enim scriptores cognomen præponere. nihil frequentius Tacito, nihil uelleio. nihil aliis. Gruterus. Vnde autem cognomentum istud Cornelie genti hæserit, uide apud Macrobi. Saturn. 1. 6.

Ibid. (e) *qui &c. fuit* ] Gruterus mallet abiici uoces istas, tanquam à glossa. optimum iudicium.

Ibid. (f) *simulato colloquio* ] Qua ratione plures etiam decipiti. Ariarathes Cappadox apud Iustin. 38. 1. 9. Artauasdes Armenus apud Plutarch. Anton. 67. Tyranni Athenienses apud Eundem Iustin. 5. 10. 9. Kanutus, quem inter sanctos postea retulerunt, apud Krantzius Suetice lib. 5. cap. 17. quod propemodum etiam Maulio uisuenisset apud Lium 38. 25. & Cæsari apud ipsam de bell. Gall. 1. 46. & Hadingo Danorum regi, apud Saxoneum Sialandum Hist. Dan. lib. 1. pag. 16. m. Adde infra 3. 11. 11. Cornelium quod attinet, Polybius 1. 21. aliter rem narrat, quamuis alii eum nostro consentiant, ut Appianus in Libycis. Val. Max. 6. 6. 2. &c.

Ibid. (g) *perfidia Punica* ] Quæ in prouerbum abiit, quod recenset Erasmus 1. 8. 28. & Gilbertus Cognatus in append. ada-

gio 35. simile ei est *Græca fides*, de quo Erasmus 1, 8, 27.

12. (h) *dictator*] Temere hic à Floro adscribitur dictaturæ A. Atilii Calatini, quod consulatui ipsius tribuendum erat anno V. C. CDXCIV. Dictator enim ipse Calatinus susceptus est, in locum M. Claudii Glicia, [sive potius Ilycia, ut hodie apud Sueton. Tib. 2, 8. legitur] qui scriba fuerat, coactusque abdicauerat, anno V. C. D V. atque in ipsius dictatura nihil memorabile gestum inuenio, etsi primus dictator fuerit, qui extra Italiam imperium habuerit. Stadius.

Ibid. (i) *Agrigento &c.*] De locis his omnibus ceterisque Siciliæ, vide descriptionem Siciliæ, quam Phil. Cluverius edidit.

13. (k) *Camerinensium*] In vetustissimis libris legitur *Camerinensium*: sic *Carthaginensium*, & alia huiusmodi, de quibus vide Trifscianum. Salmasius.

Ibid. (l) *Calpurnii Flammæ*] De hoc Plin. 23, 6. Lilius, 22, 60, 10. & eius Epit. 17. M. Gato apud Agell. 3, 7. *Q. Caditium* vocat; C. L. Quadrigarius *Laberium*. Caute igitur Frontin. Strateg. 4, 5, 10. *It, cuius varie tradidere nomen*. Dissentiunt etiam in militum numero. Ceterum ante hunc saluis etiam militibus suis exercitum Rom. Decius liberauit. Liu. 7, 34. &c. Plin. 22, 5.

Ibid. (m) *infestum*] Hoc qui censent variantem esse lectionem, non attendunt historiæ, quæ vult trecentis istis non tantum certamen fuisse cum hostibus, sed vero etiam cum loco. itaque ne quid abiiciamus, vetante alioquin omni Mss. lectione; certum Pall. Jordanem sequi, tanquam regulam, nihil iubet, immo multa vetant. Gruterus.

14. (n) *superfuit*] Agell. 3, 7. ex Catone; *Eum inter mortuos defixatum vulneribus atque spirantem, quod sanguen defluerat, cognoscere; eum sustulere, inque conualuit; saepeque post illam operam Resp. fortem atque strenuam perhibuit*. Vbi tamen pro *post illam* rescribendum putem, *postilla*, hoc est, postea; nisi quis ita malit; *sapeque post illam, operam &c.* ut sit sensus: exhibuisse saepe Resp. vtili operam, post illam, nempe de qua sermo erat.

Ibid. (o) *licet nihil scripserit sanguine*] Camers & Stadius putant Leonidæ tribui, quod Othryadis proprium erat. Gruterus, Me quod attinet, nunquam adduci possum, ut credam ab autore potius esse quatuor illa verba, quam ab insulto glossatore. Demus enim potuisse errare in historia Florum, demus etiam voluisse, ut supra 1, 10, 8. vbi Aruntem Tarquiniū videtur adulterum facere, ut melius quadret istud: *quasi adulterum ad inferos usque sequeretur*, at largiri nunquam potero, adeo insultantem sententiam fuisse subiecturum. egregia enim acumen illud,



& dignum propter quod mutetur in historia aliquid. licet nihil scripserit sanguine! quasi hoc notum esset aut insolens, superui- uere expeditioni hominent, qui sanguine nihil scripserit.

14. (p) *Sardiniam*] Alii *in Sardiniam*. sed lectionem nostram o. Pall. v. e. & assensus Gruteri firman. Nomina vero regio- num, ut urbium, saepe construi auctoribus, no. at Berneggerus ad Iustin. 14, 5, 9. li.

16. (q) *ubi et sic &c.*] Verissimam opinor esse lectionem Li- psii. quam ad Seneca consol. ad Heluiam nota 84. profert; *Ib. Ol- bie & hic Valeria*, (vel *Aleria*) qua nec Salmastius ad Solin. pag. 29. A. longius abit, nisi quod maluit; *Olbia hic, ibi Aleria*. sed eodem sensu exponit.

Ibid. (r) *expugnauit*] Naz. *repugnauit*. Iordanos *purgauit*. sed lo- citio vulgata, optima est. Gruterus. Ad etiam Indicem no- strum, si lubet.

17. (s) *M. Attilio*] ultra ea quae supradicti scribunt, lege Agell. 6, 2. & 4. Auctor. de vir. illustr. cap. 40. August. Ciuit. 1, 15. Val. Max. 1, 11, 14. & 9, 2, 1. ext. Frontinum 2, 3, 10. Lege Silium 6, 301. & Horat. carm. 3, 5. Cicer. offic. 1, 13. & in Paradoxis. Plura conguessimus Ciuitatis 1, 15. & 24. Camets. Hunc Regulum se- piaz eximie praedicat Seneca.

20. (t) *miramagnitudinis serpens*] De qua Agell. 6, 3. Val. Max. 1, 8, 19. ext. Plin. 8, 14. CXX. pedum longitudinis fuisse; pellemque eius & maxillas usque ad bellum Numantinum, hoc est, CXV. annis Roma in templo durasse testatur, eamque balistis tor- mentisque, ut oppidum aliquo, expugnatam. Stadium. Vide Li- tium epit. 18. Obiequent. cap. 29. Adonis Chronicon sub an- no 4446.

22. (u) *cuius fere magnitudo &c.*] Vide supra 1, 13, 3. p. infra 3, 18, 13. a.

Ibid. (x) *Xanthippum*] Orofius 4, 5. Xanthippum hunc regem Laeed. cum auxiliis accivato scribit: quod verum esse, praeter- quam quod auctores non assentiunt; ideo etiam non puto, quod non ita solebani Spartani, apud Iustinum 4, 14, 6. *Syracu- sani auxilium a Lacedaemonis perierunt. Meritur ab his Gylippus solus quidem*. Sic Archidamus Tarentinis missus, sic aliis ali- qua vero ratione Regulum Xanthippus vicerit, memorat Fron- tinus 2, 2, 11. vbi vide.

23. (y) *calamitatis*] Ita v. e. quod cur non probem? cum ac- cedat Ms. Vineii, & Pal. pr. ac sec. nec non Iordanes. vulgatur passim, *calamitatis*. quod quidem & in Pal. tert. et alterum com- ponit Regulum calamitati. tanquam athletam aut gladiato- rem. Gruterus.

25. (z) *voluntatis a. h. s. redim*] Stupenda sane constantia & pro-

pe sine exemplo, tradere se libidini eorum quos læseris, cum possis domi securus & honoratus & honoratus! Sed nimirum sensit Regulus, quod Socratem dixisse Epictetus sine enchiridii significat; *Occidere me possunt, ledere non possunt.* Quam vocem, cum factis imitatus est Thrasca apud Xiphilinum; *Nero me occidere potest, perdere non potest.* in hac doctrina totus est Seneca de constantia sapientis, & de tranquillitate animi.

27. (a) *ut nec amplius eam insulam concitarent.* Ita edidit diligentissimus Vinerus; nec aliter v. e. aut manuscript. Lipsii: qui rectum censebat dict. cap. 19. *cogitarent.* admodum verisimiliter, proleptaria edd. *ut ne amplius ea insula concitaretur.* Pall. stant à vulgata, nisi quod Naz. habeat; *ut ne amplius eam insulam concitarent.* superscriptumque *vo.* tanquam voluisset legi *uocitarent.* Gruterus. Lipsii lectionem etiam Salmasius probat: & stabilit lectionem Naz. & Iordanis.

28. (b) *centum circiter elephatorum.* Præter citatos de hac re lege Frontin. 1, 731. Plin. 7, 43. De numero varie scribunt. Plin. 3, 6. dicit fuisse CXLII. Orof. 4, 38. [ & Adonis Chronic. sub anno 4446. ] CIV. Hoc autem factum est anno DII. ab v. C. Plin. 8, 6. Camers. Epir. Lit. 19. item Seneca de Brevit. vite cap. 14. & Zonaras tomo secundo CXX. captos scribunt. Eutrop. CXXX. Dionysius CXXXVI. Egregiam multitudinem fuisse, quamvis non indicato numero, significat Sidonius carm. 2, 374.

Ibid. (c) *si gregem.* v. e. præponit. ac *si gregem.* quod item ita Pal. sec. ac tert. item à manu secunda in prim. sed ea scriptura recepta, perit omnis vis, omnis gratia sententia. Gruterus.

29. (d) *Appio Claudio.* Sic omnes omnium membranæ, sic edd. veter. quippe recentiores *P. Claudio.* Gruterus.

Ibid. (e) *ibi fixam demersa classe, ubi & c.* Inter cetera, quæ de vincta Deorum observarunt veteres, annotarunt etiam locum sceleris & pœnæ eundem fuisse, ut certis appareat, non casu tales evenisse clades, sed in ultionem delictorum. Exemplum sunt compluria, quæ tamen omnia intelligas ex vno isto apud Iosephum 13, 19. vbi sanguis Aristobuli fortuito effusus est loco eodem, qui fraterno cruce rubebat.

31. (f) *opulenta præda classis.* Ut Virg. dixit Æn. 1, 451. *templum Iuonis* — *donis opulentum & nomine diuæ.* Vinerus.

32. (g) *interceptam temp. victoriam.* Sic Vinerus, sic v. e. & recte. vult enim eo tolerabilius dæctum, quod à vi maiore provenisset, non ab hostibus. ante cuss; *intercepta temp. victoria.* quod solum hæret in Naz. Gruterus.

Ibid. (h) *frustrarentur.* Ita v. e. ita Pal. sec. ac tert. nam prim. *frustrarentur.* quod non necesse placet; imo plerisque, imo om-

mnibus, nisi quibus nullus acutorum gustus. haecenus vulgari non habuerunt illud frustrarentur, siue malis frustrarentur, in quibusdam veto erat eius loco *elisa*. Gruterus. Illud frustrarentur etiam Salmasius & Lindenbrog. in Marcellinum malunt.

Ibid. (i) *P. R. & sic triumphauit*] Eleganter, sciasque esse à primogenia editione, quam firmavit maiestas cod. Naz. haecenus defuit libris vulgatis & sic: cui tamen non lenis inest vis ac gratia. Gruterus. Porro quæ mea de toto hoc loco sit sententia, non verebor subiungere, nam ita scribendus videtur: *Magna clades, sed non sine aliqua principis populi dignitate, intercepta tempestate victoribus & triumphum petisse naufragio, & tamen cum Punica præda omnibus promontoriis insulisque frustrarentur & fluitarent, Populum Romanum & sic triumphasse.*

35. (k) *quod ipsum exitio fuit*] Adde Lium 22, 14, 15. Polyb. 1, 60. Ceterum classem expeditam, leuem, promptam, utiliozem esse, quam quæ armis, commearu, exercitu, propugnaculisue riuus onusta est; notat Sreyvechius ad Vegetium 5, 7. Sic infra 2, 8. 25. Antiochi apparatus præpeditus magnitudine sua. & 4, 11, 5. Antonianis nauibus ipsa moles exitio fuit. Adde Berneggetum ad Suetonium Aug. 17, 7. t.

Ibid. (l) *ad similitudinem equestris pugnae*] Homerus naues vocat equos marinos ἀλός ἵππους, Odyss. δ. vers. 708. Nautam aurigam vocat auctor veteris versus apud Charisium:

*Typhin aurigam celeru fecere carina. Sic Varro Marci pore. Nis in ambiuis nauem conscendimus palustrem, quam nautici equifines per viam conducerent loco.*

37. (m) *Carthago*] Vide supra. 1, 1, 9. f.

## Bellum Ligusticum.

### CAP. III.

**P**eracto Punico bello, sequuta est breuis sanctio & quasi ad recipiendum spiritum requies, argumentumq; pacis, & bona fide cessantium armorum, tunc primum post Numam clausa<sup>(a)</sup> porta Iani fuit: || sed statim ac sine mora patuit. Quippe iam Ligures, iam Insubres Galli, nec non & Illyrii lacessebant. sic desub Alpibus, id est,

desub



desub ipsis Italiae faucibus, gentes, deo quodam  
 assidue incitante, (b) ne RVBIGINEM ac si-  
 tum scilicet arma sentirent. || (c) denique vtriq;  
 3 cotidiani, & quasi domestici hostestirocinia mi-  
 litum imbuebant, nec aliter vtraque gente quam  
 QVASI cote quadam, populus Romanus fer-  
 4 rum suae aciebat virtutis. || (d) Ligures imis Al-  
 pium iugis adhaerentes inter Varum & Macram  
 flumen, implicitosque dumis siluestribus, maior  
 aliquanto labor erat (e) inuenire, quam vincere,  
 (f) Tuti locis, & fuga, durum atque velox ge-  
 5 faciebat. || Itaque quum (g) diu multumque  
 (h) eluderent Salyi, Deceates, Oxybii, Euburta-  
 res, Ingauni, tandem (i) Fulvius (k) latebras eo-  
 rum ignibus sepsit: (l) Baebius (m) in plana dedu-  
 xit: (n) Posthumius ita exarmavit, (o) vt vix reli-  
 querit ferrum, quo terra coleretur.

NOTÆ IN CAPVT III.

Qua hoc capite continentur, scribunt Epit. Liu 20. Eutrop.  
 3. 1. Orof. 4. 11. & 12. August. Ciuit. 3. 2. Camers.

1. (a) porta Iani] T. Manlium Torquatam, C. Atilium Coss.  
 nominat Cassiodorus; Torquatam & Bulbum, tabulæ Græcæ.  
 Qui posterior in Orofio perperam Bubuleus, vt in Eutropio  
 Balbus, appellatur. Ambo enim adducunt hos Coss. veluti et-  
 iam Plutarchus Numa cap. 33. & libro de fortuna pop. Romani  
 cap. 16. scribunt enim, his Coss. templum Iani Romæ clausum  
 fuisse; id quod post Numæ tempora non contigerat. Adstipu-  
 lantur Linius 1. 19. 3. Velleius 2. 38. 4. & D. Augustinus Ciuit. 3.  
 9. annotantes etiam, quam breuis illa à bello quies & pausa  
 malorum fuerit. Hæc ex Annalibus Virandæ Pighii sub Anno  
 Urbis DXVIII.

2. (b) nerubiginæ &c.] Linius 39. 1. 1. de Liguribus: *It. hostia  
 illud natum ad continentiam inter magnorum intervalla bellorum Ro-*

*manu militarem disciplinam erat: nec alia provincia militem magis ad virtutem acuebat.* &c. Adde Iustinum. 7, 2, 6.

2. (c) *Denique utrique*] Ita Pall. tres, & c. v. quam scripturam Salmastius etiam probat.

3. (d) *Ligures*] Hos trans Alpes ad Rhodanum vsque occu-  
passe olim Galliam Narbonensem. itidem vt à Varo, qui Gallia  
& Italia terminus erat, ad Arnum Italiam constat; quare im-  
pedite admodum noster & obscure de bello Ligustino tradidit,  
dum scribit bellatum cum Liguribus qui in Italia inter Varum  
& Macram flumen habitabant, quo loco Ingauni & Intemelii  
ab aliis censentur; vt pote qui maritimam à Nicæa ad vadæ Saba-  
tia habitauerunt; quando paullo post dum enumerat Ligustinos  
bello subactos, eos quoque cum istis confundit, qui trans Alpes  
vltæ Varum partim mediterranea, partim maritima in Gallia  
Narbonensi habitabant; *Decentes* enim ad Vari ostia, *Oxybii* istis  
orientaliores, ad oram Gallici maris habitabant; estque ibi-  
dem portus *Oxybius* à vicina eiusdem nominis gente dictus Stra-  
boni lib. 4. *Esuburiates* autem Plinius citra Alpes in Liguria nu-  
merat. nam quod *Salyes* siue *Saluios* hic etiam aliquot exem-  
plaria receperunt; mendum esse credibile est: Saluios enim bello  
Allobrogico, & primos trans Alpes arma Romanorum exper-  
tos, & tunc primum in ditionem à C. Sexio Calpurno redactos,  
Florus 3, 2, 3. Strabo libro 4. pag. 140. testantur. Epitoma Liuii  
61. addit; victa Saluorum gente C. Sextium coloniam *Aguas*  
*Sextias* condidisse; triumphasse autem constat de Saluiis, anno  
DCXXXI. Stadius.

Ibi 1. (e) *inuenire*] Infra 3, 8, 11. de Balearibus: *dilatasse in pro-*  
*ximos tumulos, quarendi erant vt vincerentur.* Adde 3, 10, 14. & 15,

Ibid. (f) *tuti*] Sic Pall. tres, editioque vetus, non *tutum*, vt  
postea editi. Gruterus.

5. (g) *diu multumque*] Strabo lib. 4. pag. 140. *Romani bello per*  
*XXC. annos tracto, vix obtinuerunt, vt XII. stadiorum amplitudine*  
*publica via pateret.* &c.

Ibid. (h) *eluderent Salyi, Decentes &c.*] Repræsentare libuit le-  
ctionem Vineri. variantes lectiones Mss. videantur in castiga-  
tionibus eius. v. c. seruat: *eluderet saltus destrare. buriates sexule,*  
*incognita tandem &c.* quæ examinare non est istius temporis,  
non magis quam Pall. differencias, quorum præcipuus habet  
*eluderet saltus, deciate sexuhile buriatas incognita tandem.* Gruterus,  
Mss. ex lectionibus (*eluderet, & saltus*, vnde facilis in *Salyis ma-*  
*tatio*) consistere sibi: Salmastius ait numero singulorum hanc pe-  
riodum concepisse Florum. itaque scribere se; *eluderet Salyus,*  
*Deciatis &c.* De *Salyis* vide infra, 3, 2, 4.

Ibid. (l) *Fulvius*] Æque impeditum hoc est de Fulvio atque præcedentia; nec enim satis liquet quisnam Fulviorum, de quo loquitur, fuerit; Varii enim Fulvii cum Liguribus bella gesserunt. Propior est coniectura (est enim divinandum, quia rerum cum Ligustinis gestarum historia apud nostrum Florum impeditiſſima est, & ab aliis scriptoribus diuersa) Q. Fulvium Flaccum fuisse de quo loquitur, qui anno DLXXIV. Cos. de Liguribus triumphauerit, etiamsi triumphum magis gratiæ, quam rerum gestarum magnitudinẽ datum fuisse Lilius 40, 58, 1. testetur: tamen ipsum per denios saltus, per inulos montes, impeditas valles, cum exercitu transgressum; acie hostem vicisse, castris exuisse, cum exercitu transgressum; acie hostem vicisse, castris exuisse, ex collibus in campeſtrem agrum deduxisse, præſidiaque montibus imposuisse Lilius lib. 44. testatur. Apuanos etiam Ligures, qui ad Macran flumen habitabant, in deditionem acceptos ad 7000. hominum in naues imposita prætoram Erruſci maris Neapolim tranſmiſit, indeque agrum ipsis inter populares in Samnio dedit. Nihil etiam fuisse à Fulvio Nobiliore Ligures Alpinos & Veliates in Capitolinis triumphis extat. Veliates autem inter Cisalpinos Ligures numerat Plinius. 3, 5. & 15. Stadium.

Ibid. (k) *latebras eorum ignibus ſibi*] Vide infra, 10, 6. 1.

Ibid. (l) *Babius*] Cn. & M. Babios Pamphilos [aut Pamphilos] fratres cum Liguribus rem gessisse in Consulatu, quorum iste collegam Corn. Cethegum anno DLXXIII. ille anno superiore Æmilium Paulum habuerit, ex prætorum monumentis colligo; & M. de Liguribus triumphasse. Apuanos autem Ligures Cornelius & M. Babius victos & in deditionem acceptos, è montibus in campeſtres agros cogunt; traductique sunt ex Liguria in Samnium (eo consilio ne latebras & inulos saltus repeterent ad rebellionem) 40000. liberorum capitum cum feminis puerisque, publico sumptu, in agrum Taurasinorum quem de samnitibus Romani ceperant, vocatique sunt à ducibus isti Ligures Babiani & Cornelianæ, qui in hoc Samnitium tractu à Plinio recensentur. quare de hoc Babio loqui Florum verisimile est. Cn. namque Babium ad comitia Romani reuerſum cum L. Æmilius inuicere cum Liguribus Ingaunis prospere dimicauerit testatur Lilius 40, 17, 2. & 40, 28. & Æmilium de iisdem triumphasse Capitolina tabula produnt, anno DLXXII. Stadium.

Ibid. (m) *in plana deduxit*] Addo infr. 3, 5, 28.

Ibid. (n) *Posthumus*] Collegam intelligit Calpurnii Pisonis, qui vitricus fuit Fulvio Flacco: quique Pisoni in magistratu mortuo successit, anno DLXXIII. etiam fuisse Cos. L. A. Sp. Posthumii qui bellum Ligustinum sortiri fuerunt; tamen Lilius 40, 41, 3. de ista disette refert, quæ ad Mori relationem conueniunt, cum ita inquit; *Ab A. Posthumio Manianarum Li-*



gurum vineæ case sunt, frumenta deusta; donec cladibus omnibus belli  
 hosti ad deditionem venerunt, armaque tradiderunt. *Stadius.*

*Ibid.* (o) *ut vix reliquerit ferrum &c.* ] Inter cetera continendis  
 gentibus inuenta, hoc etiam fuit, ut ferro priuarentur, nisi  
 quantum agrorum cultus posceret. Ita Philistinum cura effectum  
 est, ut non inueniretur ensis & lancea in manu totius populi qui erat  
 cum Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha. *Samuel. 1, 13, 22.* Etiam  
 inter conditioses pacis cum Porfena hanc fuisse ex *Plin. 34, 14,*  
*supra 1, 10, 2. d.* notatum est. Vide etiam infra 2, 18, 6.

## *Bellum Gallicum.*

### *CAP. IV.*

**G**Allis Insubribus, & his accolis Alpium, &  
 animiferarum, corpora plusquam humana  
 erant: (a) sed experimento deprehensum est,  
 quippe sicut primus impetus eis maior quam vi-  
 rorum est, ita sequens minor quam feminarum.  
 || (b) Alpina corpora humenti cælo educata, ha-  
 bent quiddam (c) simile cum niuibus suis: quæ  
 mox ut caluere pugna, statim (d) in sudorem  
 eunt; & leui motu, quasi sole, laxantur. || Hi sæ-  
 pe & alias, sed (e) Britomaro duce, (f) non prius so-  
 luturos se baltea, quam Capitolium ascendissent, iu-  
 rauerant. (g) Factum est, victos enim Æmilius (h)  
 in Capitolio discinxit. || Mox (i) Ariouisto duce  
 vouere de nostrorum militum præda (k) Marti suo  
 torquem. Intercepit Iuppiter votum, nam de (l)  
 torquibus eorum aureum (m) trophæum Ioui  
 (n) Flaminius erexit. || (o) Viridomaro rege (p)  
 Romana arma Vulcano promiserant. aliorum vota  
 ceciderunt, occiso enim rege, Marcellus (q) tertia  
 post

post Romulum patrem Feretrio, Ioui arma suspendit.

NOTÆ IN CAPVT IV.

De hoc bello scribunt Epit. Liu. 20. Eutrop. 3, 1. Oros. 4, 13. Auctor de vit. illustr. cap. 45. Euseb. lib. temp. Plura Plut. Marzello cap. 7. &c. Sane in hoc bello P. R. sociorum Latinique nominis 300000 armatorum habuisse dicitur. Epit. Liu. 20. Plin. 3, 20. dicit equitum 80000. peditum 700000. sine externis vllis auxiliis, atque etiam sine Transpadanis. Camers. Lege Polyb. 2, 24.

1. (a) *sed experimenta deprehensum est* ] Si vlla velificaretur aures libri Ms. pronuntiarem quadrigam istam verborum spuriam, quod appareret magis, si *sed* mutaretur in *festinet*. possunt tamen aliquid habere sensus, si vox prior transformetur in *id* &c. Gruterus. Mihi sequentia potius supposititia videntur, ipsissima enim verba sunt Liuii 10, 28, 4. qua studioso cuidam, vt fieri solet, promptum fuit in marginem adlinere. quomocunque enim, retentis istis, mutemus aut interpretemur reliqua, nullus sequeretur sensus commodus. Itaque quibus ista sententia probatur, ita scribent; *Sed experimento deprehensum est, Alpina corpora humentis caelo educata, habere quiddam simile niuibus suis, quia &c.* nisi cui forte placeat Camertis emendatio, quod, pro quippe rescribentis.

2. (b) *Alpina corpora &c* ] Docent Philosophi locatum consuetudini locorum conditiones. Hinc ait Porphyrius locum esse generationis principium, quemadmodum & patrem. Lege Cicero. Lib. de fato cap. 4. Plin. 3, 58. Seru. Æn. 6, 724. Propert. 2, 3. Virg. Georg. 1, 57. Camers. Mulea hoc genus congestit Cæsollius var. Cat. Autumn. lib. 1. cap. 3. vbi vide.

Ibid. (c) *simile niuibus* ] Sic recte Pal. pr. non, *simile cum niuibus*, vt antea cusi. Gruterus. Salmasius tamen in Solinum pag. 27. e. tueri videretur illud alterum.

Ibid. (d) *in sudorem eunt* ] Qualia corpora fluxa appellantur. Tacito H. 2, 32, 4.

3. (e) *Britomaro duce* ] *Britomaro* quidam antiqui codd. Hoc ego nomen apud Polybium legere non memini, sed alios istorum Gallorum Reges *Concolstanum* & *Anerostum*, à L. Emilio victos. Vinerus.

Ibid. (f) *non prius soluturos se baltea* ] vsitatum veteribus vbi quid efficiendum susceperint, obstringere se tali voto, quo tan-

quam assiduo monitore vigerentur ad maturandam rem quam proposuerant. Germani veteres crinem barbamque submittabant, ut ex Tacito H. 4, 61, 1. & G. 31, 1. liquet. contrarium Argiuorum votum, comam non alere, apud Herodot. 1, 82. Similia sunt indusium non mutare, &c.

Ibid. (g) factum est] Simile quiddam accidit Amileari Pæno Syracusas obsidenti apud Diod. 23, 29. Cicero de Divin. 1, 24. & Val. Max. 1, 7, 8.

Ibid. (h) in Capitolio discinxit] Lege historiae veritatem apud Polyb. 2, 34. Multa namque poetica hic homo interfexit & miscet. Vinetus, Stat tamen à nostro Zonaras tomo 2, pag. 68. *Emilius Boius superatus triumphans, captiuorum principes armatos in Capitolium perduxit: insolentiam eorum irridens, quod se thoraces non prius exuturos iurassent, quam in Capitolium venissent.*

4. (i) Arionisto] Reperi nomen in quod plurima exemplaria consentiunt. nam alias *Ariobisto* scriptum est, indicante Gruter. v. c. habet *Aricusto* quod & in Pal. tex. Naz. *Aricusto*. Pal. sec. *Arnoisto*. Vineti Mss. *Ariourcum*. Iordanes *Ariobistum*. haudenus impressi, *Astronico*. *Anercestum* quidem Polyb. 2, 22, habet. Vtrumque certe Celticum est nomen; imò vnum idemque, si Clucrio credimus Germ. Antiq. lib. 1. cap. 6. in fin.

Ibid. (k) Martis suo] Docet Caesar de bell. Gall. 6, 17. Gallos quinque potissimum deos coluisse, *Mercurium, Apollinem, Iouem, Martem, atque Mineruam*. Causam lege ibidem, Cameris.

Ibid. (l) torquibus] *Gallos cum auro* [quod in torquibus habebant] pugnare solitos, *Torquatus* indicio est. Plin. 33, 1. Idque tangit Varro citatus à Nouio in *Torques*. Ita praelio, quo Marcellus, qui A. V. DLIV. Cos. fuit, Gallos cecidit, inter alia etià aureos torques multos captos Valerius Antias scribit apud Lium 33, 22, 9. & apud eundem 36, 40, 9. Cornelius Cos. in triumpho de Boiis, aureos torques transtulit mille quadringentos septuaginta. Nam auctore Polybio 2, 17. *opes singulorum erant in pecore, vel auro*. Vt nemini mirum videri debeat, *aureum trophaum* ex torquibus eorum statui potuisse.

Ibid. (m) trophaum] Cuius quidem imaginem ac memoriam expressam pulchre videmus in argenteis nummis, ab vno latere representantibus in corona laurea caput Iouis Triumphatoris, lauros item obuinctum: & ab altero Victoriā alātam cum palma ramo in sinistra, quæ coronam extendit supra trophaum arboris trunco suspensum, quod galea pinnata, clipeo rotundo, gladio & fago Gallico vestitum & adornatum est, cui adscriptus est titulus: C. FLAMINI. G. F. ROMA. Nummi picturam habes in Fastis Goltzianis, Pighius in Annalibus ad A. V.



DXXX. Simile trophæum deuiſiſiſſimè Gallis erexiſſe poſtea Marium, ex Plutarchi Cæſare cap. 9. Rycquius commentatio de Capitolio Romano notat.

Ibid. (n) *Flaminius*] Temerarius ille, quem ad Traſimenum cecidit Annibal. Et qui ſicut ὁ ἑσπερηνός τινος δόκνον ἄγευσας, idque ſæpe immerito, triumphum conſecutus eſt industria tribunorum, cum imperitia ſua victoriam pene prodidiſſet. *Attor* Polyb. 2. 31.

5. (o) *Viridomaro*] De hoc nomine Celtico, vide Cluuer. Germ. antiq. lib. 1. cap. 6. Vbi tamen iterum noſtrum perſtringit, ſed nullo iure.

Ibid. (p) *Rom. arma Vulcano promiſerant*] Romanis id uſitatum ex Liuius 8. 30. 9. 38. 23. 11. 41. 12. 4. 45. 33. 1. itemque noſtro 4. 12. 9. patet. De Barbaris tale uorum mihi nunquam lectum, ſæuius apud Tacitum 13. 57. 3. ubi victores diuerſam actera Marti ac Mercurio ſacrare, quo voto, equi, viri, cuncta uia occidioni dantur. Scripſi locum, uti volebant Danesius & Lipſius, alias enim non dubito ſcribendum; cuncta uicta. nam & veſtes, & arma, quin aurum etiam argentumque perdebat. Vide Hiſtor. Miſcell. 5. 1.

Ibid. (q) *tertia poſt Rom. &c.*] Ita Virg. *Æn.* 6. 569.

*Tertiaque arma patri ſuſpender capta Quirino.*

Nam prima Romulus, ſecunda Coſſus ſuſpenderant; de quibus exacte Liuius 1. 10. 4. 20. & Epit. 20. Vide etiam ſupra. 1. 1. 10. b. Appareat hinc Obſequentem cap. 30. falſum in hac hiſtoria aut corruptum eſſe, legitur enim apud eum capto *Viridomaro rege*, cum ſcribendum fuiſſet, *caſo*.

## Bellum Illyricum.

### CAP. V.

- 1 **I**llyrii, ſeu Liburni ſub extremis Alpium radicibus agunt, inter Arſiam, (a) Titiumque flumen, longiſſime per totum (b) Adriani maris litus effuſi. || Hi regnante (c) Teutana (d) muliere, populationibus non contenti, licentiæ ſcelus ad-
- 2 diderunt. || (e) Legatos quippe noſtros, ob ea que deliquerant, iure agentes, (f) nec gladio quidem,
- 3 (g) ſed ut victimas, ſecuri percutiunt, præfectos nauium

uium, igni comburunt, <sup>(h)</sup> idq; quo indignius foret, MULIER imperabat. ¶ Itaque <sup>(i)</sup> Cnæo Fulvio Centimalo duce, late domantur. Strictæ in principum colla secures, legatorum <sup>(k)</sup> Manibus litauere.

## NOTÆ IN CAPVT V.

De hoc bello, & aliis cum Illyriis gestis, extat liber Appiani, qui *Illyrius* inscribitur. Lege Liuii Epit. 20. Eutrop. 3, 1. Oros. 4, 13. Camers. Vide etiam Polyb. 2, 8. &c. & Zonaram tom 2. pag. 67. Quod autem hoc bellum, post illud Gallicum Ariouësi describat auctor, cum tamen prius gestum sit; facit ne rerum Gallicarum seriem interrumpat, sicut perpetuo solet. Vide infra 2, 19, 5. h.

Num. 1. (a) *Titium*] Antiqui libri *Ticinum* appellabant, vt Gallia fluuium, apud quem cæsi primum ab Annibale Romani. Ptolemæi Græca *Τίρος* vocant, id est *Titum*. Plinius in extremo libro tertio: *Arfa, gens Liburnorum, iungitur usque ad flumen Titum*. Vinetus.

Ibid. (b) *Adriani*] Ita vetustissima exemplaria; quomodo id mare etiam M. Cicero legitur alicubi appellasse. Vinetus. Locus Ciceronis est epist. ad Atticum 10, 7.

2. (c) *Tentana*] Scriptura hæc est Pall. o. veterisque editionis, itemque Bongarsii Mss. & Jordanis.

Ibid. (d) *muliere*] Videtur abundare vox ista, præsertim cum statim repetatur; *idque mulier imperabat*. Nisi forte ideo expressit auctor, vt innheret *in tantum non modo à libertate, sed etiam à seruitute degenerasse*, quod de populis femineo dominatui fabricatis Tacitus G. 45, 11. ait. Quamuis & olim & hodie potentissimi fortissimique populi muliebrem in imperijs successionem admittant.

3. (e) *Legatos &c.*] Quam sanctum consensu gentium ius legationis sit, quæque violatores eius poenæ consequantur, vide apud auctores, quos supra ad 1, 18, 5. k. citauimus. Porro legatorum istorum nomina variant apud scriptores, *Caium & Lucium Coruncanos* Polyb. 2, 8. vocat. *Publium Iunium & Titum Coruncanium* Plinius 34, 5. Appianus Illyrico, vnus Coruncaniæ meminit. Porro & de numero intersectorum controuersia est; Plinius

Plinio duos illos quorum nomen adnotauimus occisos adfere-  
rente, aliis autem absolute legatos interfectos dicentibus, nu-  
mero non addito, quos inter; Lilius epit. 26. Orofius 4, 13. Eu-  
tropius 3, 1. Polybius minorem natu Coruncanium occisum  
ait, quod liberius locutus esset. Appianus Coruncanio caeso,  
caeteros sibi manus intulisse; idque viuo etiamnum Agrone  
Teutanz marito factum.

Ibid. (f) *nec gladio quidem* ] Pal. pr. ac sec. *ne gladii quidem*  
[quam lectionem Salmasius praefert] textus cum vulgatis sen-  
tit. Gruterus.

Ibid. (g) *sed ut victimas, securi percuntur* ] Ignominioso mortis  
genere. Tangit id Lilius 7, 15, 10. CCCVII. *Milites Romanos cap-  
tos Tarquinenses immolarunt: quia scditate supplicii aliquanto igno-  
minia populi Rom. insignitior fuit.* Plura Casaub. ad Sueton. Aug.  
15, 2. *hostiarum more mactatos.* quo tamen non pertinet illud ex  
Lilio 25, 16, 15. citatum. Victimam porro securi percuti solitas  
multis exemplis demonstrat Brissonius formularum libro pri-  
mo, & post eum Taubmannus ad Virg. *Aen.* 2, 224. *foeditatem*  
autem huius supplicii in causa fuisse, ut in militem qui Papi-  
nium mori iussum non gladio sed securi percusserat, animad-  
verti iusserit Caracallus apud Spartianum cap. 4. & Xiphili-  
num; consentiunt Brissonius in Lexico. Gothofred. ad L. 8. §. 1.  
de pœn. Casaub. d. loc. & Lipsius ad Tac. 15, 67, 7.

Ibid. (h) *idque, quo indignius foret, mulier imperabat* ] Xiphili-  
nus in Nerone de clade Roman. in Britannia: *Qua clades à muliere*  
*illata est pop. Rom. ut maiore ignominia afficeretur.* feminarum  
unim iussa pati, ignominiosum est. vide Tacitum 12, 40. 7. *Ne*  
*quis autem mireretur asperitatem impetii, audiat eundem Tac.*  
3, 33, 8. *notantem, mulierum iussa, periscacia magis & impoten-*  
*sia esse.*

4. (i) *Cn. Fulvio Centimalo duce* ] Et collega eius Posthumio Al-  
bino, secundum citatos auctores.

5. (k) *manibus* ] Gentiles credebant dolere manes interfecto-  
rum, nisi vindicta leuarentur; [Vide, si lubet, quae dicemus in-  
fra 4, 6, 6.] Ideoque hac quoque in causa principes Illyrios  
eadem ignominiosa morte confecerunt.

---

## *Bellum Punicum secundum.*

### *CAP. VI.*

Post primum Punicum bellum (a) vix quadri-  
ennii requies; ecce (b) alterum bellum: mi-



nus quidem spatio (nec enim amplius quam (c) decem & octo annos habet) sed adeo cladum atrocitate terribilius, ut si quis conferat damna utriusque populi, (d) SIMILIOR victo sit populus qui vicit. || (e) VREBAT nobilem populum (f) ablatum mare, capta insula, (g) dare tributa, que iubere consueuerat. (h) Hinc vltionem puer (i) Annibal ad aram patri iurauerat: nec morabatur. || (k) Igitur in causa belli (l) Saguntus deleta est; (m) vetus Hispania ciuitas & opulenta, fideique erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. || quam in libertatem communi fœdere exceptam, Annibal causas nouorum motuum querens, (n) & suis, & ipsorum manibus euerit, ut Italiam sibi rupto fœdere aperiret. || (o) SUMMA fœderum Romanis religio est: itaque ad auditum sociæ ciuitatis obsidium, memores icti cum Pœnis quoque fœderis, non statim ad arma procurrunt, dum prius (p) more legitimo queri malunt. || Interim iam (q) nouem mensibus fessi fame, machinis, (r) ferro, versa denique in rabiem fide, immanem in solo excitant rogam: (s) tum desuper se suosque cum omnibus opibus suis ferro & igni corrumpunt. || Huius tanta cladis auctor Annibal poscitur. Tergiuersantibus Pœnis, (t) dux legationis, *Quæ, inquit, mora est?* Fabius. *In hoc ego sinu (v) bellum pacemque porto: utrum eligitis?* Succlamantibus; *Bellum. Bellum igitur, inquit, accipite!* (x) & excusso (y) in median curiam togæ gremio, non sine horrore, quasi plane sinu bellum ferret, effudit. || Similis exitus belli

belli initio fuit. (z) nam quasi has inferias sibi Sa-  
 guntinorum vltimæ diræ in illo publico parrici-  
 dio incendioque mandassent; ita Manibus eor-  
 9 tum, vastatione Italiæ, captiuitate Africæ, du-  
 cum & regum, qui id gessere bellum, exitio pa-  
 rentatum est. || Igitur vbi semel se in Hispania  
 mouit illa grâuis & luctuosa Punici belli vis at-  
 que (a) tempestas; destinatumque Romanis iam  
 cœli fulmen, Saguntino igne conflatit: statim  
 quodam impetu raptâ, (b) medias perfregit Al-  
 pes; & in Italiâ ab illis fabulosâ altitudinis ni-  
 10 uibus, velut cœlo missa, descendit. || Ac primi  
 quidem impetus turbo inter Padum & Ticinum  
 valido statim fragore detonauit. Tunc Scipione  
 duce fufus exercitus. saucius etiam ipse venisset  
 in manus hostium imperator, (c) nisi protectum  
 patrem prætextatus admodû filius ab ipsa morte  
 11 rapuisset. || Hic erit Scipio, qui in exitum Afri-  
 12 cæ crescit, nomen ex malis eius habiturus. || Ti-  
 cino Trebia succedit. hic secunda belli Punici  
 procella defauit, Sempronio consule. tunc cal-  
 lidissimi hostes frigidum & niualem nacti diem,  
 quum se ignibus prius oleoque fouissent ( horri-  
 bile dictu ) homines à meridie & sole venientes  
 13 nostra nos hieme vicerunt. || (d) Trasimenus la-  
 cus tertium fulmen Annibalis, imperatore Fla-  
 minio. ibi quoque ars noua Punicæ fraudis.  
 quippe nebula lacus, palustribusque virgultiste-  
 ctus eques, terga subito pugnantium inuasit. || (e)  
 14 Nec de diis possumus queri, imminentem quip-  
 pe temerario duci cladem prædixerant insidentia

tia signis (f) examina, & (g) aquilæ prodire no-  
 lentes, & commissam aciem sequutus (h) ingens  
 terræ tremor: nisi illum horrorem soli, equitum  
 virorumque discursus, & mota vehementius ar-  
 ma fecerunt. || (i) Quartum, id est, pæne vlti-  
 mum vulnus imperii Cannæ; (k) ignobilis Apu-  
 liæ vicus: sed magnitudine cladis emerfit; &  
 (l) quadraginta millium cæde parta nobilitas. Ibi  
 in exitium infelicis exercitus, dux, terra, cælum,  
 dies, tota (m) denique rerum natura consensit.  
 || Siquidem non contentus simulatis transfugis  
 Annibal, qui mox terga pugnantium ceciderunt,  
 insuper callidissimus imperator, patentibus in  
 campis, (n) OBSERVATO loci ingenio, (o) quod  
 & solibi acerrimus, & plurimus pulvis, & Eurus  
 ab Oriente semper quasi ad constitutum, ita in-  
 struxit aciem, vt Romanis aduersus hæc omnia  
 obuersis, (p) quasi secundum cælum tenens, ven-  
 to, puluere, sole pugnaret. || Itaque duo maximi  
 exercitus cæsi ad hostium satietatem, donec An-  
 nibal diceret militi suo; (q) *Parce ferro*. Ducum  
 effugit alter, alter occisus est: dubium vter maio-  
 re animo. Paullum puduit, Varro non despera-  
 uit. || Documenta cladis, cruentus aliquandiu  
 Aufidus; (r) pons de cadaueribus, iussu ducis fa-  
 ctus (s) in torrente Vergelli; (t) modii duo anulorum  
 Carthaginem missi, (u) dignitasque eque-  
 stris taxata mensura. || Dubium (x) deinde non  
 (y) erat, quin vltimum illum diem habitura fuerit  
 Roma, quintumque intra diem epulari Annibal  
 in Capitolio potuerit, si (quod Pænum illum di-  
 xisse



- (2) Adherbalem Bomilcaris ferunt ) *Annibal*  
*QVEM AD MODVM sciret vincere, sic uti victoria*  
 20 *scisset.* || Tum quidem illum, ut dici vulgo solet,  
 aut FATVM vrbis imperaturæ, aut ipsius  
 MENS mala, & AVERSI à Carthagine dii,  
 21 in diuersum abstulerunt. || QVVM victoriapof-  
 fet uti, frui maluit; relictaque Roma, Campani-  
 am Tarentumque peragrare: vbi mox & ipse, &  
 exercitus ardor elanguit; adeo ut verum dictum  
 22 sit; CAPVAM *Annibali Cannas fuisse.* || Siquidem  
 inuictum Alpibus, indomitum armis, Campa-  
 niæ (quis crederet?) soles, & tepentes fontibus  
 23 Baia, subegerunt. || Interim respirare Romanus,  
 & quasi ab inferis emergere. Arma non erant; de-  
 tracta sunt templis. deerat iuuentus; (c) in sacra-  
 24 mentum militiæ liberata seruitia. || egebat ærari-  
 um; (d) opes suas libens senatus in medium pro-  
 tulit; nec præter quod (e) in bullis singulisque  
 25 anuliserat, quicquã sibi auri reliquere. || (f) Eques  
 SEQVVRVS exemplum, imitataque equitem tri-  
 bus. denique (g) vix suffecere tabulæ, vix scriba-  
 rum manus, Læuino Marcelloque consulibus,  
 quum priuatæ opes in publicum deferrentur.  
 26 || Quid autem in (h) deligendis magistratibus,  
 quæ centuriarum sapientia, quum IUNIORES  
 à senioribus consilium de creandis consulibus  
 petiuere? (i) Quippe aduersus hostem totiens vi-  
 ctorem, tam callidum, NON virtute tantum, sed  
 27 suis etiam pugnare consiliis oportebat. || (k) Pri-  
 ma redeuntis, & ut sic dixerim, reuiuiscens im-  
 perii spes Fabius fuit: qui nouam de Annibale vi-

Etoriam commentus est, (l) non pugnare. Hinc  
 illi (m) cognomen nouum, & Reipublicæ saluta-  
 re, *Cunctator*. Hinc illud ex populo, vt (n) *imperii*  
*scutum* vocaretur. || Itaque per Samnium totum, 28  
 per Falernos Gauranosque saltus sic maceravit  
 Annibalem, vt *QVI* frangi virtute non poterat,  
 mora comminueretur. || Inde Claudio Marcello 29  
 duce etiã congredi ausus est. Cominus venit, &  
 (o) pepulit in Campania sua, & (p) ab obsidione  
 Nolæ vrbis excussit. || Ausus & Sempronio Grac- 30  
 cho duce per Lucaniam sequi, & premere terga  
 cedentis: quamuis tunc (ô pudor!) (q) manu serui-  
 li pugnaret. (r) Nam hucusque tot mala compu-  
 lerant: sed libertate donati, fecerant de seruitute  
 Romanos. || (s) *O HORRIBILEM* in tot aduer- 31  
 sis fiduciam! ô singularem animum ac spiritum  
 populi Romani! tam arctis afflictisque rebus,  
 quum de Italia sua dubitaret, (t) ausus est tamen  
 in diuersa respicere, || quumque (u) hostes in iu- 32  
 gulo per Campaniam Apuliamque volitarent,  
 (x) mediamque de Italia Africam facerent; eo-  
 dem tempore & hunc sustinebat, & in Siciliam,  
 Sardiniam, Hispaniam, (y) diuisa per terrarum  
 orbem arma mittebat. || (z) Sicilia mandata Mar- 33  
 cello, nec diu restitit. Tota enim insula in vna  
 vrbe superata est. Grande illud, & ante id tem-  
 pus, inuictum caput (a) Syracusæ, *QVAM*  
*VIS* Archimedis ingenio defenderentur, aliquan-  
 do cesserunt. || (b) Longe illi triplex murus, toti 34  
 demque arces, portus illè marmoreus, & fons  
 celebratus Arethusæ: (c) nisi quod hætenus pro-  
 fuerit,

fuere, vt pulchritudini victæ vr̄bis parceretur.  
 35 || (d) Sardiniam (e) Gracchus arripuit. nihil illi  
 gentium feritas, Insanorumque ( nam sic vocan-  
 tur ) immanitas montium profuere. Sæuitum in  
 vr̄bes, vr̄bemque vr̄biũ Caralim, vt gens con-  
 tumax, (f) vilisq̄e morti, saltem DESIDERIO  
 36 patrii soli domaretur. || In Hispaniã missi (g) Cnæ⁹  
 & Publius Scipiones; p̄ne totã P̄c̄nis eripuerãt;  
 sed insidiis Punicę fraudis oppressi rursus amife-  
 runt, magnis quidem illi p̄c̄liis, quũ Punicas  
 opes cecidissent: sed Punicę insidiã alterum fer-  
 ro castra metantem, alterum quũ euasisset (h)  
 37 in turrim, cinctum facibus oppresserunt. || Igitur  
 in vltionem patris, ac patrii missus cum exerci-  
 tu (i) Scipio, cui tam grande de Africa nomen fa-  
 38 ta decreuerant, || (k) bellatricem illam, viris at-  
 misque nobilem Hispaniam, illam (l) seminarium  
 hostilis exercitus, illam Annibalis eruditrice n  
 (incredibile dictu) (m) totam à Pyrenæis mon-  
 tibus in Herculis columnas & Oceanum recu-  
 39 perauit: || nescias citius, an (n) felicius. quam ve-  
 lociter, quatuor anni fatentur: quam facile, vel  
 vna ciuitas probat. (o) eodem quippe, quo obsessa  
 est die, capta est: omenq; Africanã victoriã fuit,  
 40 quod tã facile victa est Hispana Carthago. || Cer-  
 tum est tamen, AD PROFLIGANDAM prouinciã  
 maxime profecisse singularem ducis sanctitatem:  
 quippe (p) qui captiuos pueros, puellasq; p̄c̄i-  
 pua pulchritudinis, barbaris restituerit, ne in  
 conspectum quidem suum passus adduci; nequid  
 de virginitatis integritate delibasse (q) saltem



oculis videretur. || Hæc inter diuersa terrarum  
 populus Romanus: nec ideo tamen Italiae viscē- 41  
 ribus inhaerentem summouere poterat Anniba-  
 lem. Pleraque ad hostem defecerant: & dux acer-  
 rimus (r) **C**ONTRA Romanos Italicis quoque  
 viribus utebatur. || Iam tamen eum plerisque op- 41  
 pidis, & regionibus excusseramus. (f) Tarentus  
 (r) ad nos redierat: iam & Capua, sedes & domus,  
 & (u) patria altera Annibalis, tenebatur: cuius  
 amissio tantum Pœno duci dolorem dedit, vt in-  
 de totis viribus Romam conuerteretur. || O (x) 43  
 populum (y) dignum orbis imperio! dignum om-  
 nium fauore, & admiratione hominum ac de-  
 orum! **C**OMPULSUS ad (z) vltimos metus, ab  
 incepto non destitit: & de sua Vrbe sollicitus,  
 Capuam tamen non omisit; sed parte exercitus  
 sub Appio consule relicta, parte Flaccum in vr-  
 bem sequuta, absens simul, præsensque pugna-  
 bat. || Quid ergo miramur; mouenti castra à ter- 44  
 tio lapide Annibali, iterum ipsos deos, deos in-  
 quam, (a) (nec fateri pudebit) restitisse? || Tanta 45  
 enim ad singulos illius motus vis imbrium effusa,  
 tanta ventorum violentia coorta est, vt diuinitus  
 hostem summoueri; (b) neque cælo, sed ab Vrbe  
 ipsius mœnibus, & Capitolio ferri videretur. || Itaq; 46  
 fugit, & cessit, & in vltimum se Italiae recepit fi-  
 num, quum Vrbe tantum non (c) adoratam re-  
 liquisset. || Parua res dictu, sed ad magnanimitatem 47  
 populi Romani probandam satis efficax:  
 quod illis ipsis, quibus obsidebatur diebus, (d)  
 ager, quem Annibal castris infederat, venalis Ro-  
 ma

mae fuit, hastaque subiectus, inuenit emptorem.  
48 || Voluit Annibal contra fiduciam imitari; subiecitque argentarias Urbis tabernas; nec sector inuentus est, vt scias, (e) etiam praesagia fati fuisse.  
49 || Nihil actum erat, tanta virtute, tanto fauore etiam deorum. siquidem (f) Asdrubal frater Annibalis, cum exercitu nouo, nouis viribus, noua belli mole veniebat. || Actum erat proculdubio, si vir ille se cum fratre iunxisset. sed hunc quoque castrametantem Claudius Nero cum Liuiio Salinatore debellat. || Nero (g) in vltimo Italiae angulo sum mouebat Annibalem. Liuius in diuersissimam partem, (h) id est, in ipsas nascentis Italiae fauces signa, conuerterat. || Tanto, id est, omni, qua longissima Italia, solo interiacente; quo consilio, qua celeritate, consules (i) castra coniunxerint, (k) inopinanterque hostem collatis signis compreserint, neque id fieri Annibal senserit, difficile dictum est. || Certe Annibal re cognita, quum proiectum fratris caput ad sua castra vidisset, *Agnosco, inquit, infelicitatem Carthaginis.* Haec fuit illius viri, non sine praesagio quodam fati  
54 imminentis, prima confessio. || Iam certum erat Annibalem, etiam ipsius confessione, posse vinci; sed tot rerum prosperarum fiducia plenus populus Romanus, magni aestimabat asperrimum hostem in sua Africa debellare. || Duce igitur Scipione, in ipsam Africam tota mole conuersus, imitari coepit Annibalem, & Italiae suae clades in  
56 Africam vindicare. || Quas ille (dii boni!) Asdrubalis copias, quos Syphacis exercitus fudit? quae

quantaq; vtriusq; castra facibus illatis vna nocte deleuit? deniq; iam non à tertio lapide, sed ipsas Carthaginis portas obsidione quatiebat. ¶ Sic factum est, vt inhaerentem atq; incubantem Italiae extorqueret Annibalé. ¶ Non fuit maior sub imperio Romano dies, quam ille, quí duo omnium & antea & postea ducum maximí, ille Italiae, hic Hispaniae victor, collatis cominus signis direxere aciem. ¶ Sed & colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. (m) Steterunt diu mutua admiratione defixi. vbi de pace non conuenit, signa cecinere. ¶ Constat vtriusque confessione, (n) *nec melius instrui aciem, nec acrius potuisse pugnari.* (o) Hoc Scipio de Annibalis, Annibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. ¶ Sed tamen Annibal cessit; præmiumque victoriae Africa fuit, & sequutus Africam statim terrarum orbis.

## NOTÆ IN CAPVT VI.

Bellam secundum Punicum scribunt fere omnes, tam Latini quam Graeci. Lilius tota decade tertia. Plutarchus in vitis Fabii, Scipionis, Marcelli, Hannibalis, Flaminií, Appianus in Libyco. [Probus in Hannibale] Auctor de vir. illust. capp. 42. 43. 45. 48. 49. 50. Polybius. Eutropius in tertio. Orosius in quarto. Augustinus saepe, maxime tamen 3. 19. Ciuit. Silius Italicus per totum. Quæ sparsim scribuntur ab aliis, suis locis adducentur. Camers.

Num. 1. (a) *vix quadriennií requies*] Recte satis putat quatuor fere annos quicuisse Romanum, à tempore scilicet quo Iani porta secundum clausa est, Manlio Torquato, & Atilio Bulbo coss. anno DXVIII. etsi interea cum Sardis & Corsis sit bellatum; alioqui si supputemus à primo usque ad secundum Punicum bellum, erunt anni intermedii viginti tres. Stadius. Sine potius *duodecim*, ut Cato computat Orig. 4. hoc est, viginti duo. Vide Norium in Duodeuicesimo. Nam antiqui hoc sensu vsurpabant, postea duo de viginti dicebantur viginti detractis duobus, hoc est, octodecim. quomodo saepe Lilius, Tacitus,



alii. Hinc corrigendum puto Frontinum de limiribus in princ. & scribendum: *Quare Decumanus non a decem potius quam a duobus vocatur; cum omnis ager eo sine in duas diuidatur partes: sed ut Duopondium & Duodeviginti, quod dicebant antiqui, nunc dicitur Dupondium & Deviginti, sic & Duodecumanus factus est Decumanus.*

Ibid. (b) *alterum bellum*] Quod initum est anno DXXXV. Solin. cap. 2. Idem fere sentit Orosius 4, 14. Camers.

Ibid. (c) *decem & octo annis*] Infra 3, 5, 2. & Orosius 4, 20. dicit XVII. Eutropius in fine tertii ait hoc bellum finem accepisse, post annum XVIII. quam ceperat. Appianus dicit XVI. fere. Camers.

Ibid. (d) *familior victo sit populus qui vicit*] Idem dicit Livius 21, 1, 3. Silius 1, 77. &c.

*propiusque fuerit periculo,  
Quam superare datum.*

Augustin. 3, 19. Ciuitatis. Camers.

2. (e) *Vrebat*] Sic Vinerus edidit, ex mss. haud dubie, sic Iordanes scripsit, & ex Nazar. rescripsit Salmasius. elegantius utique quam illud alterum *pudebat*, quocumque modo exponatur.

Ibid. (f) *ablatum mare*] Hoc ad leges pacis à Romanis primo bello Punico datas, referendum est: quas ita fere Polyb. 1, 62. refert. *Pani Sicilia & oranibus insulis, quae inter Italiam & Africam sunt, excedunt: M. C. talenta in annos XX. pendunt: &c.* Livius in idem lib. 21. Poeni, nauali ad Aegates clade accepta, Sicilia & Sardinia cedere, & se vectigales ac stipendiarios fieri passi sunt. Stadius.

Ibid. (g) *dare tributa, quae iudere consueuerat*] Eo pertinet illud Diuictonis responsum, apud Cæs. de bell. Gall. 1, 14. *Ita Heluetios a maioribus suis institutos esse, uti obsides acciperent, non dare consueuerint.*

Ibid. (h) *Hinc ultionem &c.*] Salmasius à correctoribus ait esse vocem *Hinc*, corruptam ex veterum scriptura, *inultionem*, quae diuidenda fuerat ita, *in ultionem*.

Ibid. (i) *Annibal ad aram patri iurauerat*] Narrat hoc iuramentum Silius 1, 77. &c. Camers. De huius gestis breuem synopsis, & verum iudicium lege apud Iuuenal. sat. 10. ubi tamen versu 150. pro *Rursus*, scribendum aio, *Provsus*.

3. (k) *Igitur in causa belli*] Quid si eliceretur illud *in*? Stadius habet *in causam* sed alterum restat in tribus Pall. quorum primus habet *delectus* est. recte, sed tamen cum statim sequatur:

quam Annibal causas nouorum motuum quærens, &c. neque soleat auctor eandem rem iterare; suspicer locum ita legendum abiectis intermediis: nec mirabatur. Igitur Saguntis delecta est, vetus Hispania ciuitas &c. porro illud *vetus* non est mutandum, sed potius Iornandis velut reformandum in *vetus*. frequentissime enim illa vox alteri<sup>o</sup> vices subit, negligentia librarioꝝ. Gruterus. Illud *velut* etiam propter sequentia, *fideique erga Romanos &c.* locum tueri non potest.

Ibid. (l) *Saguntis*] Vrbs Hispaniæ Tarraconensis, à Zazyntiis condita, distabat à mari Balearico septem stadiis, vt Polybius 3, 17. & Liuius 21, 7, 2. numerant. Stadium. Hodiè putatur oppidum, quod *Moruedre* vocatur.

Ibid. (m) *vetus Hispaniæ ciuitas*] Quippe CC. ante excidium Troiæ annis condita. auctor Plinius 16, 40. alii *vetus* illud in *ulus* mutant, de qua re dictum proxime præcedente nota k.

4. (n) *& suis & ipsorum manibus*] Hæc non intelligebat Iordanes cum rescriberet: *suis & suorum manibus*. tam enim suis quam Annibalis manibus euersi sunt Saguntini, qui se suaque omnia in pyram coniecerunt; nec arbitrium victoris expectarunt. Hoc voluit Florus, nec intellexit Iordanes, Salmæius.

5. (o) *Summa fœderum Romanis religio est*] Sext<sup>o</sup> Cæcilius Ictus apud Agell. 20, 1. *Populus Romanus e parua origine ad tanta amplitudinis instar emieuit: sed omnium maxime atque præcipue fidem soluit, sanctamque habuit, tam priuatim quam publice.*

Ibid. (p) *more legitimo*] Hunc morem lege apud Fenestellam titulo decimo, vbi plures citauimus. Camers.

6. (q) *nouem mensibus*] Octauo mense quam captum oppugnari, captum *Saguntum*, ait Liuius 21, 15, 2. Polybius 3, 17. Stadium.

Ibid. (r) *ferro, versa denique &c.*] Sic v. e. sic tres Pall. absque & igne. quod in vulgatis post vocem *ferro*. Gruterus.

Ibid. (s) *tum desuper se &c.*] Saguntinorum cladem præter citatos scribit Augustinus 3, 20. Ciuit. Val. Max. 6, 6, 1. ext. Signanter Silius libro primo. Camers. Exempla similia complura congestimus infra 2, 18, 5.

7. (t) *dux legationis*] Hl autem legati fuerunt Fabius Pamphilius, & Valerius Publicola. Lege Liuium 21, 18. Eleganter hanc legationem canit Silius in principio secundi. Camers.

Ibid. (u) *bellum pacemque porto &c.*] Ita restituo hunc locum, suadente & persuadente, non tam mea ver. ed. etsi & ea quoque, quam ipso Iornande, & ms. Vineiæ & membranæ Palatinis, pluribus eam confirmavi in Suspicionibus. Gruterus. Eiusdem  
auctora

autem sententiæ est epistola Q. Fabii apud Agell. 10. 27. similes quoque Q. Mucii tessera apud Pompon. in l. 2. §. 37. vers. deinde. de O. I. quem quidam Fabium pro Mucio appellant & eundem ducem huius legationis Romanæ esse putant: sed nihil temere mutandum censet Andreas Alciatus parergon 4. 17.

Ibid. (x) & &c; effudit] Duas istas voces spurias pronuntio.

Ibid. (y) in mediam curiam] Pal. pr. *media curia*, sed & altera scripturæ suam robur est, seruatque eam Pal. ser. ac ter. Grut.

8. (z) *Nam quasi has inferias &c.*] Non leue momentum habere putabantur pereuntium imprecationes, aduersus eos, qui salutem eorum, aut impugnaverant iniuste, aut cum possent deberentque, opem terre neglexerant. Ita & Saguntinis, cum a Pœnis quidem euersi, à Romanis autem destituti essent; hinc Italix vastatione, illinc Africae captiuitate, satisfactum est. Similia exempla Drusi apud Tacit. 6. 24, 5. & 6. Peraitæ Nigri apud Ioseph. de bello Iudaico 5, 1. Sic Eumenes ab exercitu proditus infit. apud Iustinum 14. 4, 12. *Vltima nunc ego persidorum vltima, has vobis diras atque inferias dico; ut inopes extorresque omne suum in hoc castris, si exilio agatis, &c.* Dum in Iustino sumus, absonum forte non est, monere, in hac ipsa oratione legi: *Ipsum denique Alexandrum, si fas fuisset eum mortali manu cadere, interemptum, quod maximum erat, seditionibus agitasti. Nemo opinor, negabit concinnius rescribi: quod proximum erat, sedit. agitasti.* Sic apud Liuium 33, 15, 1. *ad rebellandum neque vires neque ducem habebant: proximum bello quod erat, in latrocinium versi &c.*

9. (a) *tempestat*] Eadem similitudo supra 1, 17, 5.

Ibid. (b) *medias perrexit Alpes*] Transitum Annibalis per Alpes describit Silius lib. tert. Virg. Æn. 10, 13. Iuuen. Sat. 10, 147. Lege Augustin. Seru. Liuium, Plut. in vita Annibalis. Camers. Sic post natum Seruatorem anno MCDLXXVII. Turci per abrupta & inuia Alpium non sine admiratione eorum, qui postea illius itinervis vestigia obseruarunt, in Germaniam irrupere. Sabellicus Ennead. 10. lib. 7. Et per eandem Franciscus I. Gallorum Rex, inuisitatum iter curulibus tormentis aperuit. Iouius in Leone X. quo etiam auper vsus Ludouicus ille Iustus Gallix Rex. Eleganter autem vitur auctor voce *perrexit*; nam aceto maceratas rupes & igni domitas demum ferramentis amolitur est. priore modo (aceto) quidam proditores Eleutheram Cretæ urbem Metello expugnabilem reddiderunt. apud Dionem libro 36. pag. 9.

10. (c) *nisi protectum patrem &c.*] Egregio huic factio versum istum Virg. Æn. 10, 800. composuisse videri possit:

*Dum genitor nati parma protectus abiret.*

Porro fallitur forsâ memoria Plinius 16, 4. qui apud Trebians



hoc accidisse scribit. nam pro nostro auctore est & Liuius 21, 39. 10. & seqq. capp. Polyb. 3, 54. &c. Silius 17, 318. Variat tamen idem Polyb. 10, 3. vbi ad Padum ait hæc esse gesta.

13. (d) *Trasimenus lacus*] Lege præter citatos supra Cicer. de diuin. 1, 35. Val. Max. 1, 6, 6. Aduertendum quidem, Flamini-um ab Annibale superatum IX. Cal. Iul. Ouid. Fast. 6, 761. Camers.

14. (e) *Nec de diis possumus queri*] Sic infra 3, 11, 1. *Nec de fortuna possumus queri; caret solatio clades.*

Ibid. (f) *examina*] Adde infra 4, 2, 71.

Ibid. (g) *aquila prodire nolentes*] Mali res ominis, quasi diis expeditionem aspernantibus. Vide Suet. Claud. 13, 5.

ibid. (h) *ingens terra tremar*] Quippe qui multarum urbium Italia magnas partes prostravit, auertitque cursu rapido amnes, mare fluminibus inuexit, montes lapsu ingenti proru. Liu. 22, 5, 10. Eum tamen neminem pugnantium sensisse, testatur idem citato loco. & Plinius 2, 84.

15. (i) *Quartum &c.*] Cannensem cladem scribunt late Liuius 22, 45. &c. Polyb. 5, 114. &c. Val. Max. 1, 1, 16. 3, 4, 4. 4, 5, 2. 7, 4, 2. ext. 7, 6, 1. Plin. 15, 18. Laëtant. 2, 17. Plura Augustin. vbi supra. Silius in toto nono. Frontin. 2, 2, 7. Camers.

Ibid. (k) *ignobilis vicus &c.*] Sic infra 3, 19, 8. de Euno, magnitudo cladum facit vt meminertimus.

Ibid. (l) *Quadragesima millium clade*] De numero Rom. interfectorum non omnes idem sentiunt. Lege Plutarch. in Annibale. Camers. Sexaginta milia sunt apud Iornandem. sed de incertis istis numeris monuimus in Eutropium. Vinctus.

Ibid. (m) *denique*] Vox ista non legitur in optimis libris calamo exaratis, neque in vet. ed. nec Iordanes illud agnoscit. Scimus tamen esse Floro frequentem huius vocis usum, vt pluribus alias docuimus. Salmas.

16. (n) *obseruato loci ingenio*] Bonum ducem conuenit nosse, magnam partem victorie, ipsam locum, in quo dimicandum est, possidere. Vegetius 3, 13. Idque multis exemplis comprobatur Frontinus toto cap. sec. lib. sec. Inde est quod Darius ait: *Quod meorum fuit partium, &c. locum in quo acies explicari possent, elegi.* apud Curt. 4, 14, 12. & apud Tacit. H. 5, 17, 3. Ciuilis: *Quæ prouideri astu ducum oportuerit. prouidisse, campos madentes, & ipsæ gnatos, paludes hostibus noxias.*

Ibid. (o) *quod & sol ibi acerrimus &c.*] Imitatus hoc postea Marius, insignem ex Cirpbris victoriam retulit. infra 3, 2, 27.

& apud Plin. in vita, cap. 43. Hinc est Vegetii 3, 14. præceptum. *Ordinatus aciem tria debet ante prospicere, Solem, pulverem, ventum.* Venti admiculo etiã Baſtrianos vicit Artoxerxes, in excerpt. Pers. Ctesia cap. 3. & Saraceni Banem & Basiliſcum Constanti- nopolitanos duces, in Saraceni quæ Sylburgius edidit, pag. 72.

Ibid. (p) *quasi secundum caelum* ] Ita v. e. nam Vineti, quasi se- cundum caelum; etsi non neget alterum fuisse in Mss. suis. nec aliter quoque Iordanes, nisi quod ille omisit particulam, quasi: quæ tamen requiritur maxime, comparetque item in Pall. tribus. dixit autem *secundum caelum*, vt infra 3, 20, 1. de seruis: *quasi se- cundum genus humanum.* Gruterus.

17. (q) *parce ferro.* ] Idem recitat Augustinus vbi supra. Camers.

18. (r) *pons de cadaueribus factus* ] [Vide Val. Max. 9, 2, 2. Hinc idem apud Lucian. in dial. mort. dial. 12. inquit, *se vno die tot Roman. occidisse, vt ex cadaueribus eorum pontes fluminis fecerit.*] Corneli- us etiam Lentulus, apud Appianũ Carthaginensibus obiicit, quod captiuos Rom. in fossas flumiosque coniecissent, vt usum pontium præberent. Stadius. Sic in Mundæ vrbis obſidio, con- gestis vndique cadaueribus agger effectus est, qua pilis iaculisque con- fixa inter se tenebantur, factum etiam inter barbaros. infra 4, 2, 84.

Ibid. (s) *in torrente Vergelli* ] Iordanes in torrente Vergello, & ita placuerat docto viro Pighio reponi. sed nihil necesse est mu- tare. *Torrentis Vergelli*, idem, quod *Torrentis Vergellus*. Apollonio in Argonautis πόλις δεχομένηοιο, pro πόλις δεχομένηοιο. ita herba la- pathi. Horatius Sat. 2, 4, 29. ita ad montem Soractũ, & in vrbe Cara- lu Solino. Salmaſius. Adde eundem in Solinum pag. 373. b. 1.

Ibid. (t) *modii duo anulorum* ] Val. Max. 7, 2, 13. extern. Au- gust. 3, 19. Ciuit. Plin. 33, 1. [ & Oros. 4, 16. ] asserunt fuisse, modios tres. Liuius 23, 12, 1. recenset varias scriptorum senten- tias. Camers. Ideoque apud Lucianum in dial. mort. dial. 12, idem laecat, *se vno die tot Rom. interfecisse, vt eorum anulos modis mœtutus sit.*

Ibid. (u) *dignitas equestris* ] Figurate, pro anulis quibus equi- tes utebantur. vide supra 1, 53. 6. i.

19. (x) *deinde* ] An denique?

Ibid. (y) *eras* ] Eris legit Salmaſius ex Iordane & vet. Flori.

Ibid. (z) *Adherbalem* ] Ita Mss. meliores. & v. e. alii editi, *Meherbalem*, sequuti iudicium Camertis, quod nescio an pro- bari debeat. nam etsi ita vocet Liuius; at non ideo sequitur au- ctorem nostrum eisdem sequutum scriptores. certe Meherbal ille, dicitur filius Himilconis, non Bomilcaris, vt heic. Grute- rus. Plutarchus in Fabio Maximo *Barcam* appellat, qui illa di- xerit. Cato in Orig. rem ita refert, *Iertus Dictatorem Carthaginien- sium magister equitum mouit. Alite mecum Romanum equitatum.*

*die quinti in Capitolio tibi cœna cocta erit. eadem fere Cælius apud Agell. 10. 24. Stadius.*

Ibid. (a) *uti victoria*] Simile dictum Cæsar's de Pompeio apud Sueton. in vita 36, 3.

21. (b) *ubi mox & ipse, & exercitus ardor elanguit*] Vide Strabonem lib. 5. pag. 173. & quæ notamus supra 1, 16, 4. c.

23. (c) *in sacramentum militia liberata seruitia*] Exemplum infra num. 30. Nam meliori rerum statu ne libertinos quidem militare sinebant; sed ubi necessitas ingruit, speciosa cedunt utilibus. Ita post Thrasimeni quidem cladem libertinos sacramento adegerunt, ut Macrobius 1. 11. Saturn. auctor est; post Cannensem autem cladem etiam seruis uti coacti sunt, nisi perire maluissent. Fecerant hoc idem antea Lacedæmonii, & post ipsos Agathocles apud Iustin. 3, 5, 6. & 22, 4, 5.

24. (d) *opes suas libens senatus in medium protulit*] Optimo exemplo, eoque tam priuatim quam publice utilissimo. Quod imitati sæpius, Romanorum qua licet æmuli. Veneti, apud Egnatium 4, 8. 2, 10. Bembum histor. Venet. lib. 7. & 10. Iustinian. hist. Ven. lib. 5.

Ibid. (e) *in bullis, singulisque anulis*] Emendatio est à tribus Pall. ut & à veterissima edit. sequentes enim falso, quod in bullis, singulis, atque anulis erat. unde coniecerat Lipsius d. cap. XIX. singulis atque anulis; ut fuerit loco corrumpendo copula transpositio. sed nostra lectio, ut est simplicior, ita & melior; quasi nihil sibi reliquerint Patres præter anulum signatorium. Gruterus, Salmasius mallet; nec præter quod in bullis, singulis, atque anulis erat, pro; nec præter quod singulis, in bullis atque anulis erat. Lipsius tamen de Mil. Rom. in analect. ad Dial. tertium eo quo scriptum modo, locum hunc citat.

25. (f) *equos secutus exemplum, imitat æquus equitem tribus*] Hoc quippe proficit dominantium exemplum, ut subiecti non gravitate subsequantur. Ita cum ad stipendium militare conferenda esset pecunia, quum senatus summa fide ex censu contulisset, certamen conferendi est ortum, apud Liviū 4, 60, 9. Contra ubi superiores publicas necessitates subditorum tantum opibus propellunt, suas inde eximunt, aut quod iniquius est, fieri tamen alibi solet, augent: quo putemus animo tolerari aut conferri sumptus istos?

Ibid. (g) *tabula, vix scribarum manus*] Referebatur enim in tabulas quantum quisque contulisset, ut meliori Reip. status redderetur. quod etiam finito hoc bello tribus æquis portionibus factum est. Stadius, ex Liviō 22,



26. (h) *in deligendis magistratibus*] Tribus prærogatiua, Veturia Iuniorum Cof. T. Manlium Torquatum anno DXLIII. declarabat; qui vitio oculorum sese excusauit, & vt meminissent bellum Punicum in Italia, hostiumque ducem Annibalem esse. Tanti viri auctoritate mota Iuniorum centuria, petiit Veturiam seniorum à Cof. citari; quos postquam in Ouili, (erat is locus septus in comitiis, in quem transibant per pontem, qui suffragii sui tabellam in cistas demississent) consuluerunt: M. Claudium Marcellum & M. Valerium Launum vt bello clarissimos; neque petentes tamen Cofs. renunciarunt; auctoritatemque prærogatiuæ omnes centuriæ secutæ sunt. Ante etiam anno DXXXIX. prærogatiua Iuniorum Cofs. rei gerendæ imperitos designauerat, sed reuocata Fabii Max. auctoritate, mutauit sententiam; creauitque Cofs. M. Marcellum III. Q. Fab. Max. IV. Stadius. ex Liuius 24, 10, & 26, 22.

26. (i) *quippe &c.*] Breuiter, opus erat, vt & Romani suum Annibalem haberent, quod postea in Fabio Max. assecuti sunt, ipso Annibale confitente, vt Liuius scribit. 27, 18, 9.

27. (k) *Prima spes Fab.*] Claudian. de bell. Get. vers. 138.  
*Primus fulmineum lento luctamine Pænum*  
*Compressit Fabius.* —

Ibid. (l) *nolle pugnare*] Eadem illi ratio quæ Pompeio infra 4, 2, 61. simul vt hostem interclusum undique inopia commeatuum terret, utque ardentissimi ducis consensesceret impetus. Adde infra 3, 30, 7. Istud nolle pugn. est ex vet. nostra editione: alia seruant; non pugnare.

46. (m) *cognomen nouum*] Fabio huic quatuor fuere cognomina; Maximus, Onicula, Verrucosus, Cunctator. Auctor de vir. illustr. cap. 43. Plut. in vita cap. 1. Camers.

Ibid. (n) *imperii scutum*] Sicut contra Marcellus ensis, quod ex Posidonio recenset Plut. in vita Fabii cap. 36. Alia de causa (ob crudelitatem nempe) gladium appellatum fuisse Ochum, idem auctor scribit de Iside cap. 1, 3.

29. (o) *perpulit in Campania sua*] Libuit arripere scripturam Fal. pr. Iordanis. codd. scripti; *perpulit in Camp. sua*. Gruterus. Salmastius, nihil mutandum censet, in vulgatis, vbi est, *in Camp. sua*.

Ibid. (p) *ab obsidione Nolæ urbis*] Nam Annibal, sicut apud Liuius 30, 20, 7. ipse queritur, cum cruentum ab Cannensi victoria militem Romam ducere debuisset; circa Casilnum, Cumas, Nolamque consenuit; & interea Romanis ex tanta clade respirandi tempus concessit; suorum autem ardorem popinis & comestationibus & Campana luxuria deteripallus est; Itaque cum Nolam obsideret.

deret, pulsus est à Marcello, & quamuis obstinate propositum  
vrgeret, infecta re discessit. Vide Liu. 23, 14. & deinceps.

30. (q) manu seruiti] Livius 22, 57, 11. *Aliam formam noui dilectus inopia liberorum caputum, ac necessitas dedit; octo millia iuuenum validorum exseruitus, prius seiscitantes singulos uellentne militare, empti publice, armauerunt. Quos tamen dominus ultro donantibus collectos, Appianus in Annibalico scribit.*

Ibid. (r) *Nam hucusque tot mala compulerant: sed libertate donati, fecerant de seruitute Romanos*] Duodecim istas voces, adulterium quid & barbarum sapere, diximus in Suspicionibus; neque nunc aliter sapit palatum. sane horum omnium, nec uolam nec uestigium extare in Fal. sec. iam testor. Gruterus. Si tamen retinere libeat, ita commodius sonent; *sed libertate donata fecerant de seruitute Romanos. Quomodo Iustinus 7, 2, 11. Captiuum de Rege facturi. & noster mox: mediamque de Italia Africam facerent.*

31. (f) *O horribilem &c.*] De Agathocle Iustinus 22, 4, 2. *Mira prorsus audacia, ut quibus in solo urbis suae par non erat, eorum ubi bellum inferret; & qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena; uictusque uictoribus insultaret.* Consule etiam notam Berneggeri ad Iustinum. Similis locus est Eutropii 3, 12.

Ibid. (t) *ausus est tamen in diuersa respicere*] Claudianus de laud. Stilicon. 3, 145.

— *post Cannas maior (Pop. Rom.) Trebiamque fremebat.  
Et cum iam premerent flammæ, murumque feriret  
Hostis, in extremos aciem mittebat liberos.*

Adde Frontinum. 3, 18.

32. (u) *hostes*] Cum statim sequatur; *eodem tempore, & hunc sustinuit, maluerim cum Iornandis: cumque hostis &c.* Gruterus.

Ibid. (x) *mediamque de Italia &c.*] Ita Nazar. nam alii; *mediamque iam de Ital. &c.* eodem quidem sensu, sed asperiore uocum positu.

Ibid. (y) *diuisa per terrarum orbem*] Ita v. c. & confirmaui eam loquutionem in Suspicionum libellis. vulgatur passim *diuersa*, quod nec malum tamen. immo malum; cum alteri scripturae adhæreant Pall. o. & Iornandes. Gruterus.

33. (z) *Sicilia mandata Marcello*] Scribuntur hæc à Liuio 25, 23. &c. Sil. lib. 14. in princ. Camers.

Ibid. (a) *Syracusa*] De nobilissima hac urbe scitu dignissima collegit à monumentis veterum doctissimus Cluuerius *Siciliæ antiquæ* 1, 12. Vide etiam Cicex. in Veri. 4, 53.

Ibid. (b)

Ibid. (b) *Archimedi ingenio*] De quo Claudianus in epigram. ibique Camers. Item Liuius 24, 34, 1. Plut. in vita Marcelli cap. 20. &c. Silius 14, 343.

34. (c) *nisi quod hactenus*] Ita tres Pall. & e. v. Gruterus.

35. (d) *Sardiniam*] De hac insula quoad eius fieri potuit, accuratissime scribit modo laudatus Cluuius in Sardinia sua antiqua. quo lectorem remissum volumus.

Ibid. (e) *Gracchus*] Tib. Sempronio Graccho quicquam hoc Punico bello in Sardinia imperii fuisse, haud facile inuenias, cum neque prætura functus sit, & prætore hoc fere tempore solum in eam prouinciam (erat enim in prouinciæ formam ante hoc bellum annis quatuordecim redacta, per M' Mathonem Cof.) mittentur. nam hunc Gracchum in ædilitate magistrum equitum à M. Iunio Pera dictatore dictum fuisse, Liuius 22, 57, 9. testatur; inde mox Cof. designatum anno DXXXVIII. iterumque post biennium cum Annibale in Italia, idque in Lucania, mandatum fuisse, quousque procos. ipse anno DXXI. hospitis Lucani sui fraude, insidiis circumuentus à Magone Pœno interfectus est. Sed Consularis facta est, propter belli magnitudinem, Sardinia anno DLXXXVI. hoc est annis XLI. post huius belli initium, eamque tunc sortitus est Sempronius Gracchus Cof. huius de quo diximus, nepos: deque iis procos. Gracchum triumphasse testantur triumpho Capitolini, tantumque captiuorum Romam deportasse, ut in prouerbium, abierit, *Sardi venales*. Quod si rem tanto interuallo gestam cum hoc Punico bello confundit, intolerabilis est *avis agnoscit*. Verum isto, quo cum Annibale bellatum est tempore, rem bene gestam aduersus Pœnos & Sardos in Sardinia à T. Manlio prætore, qui Q. Mncio Sexuolæ valerudinario successor datus est, Liuius 23, 40. testatur. ut qui captos à Manlio Asdrubalem, Magonem, Annonem Pœnorum: Harficoram & Hiostum Sarderum duces cæcos esse scripserit. *Insanorum* etiam *montium* Liuius 30, 39, 3. meminit: Ptolem. *περὶ Ἰσθμίου ὄρη* lib. secundo geograph. vocat. Stadius.

Ibid. (f) *viliisque morti*] Sic quidem Pall. tres, non, ut editur, *mortis*. Gruterus.

36. (g) *Cn. & P. Scipiones*] Historiam hanc scribunt Liuius libris 23, 24, 25. Appianus Libyco. Plut. in vita Scipionis. Valer. Max. 1, 6, 2. 3, 7, 1. Silius 13, 381. & 15, 3. Seruius Æneide 6, 843. Ruttapius. Orof. 4, 17. Camers. Adde infr. 2, 17, 6.

Ibid. (h) *in turrim*] Dubitat ramen Liuius 25, 36, 11.

37. (i) *Scipio*] Quæ hic scribuntur de Scipione superiori, habentur



hentur late à Liuiio lib. 26. & seqq. Plut. in vita Scipionis. Val. Max. 3, 7. 4, 3. 9, 8. & sæpe alibi. Plura Gell. 4, 18. 6, 8. 12, 8. (Nam reliqua quæ ex hoc auctore citat Camers, ad Æmilianum attinent) Plin. 7, 9. 7, 30. 16, 4. August. 3, 21. Giuit. Silius lib. 13. vsque ad finem operis. Virgil. Æn. 6, 842. Claudianus. Camers.

38. (k) *bellatricem*] De bellica veterum Hispanorum gloria, pleni scriptorum libri, quos hic coaceruare fastidio sit. Occur- ent aliqua infr. cap. 17. & 18. huius libri.

Ibid. (l) *seminarium*] Ita recte per appositionem, q. l. *semina- riam*, quod vix probo.

Ibid. (m) *totam à Pyren. montibus &c.*] Nam hi sunt vtringue eius termini. Iustinus 44, 1, 3. *Hispania inter Africam & Galliam posita Oceani fretis, & Pyrenæis montibus clauditur.*

39. (n) *felicis*] Sequenda erat iurba Mss. Pall. confirmare àn super editionibus antiquitatis. Ceterum paullo post, retinui, quam facile. suadente maiestate codicis Naz. neque enim *felici- tas* heic aliud quam *facilitas*. itaque, vt supra dixerat, *citius*, ac postea tamen iterat *velociter*; ita & *felicitem* mox mutat *facili- tate*. Interim non ideo concesserim, quod cito fit, etiam facile fieri: immo fere est, vt arbitrer potius, heic conuenire, *an faci- lius*. Gruterus. Similis omnino locus infra 3, 6, 15. *Quid prius in hac mirere victoria? velocitatem, quod quadragesimo die parata est? an felicitatem, quod ne una quidem nauis amissa est?*

Ibid. (o) *eodem quippe die*] Vide Liuium 26, 42. &c. Eutrop. 3, 15. Oros. 4, 18. Polyb. 10, 9. Sil. 15, 220. Auctor. de vir. illustr. cap. 49. Plut. Scipione (si modo is auctor) Plin. 26, 4. Appian. Hispan. & nostrum infra 2, 17, 7.

40. (p) *Captiuos pueros puellasque &c.*] Historiam hanc habet Liuius 27, 49. & 50. Eutrop. 3, 5. Plut. in vita. Auctor de vir. il- lustr. cap. 49. Notanter Silius 15, 268. Val. Max. 4, 3, 1. Camers. Quantæ autem ad conciliandos hostium animos efficacitæ sit ista continentia & humanitas, patet exemplo Alexandri & Darii apud Curt. 4, 10, 34. & Plut. Orat. de virtute Alex. cap. 14. Itemque Val. Max. 5, 1. toto capite.

Ibid. (q) *saltem oculis*] Alii: *saltem vel oculis*, sed istud *vel non* habet Iornandes: quod & glossarion esse suspicor. *Saltem* nam- que huius *vel* significationem habet tam hoc loco, quam infra 5, 8, 3. vbi *vel* nulla subiiciunt exemplaria. Vinetus. Sed exemplar eius Ms. vt & editi ante, *saltem vel oculis*, quod etiam totidem literis in Pall. tribus. Gruterus.

41. (r) *contra Romanos Italici quoque viribus utebatur*) Nimirum hoc

hoc etiam inter cetera habet commodi bellum in hostili solo. Quippe ( verbis Agathoclis apud Iustin. 23, 5, 4. ) verum est, aliter domi, aliter foris bella tractari: domi ea sola auxilia esse, quae patriae vires subministrant; foris hostem etiam sui viribus vinci, deficientibus sociis, & odio diuturni imperii externa auxilia circumspicientibus. &c: Suadet hoc idem Antiocho expertus Annibal, apud Lium 34, 59.

42. (f) Tarentus ] Sic Pal. sec. ac tert. Nam in veteribus Nazarii membranis scribitur, idem Tarentinus. Facilis emendatio, praedens Tarentinus. Sic fere semper loquitur Florus. Tarentinus pro Tarentini, Romanus pro Romani, Germanus pro Germani, & talia passim obuia sunt multa hunc auctorem peruoluentibus. Salmastius.

Ibid. (t) ad nos redierat ] Qua arte Tarentum à Fabio recuperatum, docet Linius 27, 17. August. 1, 6. Ciuit. Eleganter Silius 15, 320. Camers. De hac re extat pulcher iocus Fabii apud Plut. apophth. cap. 5. Cum M. Lilius qui Tarentinam arcem praesidiatur abatur, sua opera cum Tarento positum diceret: alii redentibus vera, inquit Fabius, diis, nisi enim tu urbem amisisses, nunquam ego recepissem.

42. (u) patria altera Annibali ] Silius 11, 425.

Alteram iam patria, atque a quo sub honore vocatur,  
Alteram Carthago Capua.

43. (x) populum dignum orbis imperio ] Ob virtutem & constantiam. Pertinet huc, quod supra 1, 15, 3. dixit: Ea certe fuit via calamitatis, ut in experimentum illatam putem diuinitus, scire volentibus immortalibus diis, an Romana virtus imperium orbis mereretur.

Ibid. (y) dignum omnium fauore &c: ] Ita dudum editio accuratissima Vineti, quomodo postea legendum monuit, ex veteri suo codice Lipsius d. cap. 19. nec aliter sane aut Pall. aut vet. editiones: alia; & administratione: ridicule. Ceterum sciat lector, illa quae praecedunt, dignum orbis imperio, omissa in vet. ed. cui ansam dedit repetitio vocis dignum. Gruterus.

Ibid. (z) ultimos metus ] Naz. à manu correctrice habet; ultimi metus, metaphora non inepta. sed vulgatum propugnant cetera membrana, item Iornandei codices. Mls. Gruterus.

44. (a) nec fateri pudebit ] Adicit hoc ideo, quod probrosum videretur viris fortibus, deorum potius fauore, quam sua virtute victoriam consequi. Quo respicit Ajax Sophocleus, v. 775. qui patri monenti:

Βῆλε κρατεῖν μὲν, σὺν θεῶν δ' αἰεὶ κρατεῖν.

Satis ferociter respondet:

Πᾶσι, θεοῖς μὲν καὶ νόμῳ δὲ ὄν ὄν,

K

Κράτος

Κεῖνται & καλαὶ ἡσυχασίαι ἐν τῷ δὲ ἡγεῖσθαι  
 Κείνων πέποιδα τὸτ' ἐπιπλάσσειν κλέει.

Sic ille contemptor superum Mezentius apud Poetam 10, 773.

Dextra mihi deus, & telum quod missile libro,

Nunc adsint. — quem locum imitatur, ut solet Sta-

tius in Capaneo, Theb. 9, 547. — Ades δὲ mihi dextera tantum.

Tu praesens bellis, & inevitabile numen:

Te voco, te solam, superum contemptor adoro. Eadem  
 mens erat Augusto, cum clalibus tempestate perditis, exclama-  
 iet; Etiam invito Neptuns victoriam se adepturum. Suet. in vit. 16, 5.

45. (b) neque calo &c. ] Reduxi lectionem Pall. utcumque fir-  
 matam ab editione primaria. Gruterus. Respexit huc Claudia-  
 nus de bello Getico, versu 508. cum caneret:

Hanc urbem insano nullus qui Marte perivit.

Latatus violasse redit: nec numina sedem

Destituunt. iactata procul dicuntur in hostem

Fulmina, diuinique volant pro manibus ignes.

Seu calum, seu Roma tonat.

46. (c) adoratam ] Cum fateretur Vinetus ita lectionem concipi  
 in omnib. mss. eam quoque ausus sum reuocare; rationibus  
 iis motus, quas posui in Suspicionum libellis. Vulgo erat ador-  
 tam; quod & in Pal. tert. nam reliqui, ut & membranz torn-  
 stabiliunt scripturam primam. Gruterus.

47. (d) ager quem Annibal castris infederat ] Refert hoc praeter  
 ceteros Frontinus 3, 18, 2. & Plut. in vita Annibalis. Camers.  
 Item Val. Max. 3, 7, 10. & Zonaras.

48. (e) etiam praesagia fati fuisse ] Interpretor, fata quae manifi-  
 sta erant utrumque (pop. Romanum & Annibalem) his velut  
 omnibus esse significata.

49. (f) Asdrubal frater Annibalis ] Auctores historiae sunt Li-  
 nius 27, 38. &c. Valer. Maximi. 3, 7, 4. 7, 4, 4. Frontinus 2, 3, 8.  
 Eleganter Silius 15, 494. Idem scibunt citati superius. Camers.

51. (g) in ultimo Italiae angulo ] Ita omnino tres Pall. & ver. edd.  
 male Vinetus, qui substituit; in ultimos Italiae angulos. Gruterus.  
 Infra 3, 20, 13. est Bruttius angulus.

Ibid. (h) id est, in ipsas ] Ita recte Stadius, & probant Pall. tres.  
 q. l. & in ipsas. perperam. Gruterus.

52. (i) castra contulerint ] Vide praeter modo citatos egregie  
 restitutum a Stevvechio Frontinum 1, 2, exemplo ultimo.

Ibid. (k) inopinanterque ] Ita optima membrana: nam editis;  
 inopinantemque. quod, si verum licet dicere, vix Latinum cen-  
 seo. Iordanis veteres libri inopinatumque. etsi non improbem,  
 malim



malim tamen inopinataque, vel inopinatum. glossa inopinante? ou-  
mōōd'oxh'ov. Salmasius, cuius sententiam firmat Gruterus au-  
thoritate Palatinorum.

56. (l) non à tertio lapide ] Comparat Annibalis factum, idque  
longe postponit huic Corneliano. Ille enim Romam non propi-  
us quam à tertio lapide vidit (quamuis Plinius 34, 61 f. intra mu-  
ros vrbis hastam emississe dicat) hic autem ipsi Carthaginis portis  
inhærebat, vt de Regulo dixit auctor 2, 2, 21. qui locus me mouet  
vt præ illo quod sequitur: portas obsidione quætiebat, mihi place-  
at, portas obsidio quætiebat. quamuis nihil interfit quoad sensum.

59. (m) Steterunt diu &c. ] Quæ hic scribuntur, lege apud Li-  
uium 30, 30. Plut. Scipione. Silium libro 17. Camers.

60. (n) nec melius instrui aciem &c. ] Pugnam hanc & aciem vl-  
tro citroque instructionem, præter Liuium, Plutarch. Silium,  
lege apud Frontin. 2, 3, 16. Latius Appian. in libro qui Libycus  
inscribitur. Camers.

Ibid. (o) Hoc Scipio de Annibalis &c. ] Si licet à viro magno  
dissentire, dicam equidem nec ista, nec vltima huius capituli  
verba, supposititia videri. Nam (hæc postrema præsertim) opti-  
me coherent seqq. Post Carthaginem vinci neminem puduit.

## Bellum Macedonicum I.

### CAPVT VII.

1 **P**ost Carthaginem vinci neminem puduit.  
2 Sequuta sunt statim Africam gentes, Macedo-  
3 nia, Græcia, Syria, ceteraque omnia, Quo-  
4 DAM quasi æstu, & torrente fortunæ. || Sed pri-  
mi omnium Macedones, affectator (a) quondam  
imperii populus. (b) itaque quamuis tunc Philip-  
pus regno præsideret, Romani tamen dimicare  
3 sibi cum rege Alexandro videbantur. || Macedo-  
4 nicum bellum nomine amplius, quam (c) specta-  
tione gentis fuit. || Causa cœpit à fœdere Philip-  
pi, quo rex iam pridem dominantem in Italia An-  
nibalem sibi sociauerat: postea creuit, imploran-

tib<sup>9</sup> Athenis auxilium cōtra regis iniurias, quum  
 ille (d) V L T R A ius victoriæ in templa, aras, & se-  
 pulcra ipsa sæuaret. || Placuit senatui opem tantis  
 ferre supplicibus. (e) Quippe iam gentium re-  
 ges, duces, populi, nationes, præsidia sibi ab hac  
 vrbe petebant. || Primo igitur (f) Læuino consu-  
 le populus Romanus Ionium mare ingressus, tota  
 Græciæ littora veluti triumphanti classe peragra-  
 uit. || Spolia quippe Siciliæ, Sardinia, Hispania, 7  
 (g) Africa præfererat: & manifestam victoriam,  
 nata (h) in prætoris puppe laurus pollicebatur.  
 || Aderat sponte in auxilium Attalus rex Pergame- 8  
 norū, aderant (i) Rhodii, nauticus populus: (k) qui  
 nauibus à mari, consul à terris, omnia equis viris-  
 que, quatiēbat. || Bis victus rex, bis fugatus, bis 9  
 exutus castris: quum tamen nihil terribilius Ma-  
 cedonibus fuit ipso V V L N E R V M aspectu: quæ  
 non spiculis, non sagittis, nec vlllo Græculo ferro,  
 sed (l) ingentibus pilis, nec minoribus adacta gla-  
 diis, (m) vltra mortem patebant. || Enimvero Fla- 11  
 minio duce iniuos antea Chaonum montes, (n)  
 Aoumque amnem per abrupta vadentem, (o)  
 id est, ipsa Macedonia claustra penetrauimus. || (q) 11  
 Introisse, victoria fuit. nam nunquam postea au-  
 sus congregi rex, ad tumulos, quos Cynoceph-  
 las vocant, (q) vno, ac ne hoc quidem iusto præ-  
 lio opprimitur. || Et illi quidem consul pacem de- 12  
 dit, regnumque concessit: mox, ne quid esset ho-  
 stile, Thebas, & Eubœam, & grassantem sub Na-  
 bide suo (r) Lacedæmona compescuit. || (s) Græ- 13  
 ciæ vero veterem statum reddidit, vt legibus viue-  
 ret suis, & auita libertate frueretur. || (t) Quæ 14  
 gaudia

gaudia, quæ vociferationes fuerunt, quum hoc forte (u) Nemeæ in theatro, quinquennialibus ludis à præcone caneretur? quo certauere plausu? 15 (x) quid florum in consulem profuderunt? ¶ Et iterum iterumque præconem repetere illam vocem iubebant, qualibertas Achaia pronuntiabatur: nec aliter illa consulari sententia, quam modulatissimo aliquo tiliarum, aut fidium cantu, fruebantur.

NOTÆ IN CAPVT VII.

Ea quæ hoc capite continentur, scribunt Linius libris 31. 32. 33. 34. Val. Max. 4, 8, 5. & 5, 2, 6. Iustin. lib. 29. & 30. Eutrop. 4, 1. Oros. 4, 20. Plut. Flaminio cap. 3. &c. Silius 15, 286. Gellum autem est bellum hoc, anno D L I. ab vrbe condita, secundum Eutropium. Orosius dicit anno D L V. Camers.

Nim. 2. (a) *quondam* ] Reſineo, nec otioſum arbitror: immo maxime *reges* hoc loco, reſpicit ad tempora Philippi & Alexandri Macedonis, poſt quos reges nulla imperia inueniuntur affectaſſe, vt qui multum à viribus & virtute maiorum excidiſſent. Salmaſius. & firmant Pall. o. verus tamen ed. Gruteri vocem iſtam omittit. in cuius fauorem allegari poſſit, quod infra 2, 12, 2. hos ipſos Macedonas *fortiſimum populum* vocat. Iuſtino quinetiam teſte 29, 3, 8. *Philippus hic ſtudio Alexandri emulationis incenſus erat, prompſusque in bella & induſtrius.* Pro priori tamen opinione faciunt ſequentia.

Ibid. (b) *Itaque quamuis &c.* ] Explicationem huius loci pete ex Grutero diſcurſum in Tacitum ſeptimo, ſ. 4.

3. (c) *ſpectatione* ] Ita ſcripſi volentibus trib. Pall. atque editis verute. nam ſeqq. *exſpectatione*. alterum ipſum Latinum eſſe, oſtendi alibi à Senecæ animaduerſiones. Gruterus. Ita apud Plinium 37, 9. *de pæderote gemma; eſt & ſuum genus exſpectatione ſua dignum. vbi in 33. ſpectatione.*

4. (d) *ultra ius victoria, in templo &c.* ] Conſule ſcriptores iuris bellici, Grotium 3, 12, 6. & 7. & Gentilem 2, 24.

5. (e) *quippe iam gentium reges, &c.* ] Clare teſtantur hoc Rhodii apud Liliam 37, 54, 11. *omne genus humana veſtrum nomen*



(an numen?) imperiumque, iuxta ac Deos immortales iam pridem  
intuetur.

6. (f) *Lauino consule*] Legendum videtur *Lau.* *pratore*, ex Livio 31, 3, 2. [ & 24, 40. ] Iustino 29, 4, 4. Item ex Floro hoc ipso cap. manifestam inquit, *victoriam nata in pratoria puppe laurus pollicebatur*. Huius historix meminit Claudian. bello Getico v. 386. Camers. Claudianus tamen eo loco consulem vocat *Læuinum*.

7. (g) *Africa*] Annibal tamen adhuc in Italia erat, Africa nondum ipoliata, & debellata, quum *Lævinus* illa gerebat. Vinetus,

Ibid. (h) *in pratoria puppe laurus*] T. Liuius paulo aliter refert 32, 1, 7. Pratoriam puppem non intellige cum Camerte præced. nota f. qua prætor vehitur, sed eam quam hodie vocant *Admiralem*, hoc est qua dux vehitur, quisquis ille sit, & quemcunque magistratum gerat. vt *pratorium* dicitur tabernaculum ducis, quod de regum etiam tabernaculis dicunt Curt. 5, 2, 7. & Iustin. 2, 11, 15. Sic postea sub imperatoribus *pratoriani milites* & *præfecti pratorio* dicti. sed hoc satis liquet. De sinceritate scripturæ paullulum ad dubito, magisque propendeo, vt pronunciem scribendum, *pratoria* (scilicet *navis*) *puppe*. vt non modo *navis*, sed & locus eius annotetur, & vero in puppi *navis* enatam *laurum* etiam Liuius prodit. *Laurum* autem *Victoriae gloriaeque omen fuisse*, quis ignorat? quale etiam *Cæsari* obtigit. *Fraxibus in templo victoriae sub Cæsari statua palma enata*, vt refertur Dio lib. 41. pag. 205. & Obsequens cap. 24. & quidem, vt hic addit, (penes ipsum fides sit) *magnitudine maturæ*. Sic enim ibi legendum puto, non *maturæ*, vt editur. Adde Sæcton. Aug. 92, 3.

8. (i) *Rhodiis nauticus populus*] Scribit Eusebius lib. temporum, *Rhodiis saepe maris imperium obtinuisse*. Faciunt ad hoc quæ scribit Gellius 7, 3. Camers.

Ibid. (k) *qui nauibus à mari*] Puto licere subuenire bonis auctoribus etiam sine libris; quapropter hanc lectionem ausus sum restituere: *naues enim viris equisque opponit, vt consulem Rhodiis, terram mari, similis antithesis supra 2, 2, 4. Nec rarum est duas voces in vnam coalescere, extritis mediis literis*,

9. (l) *ingentibus pilis*] Vide omnino Lipsium de Mil. Romana libro 3. dialogo 4.

Ibid. (m) *ultra mortem*] Ita malui, quam vt edidit Vinetus, *torrandis libros sequutus, morem*; tam quod illud *mortem* & defendant alia edd. (quæ tamen perperam *poterat*) & *Pall.* *membant* omnes, & inprimis ratio. de ea loquutionis elegantia, nos alibi in Opinionibus nostris. Gruterus. Lege qua nota, vit iste doctorum, etiam doctissimorum confessione, princeps  
Calaubonius

Cæſaubonus, ad Perſ. 6, 41. Confer eum hoc loco Liu. 31, 34, 4.

10. (n) *Aoum*] Sicut Philippus Beroaldus repperat, ita scriptum hic reliquit, *Indum*. ceterum quisquis locum istum fæditus postea corrupit, *Indum*, puto, nullum in Europa esse audierat, sed in illo Europæ tractu, montem, fluiuium, urbem, *Pindum*. *Aoum* autem, non *Indum*, neque *Pindum*, existimauimus legendum. Primum enim T. Liuius 32, 5, 10. & 32, 10, 1. vnde hæc fuerunt excerpta, ita fluiuium appellat, non procul Apollonia in mare Ionium exeuntem, ad quem Flaminiæ res primum cum Macedone fuit, non *Pindum*, nec *Indum*. Denique Iornandes, qui hæc transcripsit, vti monuimus, *Sauum* hic habet. Cuius vocabuli primam literam S, video ex fine præcedentis vocis, *montes*, huc esse adiectam, vt *molientibus sedem* fuit supra 1, 7, 8. pro *molientibus adem*, posteaque in u, negligentia imperitiaque simili mutata: vt *Aous*, *Sauus* scilicet omnino esset: qui infra 4, 2, 8. memorabitur. Quod autem Plutarchus in Flaminiæ cap. 4. & 5. *Apsum* nuncupare videtur, quem Liuius *Aoum* (*Apsi* etiam meminit idem Liuius 31, 27, 1. sed in rebus Sulpicii Galbæ, prioris anni consulis) hoc quid sit, ex Polybio, puto, cognosci posset: si extaret integer. Vtriusque fluminis mentionem facit Strabo lib. 7. pag. 219. facit & Ptolemaus lib. 3. Geograph. sed apud quem, sicut & in Strabonis epitome *Αῶ* sit, pro *Αῶ*, A pro A. Vinetus. Sic igitur etiam scribendum apud Liuium lib. 33. nuper reppero, vbi; *acceptæ ad Aoum fluiuium in angustiis cladi*, pro *ad Aoum fluiuium*.

10. (o) *id est ipsa*] Sic ausus sum reponere, ex ingenio quidem, sed iuuantibus aliis locis doctorum virorum Mss. quæ pares corruptiones eadem medicina sanant. Vide supra 2, 6, 51. & infra 4, 2, 15. sed nemo, puto, dubitabit; nam planissima est sententia.

11. (p) *Introuisse, victoria fuit*] Confer, quæ notamus infra 4, 2, 63. vet. ed. nostra, *victoria*. non ita bene, nec materiam.

11. (q) *uno, ac ne hoc quidem iusto prælio*] Eleganter in hunc sensum infra 4, 2, 63. *uno* (*& ut sic dixerim*) non tota prælia.

12. (r) *Lacedæmonia*] Restitui quod erat in binis Pall. nec abibat tert. quam quod is, *Lacedæmonia*, editi *Lacedæmoniam*. Gruterus. Historiam habes ex Liuiio 34, 26. &c. Iustino 31, 3, 1. Eutropio & Oroſio vbi supra. Camers.

13. (s) *Græcia veterem statum reddidit &c*] Quantum proficista victoribus clementia, prolixè ostendit Gruterus disc. ad Tacitum 27.

14. (t) *Quæ gaudia!*] Nec immerito, vide supra 1, 9, 3. k.

Ibid. (u) *Nemea*] *Nemea* filua, locus, vrbs, Iudi. Quatuor Græciæ certamina sacra fuerunt, quos illi *æγῶνες* dictitabant: *Nemea*, *Pythia*, *Isthmia*, *Olympia*. Quod ergo auctor hic dicit factum in *Nemeis*, *Liuius* 33, 18. & 34, 40. & *Plut.* *Flaminio* cap. 17. id dicunt factum in *Isthmiis* primum, deinde in *Nemeis*, & magis etiam in *Isthmiis*. *Vinctus*.

Ibid. (x) *quid florum in consilem profuderunt?*] Vide omnino *Polyb.* excerpt. leg. 9, 5. & *Appian.* Hoc autem fieri solitum honoris atque beneuolentiæ causa, diu, hominibusque bene meritis. *Diu* ut apud *Capitolinum* *M. Antonino* cap. 4. coronas omnibus in puluina, ex more iacentibus, hominibus, aut viuis & vidensibus, ut hoc loco: & apud *Pausan.* *Messen.* *Arifcomenem Andaniam reuersam*, acciperunt matronæ, tancas in eum quacunque incederet, & ut anni ferebat tempestiuus flores & fructus iacentes. Sic apud *Herodian.* 4, 15. *Alexandrini florum sparsioibus imperatorem (Caracallum) honorabant.* aut mortui, idque in feretro, dum efferrentur, ut apud *Plinium* 21, 3. cuius locum aliquanto meliorem quam accepi reddam: *Florum* quidem *Pop. Rom.* honorem *Scipioni* tantum habuit. *Serapio* cognominabatur, propter similitudinem suarum cuiusdam negotiatorum. *Obierat* (male lectum hætenus *Ob* id erat) in *Tribunatu plebei* admodum gratus, dignusque *Africanorum* familia. Nec erat in bonis funeris impensa. *Asses* ergo *contules* populi, ac funus elocauit, quæque proferebatur, flores ex prospectu omni sparsit. vel in sepulchro, quem ritum indicant plurimi omnium fere *Poetarum* loci, quomodo & *Augustus corpus Alexandri* floribus aspersus veneratus est. *Sueton.* *Aug.* 18, 1. Sed ista luculenter explicat *Kirchmannus* de funeribus Romanorum. Denique etiam *imagines* floribus sparsas legimus apud *Tacitum* 14, 61, 1. & *H.* 2, 55, 3.

## *Bellum Syriacum regis Antiochi.*

### *CAP. VIII.*

**M**acedoniam (a) statim, & regem *Philip-  
pum* *Antiochus* excepit, (b) quodam casu,  
quasi industria, sic adgubernante fortuna, ut  
quemadmodum ab *Africa* in *Europam*, sic ab  
*Europæ* in *Asiam*, (c) vltro se suggerentibus causis



2  
3  
4  
5  
6  
7  
8  
9

sis, imperium procederet; & cum terrarum orbis  
situ, ipse ordo victoriarum nauigaret, ¶ (d) Non  
aliud formidolosius fama bellum fuit. quippe  
quum Persas, & orientem, (c) Xerxem, atque  
Darium cogitarent; quando perfossi inuii mon-  
tes, quando velis opertum mare nūciaretur. ¶ ad  
hoc cœlestes minæ territabant, (f) quum humo-  
re continuo Cumanus Apollo sudaret. Sed his  
fauentis (g) Asiæ suæ numinis timor erat. ¶ Nec  
sane viris, opibus, armis, quicquam copiosius  
Syria: (h) SED IN manus tam ignaui regis incide-  
rat; vt (i) nihil fuerit in Antiocho speciosius,  
quam quod à Romanis victus est. ¶ Impulere re-  
gem in id bellum, illinc Thoas Ætolix princeps,  
inhonoratam apud Romanos querens aduersus  
Macedones militiae suæ societatem: hinc Anni-  
bal, qui in Africa victus, profugus, & pacis im-  
patiens, hostem populo Romano toto orbe qua-  
rebat. ¶ Et quod illud fuisset periculum, si se con-  
siliis eius rex tradidisset, id est, si Asiæ viribus vsus  
fuisset miser Annibal? Sed rex suis opibus, & no-  
mine regio fretus, satis habuit bellum mouere.  
¶ Europa iam dubio procul iure ad Romanos per-  
tinebat. hic Lysimachiam urbem, in littore Thra-  
cio (k) positā à maioribus suis, Antiochus vt he-  
reditario iure reposcebat. ¶ hoc velut sidere, Asia-  
tici belli mota tempestas. Et maximus regum (l)  
contentus fortiter indixisse bellum, quum inge-  
nti strepitu actumultu mouisset ex Asia, occupa-  
tis statim insulis, Græciæque littoribus, otia &  
luxus tanquam victor agitabat. ¶ Eubœam insu-

354 LIBER II. CAP. VIII. *Antioch. Acil. L. Scipia,*  
lam (m) continenti adhærentem tenui freto, (n)  
reciprocantibus aquis Euripus abscidit. Hic ille  
positis aureis sericisque tentoriis, sub ipso freti  
murmure, quum inter fluenta tibiis, fidibusque  
concineret, collatis vndique, quamuis per hie-  
mem, rosis, (o) ne non aliquo ducem genere age-  
re videretur, virginum, puerorumque delectus  
habebat. ¶ Talem ergo regem iam SVA luxuria 10  
debellatum, populus Romanus Acilio Glabrione  
consule, in insula aggressus, ipso statim aduentus  
sui nuncio coëgit ab insula fugere. ¶ (p) Tum 11  
præcipitem (q) apud Thermopylas assequutus,  
locum trecentorum Laconum speciosa cæde me-  
morandum, ne ibi quidem fiducia loci resisten-  
tem, mari ac terra cedere coëgit. ¶ Statim & eue- 12  
stigio itur in Syriam. Classis regia Polyxenida,  
Annibalique commissa. nam rex prælium nec  
spectare poterat. Igitur duce Æmilio Regillo,  
(r) ad remigantibus Rhodiis, tota laceratur. ¶ Ne 13  
sibi placeant Athenæ; in Antiocho, vicinus Xer-  
xem; in Æmilio, (s) Themistoclem æquauitans;  
Ephesiis, Salamina pensauimus. ¶ Tum consule 14  
Scipione, cui frater, ille modo victor Carthaginis  
Africanus, (t) voluntaria legatione aderat, debel-  
lari regem placet: ¶ & iam toto cesserat mari; 15  
sed nos inus vltorius. Mæandrum ad amnem,  
montemq; Sipylum, castra ponuntur. Hic rex, in-  
credibile dictu, quibus auxiliis, quibus copiis  
confederat. ¶ trecenta millia peditum; (u) equi- 16  
tum, falcatorumque cutruum non minor nume-  
rus. Elephantis ad hoc immensa magnitudinis,  
auro,

17 auro, purpura, argento, & suo ebore fulgentibus,  
 præpedita magnitudine sua; ad hoc imbre, qui  
 subito superfusus, mira (y) felicitate Persicos ar-  
 18 cus corruerat: primum trepidatio, mox fuga,  
 dehinc triumphus fuerunt. || Victo & supplici  
 pacem atque partem regni dari placuit, (z) Eo  
 libentius, quod tam facile cessisset.

## NOTÆ IN CAPVT VIII.

Bellum aduersus Antiochum Regem à Romanis gestum, scribunt Liius lib. 34. & seqq. Iustinus lib. 31. Appianus Syriaco. Val. Max. 7, 5, 1, 3, 5, 1, 4, 1, 9. ext. 7, 3, 4, 8, 1, 1. in damnat. 9, 1, 4. ext. Gellius 5, 5. Plutarchus Scipione [ & Cat. mai. cap. 22. ] Auctor de vir. illust. cap. 34. Eutrop. 4, 1. Oros. 4, 20. Frontinus 4, 7, 30. Quo gestum sit tempore, docet Eusebius lib. temporum. Camers.

Num. 1. (a) *Macedoniam statim &c.* ] Viderur inferenda vox *Mac. statim Syria, &c.* nam regnum regno, regem opponit regi.

Ibid. (b) *quodam casu, quasi industria* ] Nescio quomodo minus placet, an aliunde quid accessit, & Florus tantum scripsit *quadam quasi industria*: supra 1, 8, 1. *quadam fatorum industria* infra 4, 2, 61. Plane *quasi de industria captante fortuna &c.* Similis obseruatio in Iustino 11, 15, 2.

Ibid. (c) *ultra se suggerentibus causis* ] Hoc etiã felicitatis magnæ est acquirere regna aliena iusto titulo, & absque nostra inuidia. Eadem sententia supra 2, 2, 3. *Sed ecce eon ultra ipsi viam paridentibus satis, nec occasio defuit.* Senferunt hoc Romani, quantum interesset famæ, & per hanc potentiæ, iniqua bella non gerere. Quapropter etiam quos inuisissimos, habebant, bello non petebant, nisi causã oblata. Claret hoc loco Iustini 30, 3, 1. *Grata legatio (Alexandrinorum de Philippo querentium) Romanis fuit, causam belli aduersus Philippum querentibus.*

2. (d) *Non aliud formidolosus fama bellum fuit &c.* ] Confer hæc cum superiori cap. num. 3. &c.

Ibid. (e) *Xerxem* ] De terribili huius apparatu lege Iustinum 2, 10. & seqq. Ceterum tria ista verba *Xerxem atque Darium*, non iniuria suspecta habeas glossã.



3. (f) *quum humore continuo Cumanus Apollo sudaret*] Quod hic scribit Florus lege apud Diuum August. Ciuit. 3, 11. Cicero autem de diuin. lib. 2. docet huius rei causam: sed locum assignasse sufficiat. Aduertendum simile prodigium saepe visum ut ibidem August. annotat. Lege Eusebium in preparat. Euangelica. Camers. Meminit huius prodigii Cicero de diuin. 1. 43. f. Aliis etiam temporibus sudasse simulacra annotatum est, ut eiusdem *Apollinis* bello sociali. Obsequens cap. 114. apud eum enim pro *Cuius in arce*, non dubitem legere; *Cumis in arce. Antonii* Albæ ante bellum Asiaticum, per multos dies, nec cum abstergeretur sudore cessante. Plut. Anton. cap. 79. *Calyptus, suo alterius cuiusdam heroina.* Cumis bello Augusti cum Sex. Pompeio. Dio lib. 48. prope à fine. *Dei cuiusdam Siculi, Adrani.* sub aduentum Timoleontis. Plut. Timol. cap. 17. *Deorum aut heroum quorumcumque*, ante Maricum. Sifenna secundo Histor. *Alexandri*, Thebis, sub aduentum eiusdem. Diod. 17, 10. *Anorni.* Philargyrus ad Virg. Georg. 2, 162. *Elisa* Carthagine. Silius 1, 98. *Herculis* Lacedæmone, ante Leuetricani calamitatem. Cicer. de diuin. 1, 34. *Martus Romæ*, intrumpente Italiam Pœno. Liuius 22, 1, 12. iterum C. Antonio Cos. Obsequens cap. 122. *Mercurio* Arretii, C. Valerio M. Herennio Cos. idem Obsequens cap. 111. *Orphei* apud Libethra. Plutarch. Alexandro cap. 23. *Victoria* Capuæ. Cicer. de diuin. 1, 43. *Adferunt præterea, saepe simulacra sudasse, aliquando genitus edidisse, visaque etiam aduerisse, & nichilata esse.* Plut. Camillo cap. 10. Sic apud nostratia simulacra ante duo tria secula adeo hæc omnia in consuetudinem verterant, ut prope sapius quàm homines flerent, riderent, loquerentur etiam & ambularent, aliaque peragerent opera, quæ nostri homines vix credere possunt. Idem Apollo Cumanus etiam lacrumasse legitur apud Liuium 43, 13, 4. idque triduum ac tres noctes.

Ibid. (g) *Astra sua*] Quid sibi velit hic Florus, intelligas ex Obsequente cap. 87. *Apollinus simulacrum lacrumauit per quadriuum, vates portenderunt, Gratia fore exitum, vnde deductum esset.*

4. (h) *sed in manus tam ignaui regis*] Quantum momenti sit in bono duce, testatur noster infra 2, 18, 11. vbi vide.

Ibid. (i) *nihil speciosius, quam quod à Romanis victus est*] Nam (quod alibi vetus Comicus Accius ait, *strophium ferre me a forte viro pulerum est. Sin autem & vincat, vinci a tali nullum est probrium.* Hinc illud apud Poëtæ. Virg. 10, 829.

*Hoc tamen, infelix, miseram solabere mortem,  
Atque a magnæ dextra cadu.*

Quid. Metam 12, 80.

*Quoniam es, ô iuuenis, dixit, solamen habens  
Morsus ab Ermonio quod sis iugulatus Achille.*

Stat. Thebaid. 9, 556. — non inficiamur honore  
 Mortu, ait, refer huc oculos, ego vulneris auctur  
 Latu abis, multumque aliu iactantior umbris,

7. (k) *positam à maioribus suis & c. repetebat* ] Quam ineptus hic sit belli ritulus, tetigimus supra, 1, 2, 4, l. & latius exsequitur Gentilis de iure belli. 1, 22.

8. (l) *contentus fortiter indixisse bellum* ] Reduxi scripturam v. e. quomodo pridem etiam legendum coniecerat Lipsius d. c. XIX. cum offendisset in Ms. suo *conuentus fortiter indixisse & c. Gruterus.*

9. (m) *continenti adhaerentem & c. Euripus absceidit* ] Inde Plinius 4, 12. *Eubœa & ipsa auulsa Bœotia, tam modico interfluente Euripo, ut ponte iungatur. Talis Sicilia de qua multa Iustinus lib. 4.*

Ibid. (n) *reciprocantibus aquis* ] *Quorundam æstuum priuata natura est, velut Taurominiani Euripi saprus, & in Eubœa septies die ac nocte reciprocantur. Plinius 2, 97.*

Ibid. (o) *ne non aliquo ducem genere agere videretur* ] Simile disterium huic est illud in Augustum, apud Sueton. cap. 70, 7. *Postquam his classe victus naues perdidit, Vi aliquando vincat, ludit a sidiue aleam.*

11. (p) *Tum præcipitem* ] Ita v. e. & Pall. tres, Gruterus.

Ibid. (q) *apud Thermopylas* ] In hac narratione mendosus est Eutrop. 4, 3, *Habuisse fertur armatorum sexaginta milia, e quibus quadraginta milia cæsa, plusquam quinque milia fugisse referuntur. Non dubito excidisse vocem, & aliam mutasse, restituendumque, plusquam quinque milia capta fuisse referuntur. quis enim non videt, excerpta hæc ex Liniò 36, 19, 13. & quam absurda sit recepta lectio?*

12. (r) *adremigantibus* ] Sic reposui, sequutus fidem codicis Nazar. vtique cum & Pal. tert. haberet diuisis vocibus *ad remigantibus.* Gruterus.

13. (s) *Themistocles* ] V. e. immo & Pall. tres *Alcibiadem.* non valet aninus pendere, vtra melior lectio, nisi quod cæco appareat, *Themistoclem* magis proprie opponi Persarum regi Xerxis quam Alcibiadem. Gruterus.

14. (t) *voluntaria legatione* ] Amore fratris, vtque ei prouincia ista extra sortem daretur, vt refert Linius 37, 1, 10. imitatus hæc in re Fabium Maximum, Gurgitis patrem, qui eodem modo obtinuit, ne filius, qui male aduersus Samnites pugnaerat, ab exercitu remoueretur. apud Epitomatozem Liniu libro 11.

15. (u) *equitum, falcatorumque centuriam non minor numerus* ] Ca.  
 ue in tel.

ut intelligas ista verba. non minor numerus, iuxta proportionem, ut loquuntur Arithmeticam, quæ enim hæc absurditas: sed ut ita capias, non minorem equitum currumque vim adfuisse, quam multitudo pedestrium copiarum requireret.

17. (x) *Sed hæc omnia præpedita magnitudine sua* ] Scilicet omnibus in rebus suis esse debet modus. Et bene Tiberius exercitum suum, cum eum maiorem, quam ut temperari posset, neque habitum gubernaculis cernerets, dimittere statuit, ut loquitur Vellei. 2, 1, 3, 4. Sed & legimus Panegyrico dicto Constantino Constantii filio, cap. 5. *Magnus Alexander, cum præter Macedonas suos, cunctæ Græciæ, uniuerso Illyrico, innumerabilem dilectum posset indicere, nunquam maiores quadraginta millium copias duxit: inhabile regenti ratus, quicquid excederet, & turbam potius quam exercitum.* Verum de hisce talibus, plura differuimus ad illa Taciti 14, 35, 3. Etiam in multitudine legionibus, paucos esse, qui prælia proficere. Gruterus. Adde supra 2, 2, 34.

Ibid. (y) *felicitate* ] Sic omnes Mss. & nostri, & aliorum. nam editi *facilitate*. similia exempla ubi humor arcus fundasque & iaculorum amenta emollit, victoriamque tradidit aduersariis, posuimus libro Liuii: 36. cap. 41. Gruterus. Vide etiam Frontinum 4, 7, 30. & Eutrop. 4, 32.

18. (z) *eo libentius, quod tam facile cessisset* ] Apud Iustinum etiam 1, 7, 6. quanto bellum minoris periculi, tanto & mitior victoria fuit. Liuius 28, 20, 10. *Mitior ea victoria fuit, nec tantundem noxae admissum erat, & aliquantum ira leniorat voluntaria deditis.*

## Bellum Ætolicum.

### CAP. IX.

SYriatico (a) bello successit, ut debebat, Ætoli-  
cum. VICTO quippe Antiocho, Romanus  
(b) faces Asiatici belli persequeretur. || Ergo (c) 2  
Fulvio Nobiliori mandata ultio est. Hic protinus  
(d) caput gentis Ambraciam, regiam Pyrrhi ma-  
chinis quatit. Sequuta deditio est. || Aderant Æ- 3  
tolorum precibus Attici, Rhodii: & meminera-  
mus (e) auxilii, sic placuit ignoscere. || Serpsit ta- 4



men latius in proximos bellum, (f) omnemque late Cephaleniam, Zacynthon: & quicquid insularum in eo mari inter Ceraunios montes iugumque Maleum, Ætolici belli accessio fuerunt.

NOTÆ IN CAPVT IX.

Hoc bellum describunt Linius libro 38. Iustinus lib. 32. Agrippianus Syriaco. Eutropius 4, 1. Auctor de vir. illustr. cap. 52. De Ætolia Plinius 4, 2. Strabo lib. 10. Camers.

Num. 1. (a) *Syriatico bello*] Non temere reperi vllum veterem Codicem, in quo non frequentius *Syriaticum*, quam *Syriacum* scriptum occurreret: ita scribi in Solini vetustis exemplaribus, ita in Isidori, ita denique in Flori libris semper visus sum animaduertere, vt hoc loco. *Ἐδρὴν τῶν σὺγγος, σὺγγίος, σὺγγίσιος, ἰνδὲ σὺγγίσιος*. Salmasius, Gruterus etiam in Pall. o. ita legi attestatur.

Ibid. (b) *faces*] Hoc est auctores, de quibus supra 2, 8, 5. Adde supra 1, 19, 1. b.

2. (c) *Fulvio*] Cuius victoriam Q. Ennius amicus eius insigni laude celebrauit. Camers.

Ibid. (d) *caput gentis*] Quanti momenti sit, initio belli, si fieri possit, occupare caput hostium, abunde docet Gruterus ad Tacit. discurs. 8, §. 1.

3. (e) *auxilii*] Contra Philippum præstiti, cui tantum tribuit Annibal apud Linium 36, 7, 7. vt ei victoriam Romanorum impitet. Sed & Iulianus de Cæsaribus extollit Ætolos, eosque non sine ingenti discrimine victos à Romanis asserit.

4. (f) *omnemque late Cephaleniam, Zacynthon, & quicquid*] Conzendo scribendum: *Serpfit tamen latius in proximos bellum: omnisque late Cephalenia, Zacynthos & quicquid &c.*

*Bellum Histricum.*

CAP. X.

1 **H**istri sequuntur Ætolos: quippe bellantes  
2 eos nuper adiuuerant. || (a) & INITIA pugnae  
prospera

prospera hosti fuerunt, eademque exitii causa. Nam quum Cnæi Manlii castra cepissent, opimeque prædæ incubarent; epulantes, ac ludibundos plerosque, ac (b) ubi essent, præ poculis nescientes, Appius Pulcer inuadit. || Sic cum sanguine & spiritu male partam reuoluere victoriam. (c) Ipse rex Apulo, equo impositus, quum subinde (d) crapula, & capitis errore lapsaret, captum sese vix & ægre, postquã experrectus est, didicit.

## NOTÆ IN CAPVT X.

Istria, quia maritimos populi Romani agros latrocinii infestasset, bellum indictum est anno DLXXV. quo A. Manlius Vulso sine Scto profectus, ad lacum Timauï fontis castris incursum Istroꝝ magna cum militum trepidatione exutus est. Istri, cum in Quæstorio omnium rerum apparatus viderent expositum, sese magna securitate ad epulandum conuertunt. interim Romanus miles ex fuga collectus, vino epulisque sopitos inuadit, ad VIII M. Istroꝝ in castris sunt caesa. Apulo rex raptim a suis in equum impositus, Nefactium fuga elapsus est, quem infecuti Manlius & Iunius Coss. oppidum vi capiunt: Rex ne viuis in hostium potestatem veniret, sese gladio traiecit. Istria inde duorum adhuc oppidorum excidio pacata est. ita fere Liuius libro. 41. ita vt antequam C. Claudius Pulcer Cos. in prouinciam cum imperio legitimo venisset, bellum ab istis Coss. confectum fuerit: Capitolini tamen triumphi cum Flore consentiunt, utpote qui C. Claudium Pulcerum de Istria triumphasse testentur, anno DLXXVI. Istria à Carnis siue occidente, oppido Tergeste; ab ortu Arsa amne; à Septentrione, Alpibus & lapidibus populis; meridiem claudit Adriaticus sinus. Itam prouinciam fuisse factam anno DCXXV. C. Sempronio Tuditano Cos. & cum Illyrico coniunctam, quousque Augustus illam in decima regione relatam, Italiæ cum Carnis & Venetis, testibus Strabone lib. 5. pag. 149. & lib. 7. pag. 217. & Plinio 3, 9, coniunxerit. Stadius.

Num. 2. (a) in initia pugna prospera, eademque exitii causa ] Nam verbis Liuii 21, 61, 2. ferme sit, ut secunde res negligentiam creent. Ideoq; sæpius accidit aliis, quod hic Istri, vt apud Tacit. H. 2, 15. Inde consilium Neoptolemi apud Iustinum 13, 8, 5. *Leto ex villarum, & securo fuga sua, tumenti superueniant.* Quapropter non imprudenter

prudenter disputat Appianus Civil. 2. Clade Dyrrachina nihil accidisse rebus Caesaris opportunius: propter eam enim, inquit, inflatè Pompeiani, contra suum imperatorem peruicaces sunt redditi. & sine arte ad certamen ferebantur.

Ibid. (b) ubi essent præ poculi nescientes.] Hoc modo Scythæ etiam perierunt, apud Iustinum 1. 8. 7. & temporibus Longobardicis Franci, qui Pertharitum à Grimoaldo pulsus restitueret fatagebant, apud Sigon. lib. 2. regni Italici. Nempe, quod Iuuenalis Sat. 15, 47. ait:

— facilis victoria de madidiis et  
Blasii, atque mero turubantibus.

3. (c) *Apulo*] Ita v. e. al. *Epulo*. Lipsius d. cap. XIX. non vult hic vllum regis nomen positum à Floro, sed scripsisse, ab *epulo*, quod scilicet Claudius eum epulantem inuasisset. defendi ego illud *Apulo* in suspitionibus meis, quæ videantur, si cui tantum certe illud *Apulo* constanter remanet in Pall. tribus, nisi quod tert. *Appulo*. Gruterus.

Ibid. (d) *crapula & capitis errore lapsaret*] Locus vitiosus. nam Pal. pr. habuit à manu priore, & *capitis & iactaret, errore lapsaret, super scriptumq;* deinde: & *capitis iactatus errore lapsaret, an fuit? cum subinde, e crapula, capitis iactatus errore lapsaret.* Gruterus. Salmasius coniicit legendum; *cum subinde crapula caput iactaret, & errore lapsaret.* proprium enim esse eorum, qui *crapula* laborant, caput iactare & motare. cui conuenienter Grammatici veteres, *κραυπάλη* dictam aiunt. ἀπὸ τῆς κῆρα κᾶλην ὄρε μιθῶνας.

## Bellum Gallogræcum.

### CAP. XI.

1 **G**allogræciam quoque Syriaci belli ruina conuoluit. (a) fuerant inter auxilia regis  
2 Antiochi. || An fuissent, an cupidus triumphū (b)  
Manlius eos visos simulauerit, dubium est. Certe  
(c) negatus est victori triumphus; quia causam  
3 belli (d) non approbavit. || Ceterum gens Gallogræcorū, sicut ipsum nomen indicio est, (e) mix-  
L ta, &



162 LIBER II. CAP. XI. Gallogr. Orgiag. vxor.  
 ta, & adulteratæ reliquiæ Gallorū, qui<sup>(f)</sup> Brenno  
 duce vastauerant Græciam; mox Orientem se-  
 quuti, in media Asia parte sederunt. || (g) ITA QUAE  
 vt frugum semina mutato solo degenerant, sic  
 illa genuina feritas eorum, Asiatica amœnitate  
 mollita est. || Duobus itaque præliis fusi fugati-  
 que sunt: quamuis sub aduentu hostis relictis se-  
 dibus, in altissimos se montes recepissent, <sup>(h)</sup> quos  
 Toloſtobogi, Tectosagique iam insederant.  
 Vtrique fundis sagittisque acti, in perpetuam se  
 pacem dederunt. || Sed alligati miraculo quo-  
 dam fuere, <sup>(i)</sup> quum catenas morſibus & ore ten-  
 tassent: quum offocandas inuicem fauces præbu-  
 issent. || <sup>(k)</sup> Nam Orgiagontis regis vxor à cen-  
 turione stuprum passa, memorabili exemplo cu-  
 stodiam euasit, reuulsumq; militis caput ad ma-  
 ritum suum retulit.

### NOTÆ IN CAPVT XI.

— Hoc bellum late scribit Linius lib. 38. meminuit Iustinus lib.  
 32. Auctor de vir. illustr. cap. 55. Val. Max. 6, 1, 2. ext. Oroſ. 4.  
 20. Pauca Euseb. lib. temp. De origine, moribus &c. Gallogra-  
 corum, lege Dionys. in 6. Faciunt huc quæ scribit Iustinus lib.  
 24. & 25. Gamers.

Num. 1. (a) fuerant inter auxilia ] Ità nulla litera minus v. e.  
 & Pal. tert. nisi quod distinctiones eis alit: & hanc puto verissi-  
 mam scripturam. vt velit eis illarum bellum fuisse, quod auxi-  
 lia tulissent Antiocho. illud tamen inquit auctor. an prætextus  
 fuerit tantum, an veritas ipsa; ambigitur. verum de eo loco  
 nos quoque certiora in Suspicionibus. Pal. pr. expressit: fuerant  
 inter aux. regu Ant. an fuisse cupidus triumphi Manlius, an eos vi-  
 sos simulauerit. nec aliter Pal. sec. nisi quod is cupidior. Lipsius d.  
 cap. XIX. alia distinctione & correctione sententiam ait expedi-  
 te: fuerint inter auxilia regu Antiochi, an fuisse cupidus triumphi  
 Manlius, ac eos visos simulauerit, dubium. Gruterus. Lipsii emenda-  
 tio valde probabilis mihi videtur.

2. (b) *Manlius*] Adscribere libet optimi & clarissimi viri Iacobi Bongarsii notam ad Iustini Prol. 32. Miror. inquit, in historia miscella Pauli Diaconi 4) 5. Fulvius hoc tribui, cum Fulvius qui collega erat Manlii, pœne iisdem diebus cum Ætolis bellum gesserit, quibus Manlius cum Gallis. Plutarchus de virtut. mul. cap. 43. Γυαίων vocat, quod Manlii prænomen est: Interpret nostras, de Cnæo Scipione Plutarchum loqui arbitratus est. Hactenus Bongarsius.

Ibid. (c) *negatus est victori triumphus*] Immo decretus, non tamen sine controversia. Liuius 38, 50.

Ibid. (d) *non approbavit*] Ita rursus v. e. sine dictione sequenti non approbavit *Senatus*. approbat enim & is, qui causam suam ita aliis probat, ut eidem acquiescant & ratam habeant, & veto illud *Senatus* in nullo visitur Palatinorum. Gruterus.

3. (e) *mixta, & adulterata reliquia*] Et hoc à veteri editione nostra; alia enim *mixta, & adulterata est. reliquia &c.* quibus quidem accedit Pal. pr. at enim sec. ac tert. alteram tuentur; cuius bonitas magis appareret, si abiiceretur particula &. Gruterus.

Ibid. (f) *qui Brenno*] Non aliter v. e. sequentes, quibus Brenno &c. quomodo & Pal. sec. sed tert. itat. à nostra scriptura. Naz. hec deficit, & annectit alia ex cap. 18. scribit, inquam, *reliquia Gallorum. Non temeres si fateri &c.* quæ iactura sane dolenda est. Gruterus.

4. (g) *Itaque vi frugum semina*] De generatione seminum mutato solo noranter Liuius 38, 17, 11. Lege dictum Cyri Persarum regis apud Plut. in Apophth. cap. 3. [itemque Herod. in Calliopo, & Xenophontem] lege quæ posui supra 2, 4, 3. Camers. plura in hunc sensum ne adiciamus, vetat clariss. Gruteri discurs. 45. in Tacitum, ubi pulcherrime more suo docet, *Tales esse hominum mores, qualia est locorum situs ubi degunt.* Adde supra 2, 4, 2, b.

5. (h) *quos Toloftobogi, Tectosagique iam insederant*] Mirè hic turbant libri, quorum varietatem vide suo loco. Iordanæi quidem quorum lectionem Gruterus exhibuit propius à vero sunt, illi enim: *Colefob egit Olympum tectos agimagaba insederant. Lego Toloftobogi Olympum, Tectosagi Magaba insed. Magaba enim siue Magana, quod idem est, literis ritibus sapissime inuicem mutantibus, nomen montis quem insederant Tectosagi.* Vide Liuium 38, 19, 1. ubi malerecentius impressi *Magana*.

6. (i) *quum catenas morsibus & dre tentarent*] De feritate Gallorum, plenæ omnes historiae, quæ res originem acdit proverbio, quo Plutarchus de Stoicor. repugn. cap. 52. vitur, ut *facta Solatus* dicantur pro sauis & barbaris. L 2 7. (K)

7. (k) *Orgiagontis regis vxor*] Historiæ meminerunt Val. Max. 6, 1, 2. ext. Auctor de vir. illustr. cap. 55. Litius autem 28, 24. dicit. non euasisse custodiam, sed à centurione eductam ad duos necessarios mulieris, qui ad flumen eam spectabant: à quibus duobus centurio aurum pensans interfectus est. Idem sentit Valerius. [Ego autem eos auctores à nostro discrepare non puto. nam istis verbis *custodiam euasit* non dicit eam euasisse inficio custode. sed hanc ipsam technam, quam tanquam notam, longius recensere noluit. præsupponit.] Hæc ex Galatia oriunda fuit, Chiomara nomine. auctor Plutarchus de virtut. mul. cap. 43. Camers.

## *Bellum Macedonicum secundum.*

### *CAP. XII.*

**D**VM aliæ aliæque gentes, Syriaci belli sequuntur ruinam, Macedonia se rursus erexit. || Fortissimum populum MEMORIA & recordatio (a) suæ nobilitatis agitabat: & successerat Philippo filius Perses; qui SEMEL in perpetuum victam esse Macedoniam, non putabat ex gentis dignitate. || Multo vehementius sub hoc Macedones, quàm sub patre consurgunt. quippe Thracas in vires suas traxerāt: atq; ita (b) INDVSTRIAM Macedonum, viribus Thracum; ferociam Thracum, (c) disciplina Macedonum temperauerunt. || Accessit his CONSILIUM ducis, qui situm regionum suarum (d) summo speculatus Hæmo, positus per abrupta castris, ita Macedoniam suam armis ferroque vallauerat, vt non reliquisset aditum, (e) nisi à cælo venturis hostibus videretur. || Nam Marcio Philippo consule eam prouinciam ingressus



gressus populus Romanus, exploratis diligenter  
 accessibus, per (f) Astrudem paludem, per acer-  
 bos dubiosque tumulos, illa quæ (g) volucribus  
 6 quoque videbantur inuia, accessit: regemque SECV-  
 RV M, & nihil tale metuentem, subita belli irru-  
 ptione terruit. (h) Cuius tanta trepidatio fuit, vt  
 (i) pecuniam omnem in mare iusserit mergi, ne  
 7 periret: classem cremari, ne incenderetur. Paulo  
 consule quum maiora & (k) crebra essent impo-  
 sita præsidia, per alias vias (l) Macedonia depren-  
 sa est; summa quidem arte & industria ducis,  
 8 quum (m) ALIA minatus, alia irrepsisset. Cuius  
 adventus ipse adeo terribilis regi fuit, vt inter-  
 esse non auderet, sed gerenda ducibus bella man-  
 9 dauit. Absens ergo victus, fugit in maria, in-  
 sylamque (n) Samothracen, fretus celebri religio-  
 ne, QVASI templa & aræ possent defendere,  
 10 quem nec montes sui, nec arma potuissent. Nemo  
 regum diutius amissæ fortunæ conscientiam  
 retinuit. (o) Supplex quum scriberet ad imperato-  
 rem ab illo quo confugerat templo, nomenque  
 11 epistolæ notaret suum, regem addidit. Sed  
 nec reuerentior captæ maiestatis alius Paulo  
 fuit. Quum in conspectum venisset hostis, (p) in  
 templum recepit, & conuulsiis adhibuit, (q) libe-  
 rosque admonuit suos, vt FORTVNAM, cui tan-  
 12 tū liceret, reuererentur. (r) Inter pulcerrimos  
 hunc quoque populus Romanus de Macedonia  
 duxit atque vidit triumphum: quippe cuius spe-  
 13 ctaculo triduum impleuerit. Primus dies signa  
 tabulasque: sequens arma, pecuniasque transe-

xit: tertius captiuos, ipsumque regem, attonitum adhuc, tanquam subito malo stupentem. || Sed multo prius gaudium victoriae populus Romanus, quam epistolis victoris (s) perceperat. quippe (t) eodem die, quo victus Perfes in Macedonia, Romae cognitum est. || (u) Duo iuvenes (x) candidis equis apud (y) Iturnae lacum puluerem & cruorem abluabant. hi nunciauere, Castorem & Pollucem fuisse creditum vulgo, quod gemini fuissent: (z) interfuisse bello, quod sanguine maderent: à Macedonia venire, quod adhuc anhelarent.

## NOTÆ IN CAPVT XII.

Bellum Macedonicum secundum scribunt passim omnes. Lilius lib. 40. & seqq. Iustinus lib. 33. Plut. Paulo Emilio. Auctor de vir. illustr. cap. 36. Appianus Mithridatico. Euseb. lib. tempor. Valer. Max. 2, 1. 2, 2, 1. 4, 3, 8. 5, 1, 8. Eutrop. 4, 1. Orof. 4, 20. Meminit Plinius 33, 3. & Gell. 7, 3. Camers.

Num. 2. (a) *sua nobilitatis* ] De vetustate & nobilitate Macedoniae Solinus cap. 14. Iustin. lib. 7. Euseb. lib. temp. Dionys. lib. 1. ab init. Camers. Quos autem spiritus faciat populis auita nobilitas, discere à Grutero, quem citauimus supra 2, 7, 4. b. & à nostro supra 2, 6, 3.

3. (b) *industriam Macedonum &c.* ] Ita & Vineti editio, & nostra, quomodo & monuerat ex Ms. suo Lipsius d. cap. XIX. inepte recentiores: *industria Macedonum, viribus Thracum, disciplinam Macedonum temperauere.* neque multo melius Pal. tert. retinet tamen lectionem meliorem Pal. sec. De simili re dixerat auctor & supra 1, 3, 4. *Quid ille militia artifex Tullus bellatoribus viri quam necessarius, ut acueret ratione virtutem,* de hac mixtura artis ac virtutis, multa diximus in libris Liuii. Gruterus.

Ibid. (c) *ferociam Thracum* ] *Illud in confesso est, (Verba sunt Iulianiani in pr. Nouellæ XXVI.) quod si qui Thracum regionem nominet, statim una cum illo virilitas quadam animus, & militarium copiarum, bellorum at pugna cogitatio subeat. Sunt enim ista ingenita & quasi patrio quadam iure huic regioni attributa.*

4. (d) *summo speculatus Hæmo*] Hæmus mons qui Thraciam à Myfia diuidit, tantæ altitudinis esse putatur, vt ex eius summo vertice Adria versus occasum, Euxinus versus ortum cernatur: ita enim Pomp. Mela lib. 2. & apud Strabonem lib. 7. Polybius testatur, quod ideo non posse fieri Strabo contendit, quia ingens terræ tractus & montosus visum abrupis bene quidem & recte Strabo: quum namque per Mædicam Thraciæ Philippus cum Perseo ad Hæmum contenderit, vt ex conspectis locis de bello consularet, quod Liuius lib. 40, 12. narrat, non potuit longus esse prospectus: obstant enim versus Adriam Rhodope, Orbelus, Scardus, montes altissimi & perpetui. At vt nihil sit, quod visum impediatur, cum Hæmus centum Germanicis miliaribus ab Adriatico in ortum distet, non attollitur eius perpendicularum ad eam altitudinem, qua deuexitatem terreni globi tanto interuallo tribus miliaribus Germanicis cum sextante intumescens, despiceret, siquidem Plinius 4, 11. Hæmi altitudinem VI. M. passuum supputat: at in tanta specula opus erat XIII. M. passuum altitudine. Ista paullo latius sum hoc loco prosecutus, vt lector benignus intelligeret, multâ veritatis lucem, apud veteres ex tradentium auctoritate esse obscuratam, quæ Geometriæ beneficio illustretur: ita eadem erroris labe Aristoteles in meteoris lib. 1. cap. 13. de Caucaſo contaminatur, & Plinius de Cassio monte, & alii aliter. Quod ad hunc locum attinet, bene Florus consilium ab ipso Perseo institutum narrat, vt aditus obstrueret commodius Romanis, propter inuios salus & præruptos montes. Stadium.

Ibid. (e) *nisi à cælo venturus*] In eadem opinione erat Arimæzes, qui altitudine petra quam occupauerat fretus, interrogauit, an Alexander volare posset? Curt. 7, 12, 5.

5. (f) *Astrudem*] Liuius 44, 2. & 3. *Astrudem*, quam Orbellius putat fuisse *Lychnitum* lacum, hodie *Lago di Lochrida*. A qua sententia non abhorret iter Cos, sicut à Liuiio describitur, cum tabulis Geographicis collatum. Salmasius *Bistonidem* legi vult hoc loco, paludem in illis tractibus notissimam ex scriptoribus; cum præsertim ista lectio non longe distet à libris.

Ibid. (g) *volucris inuia*] Similem de altis ac præruptis locis loquendi modum Græcis fuisse, testimonio est *Αοϋ* petra quam Alexander cepit, apud Agrian. fin. lib. 4. Curt. 8, 11,

6. (h) *cuius tanta trepidatio fuit, &c.*] Liuius 44, 10. *Perses tandem à pauore eo quo attonitus fuerat recepto animo, malæ imperis sui non obtemperatum esse, quum trepidans egerat in mare deici: Pella, Thessalonica naualia iusserat incendi. Andronicus Thessaloniam missus traxerat tempus, id ipsum quod accidit, penitentia relinquens legem: incertior Nicæ, Pella, præciendo pecunia partem, quod fuerat nactus: Vbi tamen malum, quod fugerat, nactus indignationem dempe regis, quem iam penitebat consilii.*



Ibid. (i) *pecuniam mergis, ne periret; classem cremari, ne incederetur.* ] Viderur allusum ad illa Martialis 2, 80.

*Hostem cum fugeret, se Fannius ipse peremit,*

*Dic rogo, non furor est, ne mori, mori?*

Seneca epist. 24. *Tam enim hominum imprudentiam esse, imo demeritiam, ut quidam timore mortis, cogantur ad mortem.* Vide eundem ep. 70. & ibi Lips. not. 6. Saxo lib. 16. de Sclauo quodam, qui suspendio se necauerat ne hostium potiretur, loquens; *Sclauus ossibus ridenda formido. &c.*

7. (k) *crebra* ] *Malum crebriora.*

Ibid. (l) *Macedonia depressa est* ] Hæc vera est lectio, nec aliter v. e. nam alix *depressa*, de voce *deprehensa*, dictum quoque nobis in Suspicionibus, existatque alioquin etiam in Pal. tertio. Gruterus.

Ibid. (m) *alia minatus, alia irrepisset* ] Duo Pall. & c. v. *alia eminatus, alia irrep.* Flautus videtur hoc verbo, *eminari*. Captiuis 4, 2, 11. in simili autem re designanda paullo aliter loquitur Frontinus 1, 4, 4. *reliquit suos paucos, qui speciem remanentis excelsibus præberent, & ipse cum cetera manu, qua non expectabatur aditus, intrauit.* Hæc postrema varie emendant docti, ego vocem *aditus* delendam censeo omnibus modis, & legendum, *qua non expectabatur, intrauit*, sic supra de Scipione, *qua non expectabatur, irrupit*. Salmasius. Adde Frontinum dicto loco. 1, 4.

9. (n) *Samothracen* ] De ceremoniis & religione huius insule vide latius Diodor. 5, 47. & deinceps. Colligas etiam quædam ex Liuiio 45, 5.

10. (o) *Supplex cum scriberet &c.* ] Ita Marobodus *scripsit Tacitarius, non ut profugus aut supplex, sed ex memoria prioris fortune.* Tacitus 2, 63, 2. Quomodo autem excepta faciunt ex litera à Cos. lege apud Liuium 45, 4, 3.

11. (p) *in templum recepit* ] Non dubito verissimam esse Salmasii emendationem, cuius verba adscribemus. Vnius vocalæ deprauatio, sed in qua tota sententia, ut in cardine suo vertitur, satis exercuit huius ætatis doctissimos viros. Viderunt omnes mendum tegere vocem hanc *templum*, sed potuit adhuc nemo id detegere. Si de templo illo Samothracis, ad quod confugerat rex Perfes, & ex quo ad Paulum deductus fuit, aliquis intelligit, is, ut verbo dicam, nugatur: longe enim Samothracis distat ab eo loco in quo tum constitit Paulus, sed verum videamus. suspicor vitiosa illa, & veteri scribendi forma scriptum fuisse, *in templum recepit*, pro *contempit*, ut *tempo*, pro *tempo*, & *contempit* pro *contempit* non semel in antiquis libris reperit: ex illo *templum*, imperiti *perperis* *templum* posuerant, errore facili. *Tempus* ut diximus, vera & sana lectio, si quis ignorat, quid sit *tem-*

ium, docemus illum, eſſe *tabernaculum* vel *tentorium*. Tendere eſt σκηνή πηγάσθαι, tentum eſt σκηνή. Recentiores Latini genus mutarunt, & pro cocenta dixerunt, & corruptius *tenda*. In veteribus *ſtrata viarium* dicebantur, at recentibus *ſtrata*. apud Suidam in voce σκηνή, κτλ. σκηνήν ἐπιτάξας, τὰ τεσι τένδα ἐν νηλεῖ λαίσαυ. alibi idem, Τένδα τὰρ ἡμῶν ὀκία ἐκ λίθου. gloſſa Latini, quæ penes me ſunt, *tentum, tabernaculum*. Hanc vocem ut videtur vetuſtam, uſurpat Florus, quæ nescio an apud alium temere occurrat. ſed & alias priſcas voces, quæ alibi leguntur nuſquam, in hoc auctore ſuſcitauimus ope præſtantiffimorum codicum: ut ſunt *inmodum* pro *admodum*, *inſemel*, *impes*, *inſemel*, *inſermentia*, & alia quæ non ſuccurrunt. & hoc loco *tentum*, *tentum aliud* eſt in illo verſu Tibulli. Hunc tu, ſed te quo, ſcis, puto, quod ſequitur. obſcœnum enim eſt. narrat igitur Florus tanta humanitate ſeſe præditum oſtendiſſe circa regem captiuum, ut tabernaculo ſuo receperit, & conuiujs adhibuerit. non multo aliter apud Plutarch. ſed aliter tamen, quem vide, & diſſenſum inter ſcriptores ſolemne agnoſce. Hæc Salmaſius. Gruterus quidem argumat, retinendam eſſe vocem *templum*, & capiendam pro loco ubi aquilæ eſſent, ubi ſigna, allegatque locum ex Tacito 15, 29, 4. & quæ ad eum notaerit.

Ibid. (q) *tiberasque admonuit ſuas, ut fortunam &c.*] Elegantea in hanc ſententiam locum vide apud Polyb. 2, 4.

12. (r) *inter pulcherrimos huic quoque &c. triumphum*] Triumphus Paullitantum priores exceſſit, vel magnitudine regni Perſes, vel ſpecie ſimulacrorum, vel modo pecuniæ, ut bis milles centies H. S. aratis contulerit, & omnium anteaſtorum comparationem amplitudine vicerit. Velleius l. 9, 4. Effigiem iſtius triumphi ex hæbet nobis Gnuphrius Panuinius.

14. (s) *perceperat*] Ita Pal. tert. Nam ſec. & ed. Vineti præcepit, male, ut opinor; primo quod illud prius præcipere præconiſſum ſapiat; inde etiam, quia comparatio inſtituitur, verbum adhibendum fuerit, quod utrique ſeruirot, & famæ, & epistolis Paulli, quo tamen præcipere non quadrat.

Ibid. (t) *eodem die*] Vide Liniuſ 45. 1. Cicero de natura deorum 2, 2. Plutarchum Emilio. Plura cuiuſmodi exempla collegit Zvingerus theatri volum. 5. lib. 5. pag. 1380. quibus adde proelium ad Sagram. Strab. lib. 6. pag. 180. Plinium 7. 22. Victoria Chriſtianorum in Africa, eodem die in Italia nunciata, circa annum Chriſti M. XXCVIII. Chronic. Caſinense 370. Sic eodem die quo Silvanus Agrippinæ diadema ſumſit, innotuit illud factum Mediolan: recentet nescio vnde Sigonius lib. 6. Imp. Occid. male intellexit, ſi ex Ammiano 15. 11.

Ita cum Carolus electus esset imp. Francofurti, dicitur vno die nuntius istius rei Barchionem venisse. Sleidan. lib. 1. Adde infra 3, 3, 20.

15. (u) *Duo iuvenes &c.*] Huius dæmoniæ miraculi meminerunt Lactantius. 2, 8. Valer. Max. 1, 8, 2. Plutarchus Æmilio Lege quæ notauit 1, 11, 4. n. Camers. Adde Plin. 7, 20. Suetonius Ner. in pr. L. Domitio rure quondam reuertenti, iuuenes gemini augustiore forma ex occurfu imperasse traduntur, nunciaret senatui de populo victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque in fidem mai. statu, adeo permulisse malas, vt è nigro rutilum arique aspilem capillum redderent &c. Vide etiam infra 3, 3, 20.

Ibid. (x) *candidis equis*] Habitum Castorum disce ex Pausania lib. 4. vbi de Panormo & Gonippo, Dioscuros mentitis.

Ibid. (y) *lucerna lacum*] De hoc Merula Cosmograph. 2, 4, 12.

16. (z) *interfuisse bello*] supra 1, 11, 4. Ea denique atrocitas fuit prælii, vt interfuisse spectaculo deos fama tradiderit, duos in candidis equis; Castorem atque Pollucem nemo dubitauit. Itaque & imperator veneratus est, pactusque victoriam templa promissit, & reddidit sane quasi commilitonibus diu stipendium.

## Bellum Illyricum.

### CAP. XIII.

**M**acedonici belli contagio traxit<sup>(a)</sup> Illyrios. Ipsi quidem vt Romanum à tergo distringerent, à Perserege conducti pecunia militauere. ||<sup>(b)</sup> Sine mora ab Anicio prætore subiguntur. <sup>(c)</sup> Scordam caput gentis delesse suffecit. statim sequuta deditio est. Denique<sup>(d)</sup> hoc bellum ante finitum est, quam geri Romæ nunciaretur.

### NOTÆ IN CAPVT XIII.

Bellum hoc & eius causam describit Appianus Illyrio. Item Plutarchus Æmilio Meminit Epit. Liu. 43. & 44. [ & ipse Lilius. ] Eutrop. 4, 1. Val. Max. 3, 3, 2. Aduertendum Gentium Illyricor-



Illyricorum regem contra quem hoc bellum gestum est, Gentianam herbam inuenisse, & ex suo nomine *Gentianam* dixisse. Auctor Plin. 25, 7. Camers.

Num. 1. (a) *Illyrios*] Optimæ scheda *Illyrios*. *Illyres* Græcis, & *Illyrioi*. sic etiam Latinis *Illyres* & *Illyri*. Plauto . . .  
*Illyribus* & *Megaribus*. sic *Ligures* & *Liguri*. *Baleares* & *Baleari*.  
 Sallustius Iugurth. cap. 105. *funditorum Balearorum*. *Balearorum* pro *Baliarum*. vulgo legitur *Baleariorum*. scripti codices, ut annotant viri docti, scribunt, *Baleatorum*, nos *Balearorum* sectamur. Salmasius.

2. (b) *sine mora*] Intra XXX. nimirum dies Liuius 44, 32, 9.

Ibid. (c) *Scodram*] Ita membranæ Vineti. forte *Scodram* melius scriberetur. [ quomodo legitur apud Liuium lib. 43, 44, 45.]  
*σκῶδρα* Ptolemæus inter Liburniæ *μεισορείας* ponit. alia est *σκῶδρα* apud Stephanum meum, qui scribit *σκῶδρα* esse *μακροδονικὴν πόλιν*. posset tamen eadem esse, *σκῶδρα*, & *σκῶδρα*: ut iidem sunt *σάλκοι* & *σύλλκοι*, *σκοποὶ* & *σκυποὶ*. sed alias hac de re plura. Salmasius. Libenter autem accedo Barletio dicenti *Scodram* hanc esse, cuius expugnationem tribus libris nec elegantex certe conscripsit.

Ibid. (d) *hoc bellum ante finitum est. &c.*] Liuius 44, 32, 4. *Hoc unum bellum prius perpetratum, quartum captum, Romæ auditum est.*

## Bellum Macedonicum tertium.

### CAP. XIV.

- 1 Quidam fato, quasi ita conuenisset inter  
 Peronos & Macedonas, ut tertio quoque  
 2 vincerentur, eodem tempore vtrique arma mo-  
 uerunt: || sed prior iugum excutit Macedo, ali-  
 quanto quam ante (a) GRAVIOR, dum con-  
 temnitur. || Causa belli prope erubescenda. quip-  
 3 pe regnum pariter & bellum vir vltimæ sortis  
 Andrisus inuaserat; dubium liber an seruus,  
 mercenarius certe: sed quia vulgo ex similitudi-  
 ne Phr-

172 LIBER II. CAP. XIV. *Pseudophilippus*  
ne Philippi, (b) *Pseudophilippus* vocabatur, re-  
giam formam, regium nomen, animo quoque re-  
gio impleuit. || Igitur dum hæc ipsa contemnit  
populus Romanus, (c) Iuuentio prætorè conten-  
tus, virum non Macedonicis modo, sed Thraciæ  
quoque auxiliis ingentibus validum, temere ten-  
tauit: (d) inuictusque à veris regibus, ab illo  
imaginario & scenico rege superatur. || Sed (e)  
consule Metello, amissum cum legione præto-  
rem, plenissime vltus est. Nam & Macedoniã (f)  
seruitute multauit: & ducem belli deditum ab  
eo ad quem confugerat, Thraciæ regulo, in Vi-  
bem in catenis reduxit, hoc quoque illi in malis  
indulgente fortuna, (g) vt de eo populus Roma-  
nus, quasi de vero rege triumpharet.

#### NOTÆ IN CAPVT XIV.

De hoc bello scribunt Epit. Liu. 50. Val. Max. 7, 5, 4. Auſtor  
de vir. illustr. cap. 61. Eutrop. 4, 3. Euseb. lib. temp. Camerz  
Adde Velleium Paterculum 1, 14.

Nunt. 2. (a) *gravior, dum contemnitur.* ] Scribit de Marſorum  
vipera Solinus cap. 8. *Brevior hæc ceteris, ac propterea, dum despicit-  
tur, facilius nocet.* quod & priuatum publicoque quis sibi quoque  
haud temere accommodauerit: quippe citius venit periculum quod  
contemnitur. Monitumque Alexandri Magni apud Curtium 6,  
3, 11. *Parua sæpe scintilla magnum exortauit incendium, Nil tuto in  
hæste despicitur: quem spreueris, valentiorẽ negligentia facies.* Sed &  
effatur Annibal apud Liuium 21, 43, 13. *Sæpe contemptus  
hostis cruentum certamen vidit, & inelisi populi regesque perleus me-  
mento victi sunt &c.* Gruterus.

3. (b) *Pseudophilippus* ] Tacitus 12, 52, 2. *Cui, vt degeneri [ h. e.  
supposititio ] Pseudophilippi nomen impostum.* Marcellin. fin. lib.  
14. vocat *Adramitenum Andriſeum in fullonio natum.* Huiusmodi  
subiectitiorum principum exempla aliquam multa lege apud  
Lipium monit. & exempl. Polit. 2, 5. Zving. theatri histor.  
Vol. 7. lib. 5. Berneggerum in Iustinum 31, 5, 6. Huius *Pseudo-*  
*philippi*

*philippi meminit & Appianus sine Punicorum, & Aliterius cuiusdam Epit. Liu. 53.*

4. (c) *Inuentio pratore*] Eutrop. 4. 3. nominat pratorem non *Inuentium*, sed *P. Panetium. Camers.*

Ibid. (d) *inuitusque à veris reg. ab illo &c.*] Neminem tam iniquum fore confido scriptori tam terso & florido, ut agro animo ferat a textas operi glossas eiici. ideoque confidenter ita repositum inuimus. fuerat: *inuitusque non à veris regibus, sed ab illo &c. non & sed sciolus aliquis inseruit textui; absunt cominodè; imo incommoèdissime adsunt.*

5. (e) *consule Metello*] Aut pratore, si Velleio 1, 11, 2. credimus.

Ibid. (f) *seruitute multauit*] Victo enim Perselibera relicta fuerat. legibusque optimis, quas Paulus præscripserat, utebatur. vide Liuium 45, 29. &c.

Ibid. (g) *ut de eo pop. Rom. &c. triumpharet*] Egregium vero solarium, quale Antiocho etiam contigit supra 2, 8, 4. quod à Rom. victus est. Iis porro quasi de vero rege simile exemplum, infra 3, 20, 14. de Spartaço, quasi imperator occisus est.

---

## *Bellum Punicum tertium.*

### *CAP. XV.*

- 1 **T**ertium cum Africa bellum, & tempore (a) Texiguum (nam quadriennio patratum est) & (b) in comparatione priorum, minimum (c) labore: (non enim tam cum viris, quam cum ipsa vrbe pugnatum est) sed plane (d) maximum euentu: quippe eo tandem Carthago finita est. || Atque si quis trium temporum momenta consideret, primo commissum bellum, profligatum secundo, tertio vero confectum est. || Sed huius causa belli, quod contra fœderis legem aduersus Numidas quidem semel parasset classem, & exercitum,
- 2  
3



174 LIBER II. CAP. XV. Carthago obsessa.  
citur, frequens autem Masinissæ fines (e) territa-  
bat. SED huic bono, locioque regi fauebatur. || (f)  
Quum bellum sederet, de belli fine tractatum est.  
(g) Cato inexpiabili odio delendam esse Cathagi-  
nem, (h) & quum de alio confuleretur, pronun-  
ciabat: || Scipio Nasica seruandam, (i) NE METU  
ablato æmulæ vrbis, luxuriari felicitas Vrbis in-  
ciperet. || Medium senatus elegit, vt vrbs tantum  
(k) loco moueretur. Nihil enim speciosius vide-  
batur quam esse Carthaginem, quæ non timere-  
tur. || Igitur (l) Manilio Cenforinoque consuli-  
bus, populus Romanus aggressus Carthaginem,  
spe pacis iniecta, traditam à volentibus classem,  
sub ipso ore vrbis incendit. || Tum euocatis prin-  
cipibus, si salui esse vellent, (m) vt migrarent fini-  
bus, imperatum. QVOD pro rei atrocitate adeo  
mouit iras, vt extrema mallent. Comploratum  
igitur publice statim, & pari voce clamatum est,  
ad arma: || seditque sententia, quoquo modo re-  
bellandum: NON QVIA spes vlla iam superesset,  
sed quia patriam suam mallent hostium, quam suis  
manibus euerti. || Qui rebellantium fuerit furor, (n)  
vel hinc intelligi potest, quod in usum nouæ clas-  
sis tecta domusque resciderunt: in armorum of-  
ficinis, (o) aurum & argentum pro ære ferroque  
conflatum est: in tormentorum vincula, (p) ma-  
trona crines suos contulerunt. || (p) Mancino de-  
inde Consule, terra marique feruebat obsidio.  
Operis portus nudatus; & primus, & sequens,  
iam & tertius murus, quum tamen (q) Byrsa,  
quod nomen arci fuit, quasi altera ciuitas resiste-  
bat.

- 12 bat. || Quamuis profligato vrbis excidio, tamen  
(r) fatale Africæ nomen Scipionum videbatur:  
Igitur in alium Scipionem conuersa Respublica,  
finem belli reposcebat. (s) Hunc Paullo Macedo-  
nico procreatum, Africani illius magni filius, in  
decus gentis assumpserat, hoc scilicet fato, vt  
quam vrbem concusserat auus, nepos eius euer-  
13 teret. || Sed vt QVAM maxime mortiferi esse mor-  
sus solent morientium bestiarum; sic plus nego-  
tii fuit cum semiruta Carthagine, quam integra.
- 14 || Compulsis in vnam arcem hostibus, (t) portum  
quoque maris Romanus obsederat. Illi alterum  
ibi portum, ab alia vrbis parte foderunt: nec vt  
fugerent, (u) sed quia nemo illos hac euadere pos-  
se credebat. Inde (x) quasi enata subito classis eru-  
15 pit: || quum interim iam diebus, iam noctibus,  
noua aliqua moles, noua machina, noua perditio-  
rum hominum manus, quasi ex obruto incendio  
16 subita de cineribus flamma, prodibat. || Deplo-  
ratis nouissimè rebus, quadraginta se millia vi-  
rorum dederunt. (y) quod minus credas, duce  
17 Adrubale. || (z) Quanto fortius femina, (a) &  
vxoꝝ ducis? quæ comprehensis duobus liberis, à  
culmine se domus in medium misit incendium,  
imitata reginam, quæ Carthaginem condidit.
- 18 || Quanta vrbis deleta sit, vt de ceteris taceam, vel  
(b) ignium morâ probari potest. quippe per con-  
tinuos decem & septem dies vix potuit incen-  
dium extinguui, quod domibus ac templis suis  
(c) sponte hostes immiserant: vt quatenus vrbis  
eripi Romanis non poterat, (d) triumph⁹ arderet.

## NOTÆ IN CAPVT XV.

Bellum Punicum tertium scribunt fere omnes. Epit. Liu. 47. & 49. Appianus Libyco. Aug. Ciuit. 3. 21. Plut. Catone. Eutropius 4. 3. Oros. 4. 22. & 23. Auctor de viris illustr. cap. 58. Camers. Vide omnino Strabonem lib. 17. pag. 573. Meminit & Themistius orat. 10. de pace ad Valentem, & Zonaras Annal. tom. 2.

Num. 1. (a) *exiguum*: ] Ita v. e. sine verbo *fuit*: quod sequetur in postea vulgatis: neque alioqui compareret in Pal. Gruterus.

Ibid. (b) *in comparatione*] Lege *in comparationem*, sic alibi loquitur vt 4. 10. 4. *nihil acciderat in comparationem* &c: Salmasius.

Ibid. (c) *labore: non enim*] Ita distinxit suadente sententia, & volentibus chirographis Palat. Gruterus. confer infra 4. 2. 6.

Ibid. (d) *maximum euentum*] Hausi è v. e. id etiam adprobantibus iisdem Palat. sententia proflus volente, vt fuerit scilicet, bellum tempore quidem exiguum laboreque; sed tamen maximum euentu. editi *maximo euentu*. Gruterus.

3. (c) *territabat*] Sic Pall. & editio vetus: nam alii *terriferant*, ex quo quidam *tentarent*, quod certe non probo. De re vide Appianum & Epit. Liuii. Causam autem belli quod attinet, verticem eam, meo quidem animo, fatetur Velleius 2. 12. 5. *inuidiam nimirum imperii*.

4. (f) *Quum bellum sederet*] Quidam heic legunt, *quum bellum sederet*, quos minime sequendos puto. contra enim accipiendum est, ac illi putant: *quum bellum sederet*, exponendum, quum bellum decretum esset, vt dicimus *sententiam sedere*, sic *bellum sedere*, eadem imagine & ita accipi postulat sententia. nisi enim bellum decretum fuisset, quam ineptum erat dicere, *de fine belli tractatum est*. Acumen est Annai, fiduciam virium Romanarum respicientis, cum, inquit, vix bellum suscipiendum esse creuissent, iam de belli fine tractabant. tota igitur errarunt via qui *sederet* heic legebant, nec mentem horum verborum attenderunt. Salmasius.

Ibid. (g) *Cato &c.*] Appianus Libyco pag. 38. Fertur, *Catonem nunquam non pro sententia dixisse, delendam Carthaginem: et Scipionem Nasicam contra dixisse imo sinendam Carthaginem, vt eius disciplina a maioribus tradita, iam labascens, retineatur*. Vide Cicet. de senect. 6. 8. Qua autem maxime ratione patres mouerit Cato, narrat Plinius 15. 18.



Ibid. (h) *Et quum de alio consuleretur*] Erat quippe frequens senatoribus, si quid e rep. crederent, loco sententiae promere. Tacitus 1, 33, 3. & 13, 49, 3. Obseruauit hoc etiam, ut alia pleraque, celeberrimus meritoso Briffonius lib. 1. formul. pag. 185. & post eum Rosinus antiquitatum Romanarum 7, 7.

5. (i) *ne metu ablato amula urbis &c.*] Remittimus lectorem ad eos, qui prius hac de re egerunt. videatur Amiratus disert. poe. lie. 14. 1. & Gruterus ad Liuium 2, 21, 6. Quibus addatur Cleonienis dictum apud Plut. apophth. Lacon. 75. qui, dicenti, cur Argiuus deuictos, qui saepe bellum contra vos susceperunt, non delectasti? Nequaquam delendi nobis sunt, respondit, ne desint, qui iuuenes nostros exerceant. Sic Epaminonda morte etiam Atheniensium uirtus intercudit. Siquidem amisso, cui amulari consueuerant, in segnitiam et aporemque resoluti &c. Iustinus 6, 9, 1. Porro in scriptura etiam huius loci est quod desiderem, nam vox ista urbis, cum statim sequatur conuenientiori sede, aures hic in ameno sonore ferit, igitur abiiciendam putem, praesertim cum nihil iuuet sensum, sed inquinet.

6. (k) *loco moueretur*] Situ enim maxime opportuno erit Carthago. unde praecipua illi opum initia & incrementa, quod etiam tangit Censorinus in orat. ad Carthaginenses, apud Appianum in Punicis. Hac de causa Corinthum, alterum ora maritimae ocellum, sustulerunt Romani, opportunitatem loci maximae sequuti, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhiberi. Cicero de officiis 1, 11, 4.

7. (l) *Manilio Censorinoque Cofs.*] De nominibus horum Cofs. non omnes conueniunt. Eutrop. habet L. Manlio Censorino, M. Manlio Cof. Orof. L. Censorino, M. Manlio Cof. Liuius 49. L. Martio. M. Manlio Cof. Camers. Vt cuique se res habeat, in nomine vel praenomine vitium sit oportet, hoc argumento, quod Manlio Capitolino post necem illatam haec quoque gentilitia nota addita est, gentis enim Manlia decreto cautum est, ne qui deinde M. Manlius uocaretur. apud Liu. 6, 20, 12. Vinerus in somnium Scipionis ostendit horum Cofs. nomina fuisse, L. Marcus Censorinus, & Manius Manilius.

8. (m) *vi migrarent finibus*] Eandem conditionem Saguntinis etiam obtulit Annibal, quam ipsi non magis acceperunt, quam hoc loco Carthaginenses. Vide Liuium 21, 13, 6.

10. (n) *aurum & argentum*] Idem refert A. Jouis Chronic. anno 4614.

Ibid. (o) *matronae crines suos contulerunt*] Haec omnia latius videre est apud Appianum. Crinium hac in re usum quod attinet, saepius experti sunt veteres. Vide Veget. 4, 9. & quos ibi citat

Stevvechius, vt Capitolin. in Maximinis [ siue Maximo & Balbino, cap. 11. & 16. ] Vitru. 10. 17. Dion. in Scueto. Cæsar. Bell. Ciuil. 3. 9. Appianum de bell. Punic. quibus adde Frontinum 1, 7. 3. & 4. & Polyænum de Thais. lib. 8.

11. (p) *Mancino deinde Cos.* ] L. Hostilium Mancinum hoc bello non fuisse Cos. satis certum est, sed proximo anno post deuictam Carthaginem, Annales Cos. & Plinius 35, 4. testantur, quia L. Mancinus primum cum exercitu Carthaginem irrupit, & postea Carthaginem, proeliaque facta, in foro proposuit: proximis comitiis Cos. creatus est. quare hic aut *legato* aut *classis præfecto* scribendum est. legatus enim pro collega Sp. Postumio Albino datus est, Calpurnio Pisoni Cos. & classis præfectus fuit, quousque eum Scipio Aemilianus Romam remisit. Stadius Hic est ille Mancinus, qui sicut Africanus prior, vtero matris excisus est, ita enim videtur legendum apud Plinium 7, 9. non vt vulgatur, *Mantius*. & ibidem *Auspiciatus anella parentis* *gignuntur*. malim legi *excisus*, eadem forma, qua *exciso vtero* *edere* dixit Vlpianus l. 147. de V. S.

Ibid. (q) *Byrsa, quod nomen arci fuit* ] Carthaginis situm Appianus Lybicus, & Strabo lib. 17. nam apud Liu. lib. 26. desideratur, describit: sitam esse in peninsula, cuius ceruix in meridiem continet; Africa trium fere millium latitudine adhaeret, in qua Byrsa & murus ille triplex. Stadius. Vide & Iustinum 18, 5.

12. (r) *fatale Africa nomen Scipionum* ] Idque securis etiam temporibus creditum: Suetonius Cæsar. 15, 4.

Ibid. (s) *Hunc Paulo Macedonico procreatum* ] Paullus Aemilius ex quatuor filiis formæ insignis, egregia indolis, duci iura adoptronum in Corneliam Fabiamque gentem translator, sibi ipse denegavit, &c. Val. Max. 5, 10, 2. Lege Plut. in Emilio cap. 7. [ & Liuium 45, 41. 10. ] In sædum errorem Appianus Syriac. pag. 105. c. prolapsus est, qui hunc Scipionem Aemilianum eum fuisse opinatus est, qui ab Antiocho puer captus fuit, & P. Scipioni patri restitutus. Sed eius oppositum Latini omnes asserunt. Lege Val. 3, 5. Cameræ. Appiani errorem obseruauit etiam Bongarsius ad Iustin. 31, 7, 4.

14. (t) *portum quoque maris Romanus obsederat* ] Quis ille portus maris? An portum maris *αὐλονῆσιν ἢ ἐπὶ αὐλονῆσιν* ἢ ἑπειὼν vt Greci dicunt, vocat? vt opponatur fossitis portui. sequitur enim, *illi alterum ibi portum ab alia urbis parte foderunt*. legebam alioquando, portum quoque Mars Romanus obsederat: Sed adhuc hæreo: cur non ita loquutus est, portum quoque Romanus obsederat, vt sexcentis aliis in locis loquitur? nihil tamen video melius illa lectione, quam etiam confirmant libri veteres. Salmasius.

Ibid. (u) *ſed quia nemo illos hac euad.*] Scripti omnes nec pro hac retinent. ita igitur hunc locum emendamus, *ſed qua nemo illos nec euad.* manifeſta ſententia. Salmaſius.

Ibid. (x) *quafi enata ſubito eleſis*] Non abſimilis Curtii 9, 8, 13. locus: Alexander *Validiſſimam* Sabi regis urbem cuniculo cepit. Barbaris ſimile monſtri viſum eſt, rudibus militarium operum: quippe in media ferme urbe e terra exiſtabant, nullo ſuſſoſi ſpecui aut veſtigio facto. Cui loco particulam *id* poſt verbum cepit excidiſſe, inonendum duxi. aliter enim oratio eſſet ſine calce arena.

16. (y) *quod minus credas*] Acidalius ad Velleium 2, 117, 1. mal-let quod poſſet etiã legi quodq., ſed purò retineri poſſe vulgatum.

17. (z) *Quanto fortius femina?*] Hanc hiſtoriam, vralios ſileam, lege apud Valer. Maxim. 3, 2, 8. eſt in Appianus circa fin. Lybici recitat huius mulieris ad Scipionem & Haſdrubalem verba. Camers.

Ibid. (a) *& uxor duci*] Illa verba videntur irreptitia. qualia enim antitheſis? quæ ſublata, illis belliffima eſt. præterquam quod Flori genium non ſapit hæc verborum narratio, *femina & uxor duci.* videtur adſcriptum fuiſſe. *id eſt uxor duci,* à ſtudioſo quodam.

18. (b) *ignium mora*] Nam Carthago incenſa eſt. Horat. Carm. 4, 8, 17. — *incandia Carthaginis impia*  
Et Epodon 7, 5.

*Non ut ſuperbas inuida Carthaginis  
Romanus arces videret.*

Velleius 1, 12, 6. *dirutam* ait. Modestiſtus in l. 21. quib. modie vſuſſi. *amitt. aratrum paſſam.*

Ibid. (c) *ſponte hoſtes immiſerant*] Alia ſimilis deſperationis exempla. notauimus infra 2, 18, 15.

Ibid. (d) *triumphus*] Ita Vineri editio, nec aliter vetus, quomodo & fuiſſe in Ms. ſuo proſudit lectiſſimi ingenii Lipſius Elect. 2, 19. in Pall. duobus Gruterus, & in vetere Florentino Acidalius ad Velleium 2, 68, 4. cui tamen in voce *quatenus* nondum omnino adſentior. Vide noſtrum indicem. Similis locutio ſupra 2, 2, 32. *triumphum pertiſſe nauſtago.*

## Bellum Achaicum.

### CAP. XVI.

1 Q uafi ſæculum illud (a) euerſionibus urbium  
M 2 curreret



180 LIBER II. CAP. XVI. *Corinthus euerſa.*  
curreret, ita Carthaginis ruinam ſtatim <sup>(b)</sup> Corin-  
thus excepit, Achaia caput, Graecia decus, <sup>(c)</sup>  
inter duo maria Ionium, & Aegæum quali ſpe-  
ctaculo expoſita. Hæc <sup>(facinus indignum!)</sup> ante  
oppreſſa eſt, quàm in numerum certorum ho-  
ſtium referretur. <sup>(d)</sup> Critolaus cauſſa belli: qui  
<sup>(e)</sup> libertate à Romanis data aduerſus ipſos uſus  
eſt: <sup>(f)</sup> Legatosque Romanos, dubium an & ma-  
nu, certe oratione violauit. <sup>(g)</sup> Igitur Metello,  
ordinanti tum maxime Macedoniã, mandata eſt  
ultio: & hinc Achaicum bellum, ac primam  
Critolai manum Metellus <sup>(h)</sup> Conſul, per paten-  
tes <sup>(i)</sup> Elidis campos, toto cecidit Alpheo. <sup>(k)</sup> Et  
vno prælio peractum erat bellum: iam & vr-  
bem ipſam terrebat obſidio: ſed (FATA rerum!)  
<sup>(l)</sup> quum Metellus dimicaſſet, ad victoriã Mum-  
mius venit. <sup>(m)</sup> Hic alterius ducis Diæi late exer-  
citurum ſub ipſis Iſthmi faucibus fudit, geminos-  
que peritus ſanguine infecit. Tandem ab incolis  
deſerta <sup>(n)</sup> ciuitas, direpta primum, deinde <sup>(o)</sup>  
tuba præcinente, deleta eſt. <sup>(p)</sup> Quid ſignorum,  
quid veſtium, quidue tabularum raptum, in-  
cenſum atque proiectum eſt? <sup>(q)</sup> Quantas opes  
& abſtulerit & cremauerit, hinc ſcias, quod quic-  
quid <sup>(r)</sup> Corinthii æris toto orbe laudatur, incen-  
dio ſuperfuiſſe comperimus. <sup>(s)</sup> Nam & æris no-  
tam precioſiorem ipſa opulentiffimæ vrbis fecit  
iniuria: quia incendio <sup>(t)</sup> permittis plurimis ſta-  
tuis atque ſimulacris, æris, auri, argenti que  
venæ in commune fluxere.

NOTÆ IN CAPVT XVI.

Hoc bellum ſcribunt Epit. Liu. 51. & 52. Iuſtinus 34. 1. & 2. Val. Max. 7. 5. 4. Auclor de vit. illuſtr. cap. 60. Eutrop. 4. 3. Oroſ. 3. 2. Cicer. pro L. Manil. cap. 5. & Offic. 1. 11. Plin. 35. 12. Capta autem Corinthus eſt Olympiadis 156. anno 3. anno V. C. 608. Plin. 34. 2. Camers. Vide etiam Strab. lib. 8. Vellei. 1. 13. Zonar. tom. 2. Pauſan. princ. Corinth. latius in Achaicis.

Num. 1. (a) *euerſionibus urbium*] Recte ad eam formam ſicue Claudianus epigr. de ſene Veronenſi :

*Fragibus alternis, non conſule, computat annum.*

Alii praeue, *euerſionis urbium*. Simile eſt quod dicit infra 3. 9. 1. *Aderat fatum in ſularum.*

Ibid. (b) *Corinthus*] De hac vrbe vide Strabonem lib. 8. pag. 260. &c.

Ibid. (c) *inter duo maria*] Inde *Bimarus*, ἀμφιθάλασσοε dicta Poëtris: Horatio 1. Carm. 3. Ouidio epist. 12. 27. Prudent. contra Symmach. 2. 352. Sidonio Carm. 2. 476. & epist. 9. 13.

2. (d) *Critolaus cauſſa belli*] Cicero de natura deor. 3. 38. *Critolaus euerſit Corinthum: Carthagineſem aſtrudal, Hi duos illos oculos gra maritima effodeſunt.*

Ibid. (e) *libertate a Pom. data &c.*] Supra 1. 21. 2. *Volſinienſium ſerui libertatem a demum datam in ipſos erexerant.*

Ibid. (f) *Legatos &c. violant*] De eorum qui legatos violant poena, vide ſcriptores quos ſupra 1. 18. 5. k. citauimus.

3. (g) *Ordinantium maxime Macedoniam*] Ita Pal. text. & o. e. ante Vincetum. Zinzerling. promiſſi Crit. iuuen. legit. *cum maximis*, quod cur non omnino probem, dicam in Indice.

Ibid. (h) *Caf.*] Aut praetor. vide ſupra 2. 14. 5. c.

Ibid. (i) *Elidis*] verus *Elide*, eſt *Elida*. Sic alibi *Leucadam* dixit, vt pluribus ibi diſputamus, Salmalius.

4. (k) *uno proelio*] Metellum cum Achaëis Boeotique duobus proeliis congreſſum, primo ad Thermopylas, altero in Phocæis vicille, auctores habeo Pauſaniam in Achaicis & Oroſium 5. 3. Stadius.

Ibid. (l) *quum Met. dimicaſſet, ad victoriam Mumm. venit.*] Mirime nouum eſſe, vt interuerrantur praemia, alterius conſilio periculoque parata; victoriaque iam parata e manibus eripiat, ſucceſſoris noui ſuperuentu; non exili ſuggeſtu exemptorum probatum nobis ad Tacit. H. 4. 86. 5. Grutero. Vnde ſapientia inuidia decedentium, & rerum gerendarum impedimenta: Vi.

de Salluſtium Jug. cap. 83. & Val. Max. 9. 3. 7.

5. (m) *Dicit late*] Haſtenus omnes dignitate abſurde. Emen-  
datio eſt eruditiffimi Pighii, quam ob euidentiam ſuam textui  
inferuimus. Hoc enim nomen Achaici imperatoris. Vide latius  
ipſum Pighium in annalibus Romanis, anno V. C. D C VII.

Ibid. (n) *ciuitas & c. deleta eſt*] Iuſtinus 34, 2, 6. *Urbs ipſa Corinthus  
diruitur: populus omnis ſub corona venditur: ut hoc exemplo cetera  
ciuitatibus meritis nouarum rerum imponeretur. Cui conſentit Zona-  
tas tomo ſecundo.*

Ibid. (o) *tuba pracinente*] Neſcio quid antiqui moris hoc ver-  
bo Flerus tangit, quod forte (dum certioſorem huius loci ex-  
plicationem comminiſci, aut velin alii, aut nos poſſimus) non  
inepte referretur ad veterem illum in ciues anima duerrendi ti-  
tum, quom ad Tac. 2, 32, 8. Lipſius explanat: ut quemadmo-  
dum illo caſu, ſic hoc noſtro, tuba cecinerit, quo omnibus in-  
notefceret, autoritate inſluque publico negotium iſtud peragi.  
Sive potius eo factum, ut eodem modo deſtrueretur, quo condi-  
ſolebant vrbes; niſi quod ibi tibiae adhibita. Vide Pauſan. Me-  
ſſen. pag. 258. quemadmodum etiam Athenienſium muros di-  
ruit Lyſander, Plut. in vita cap. 28.

6. (p) *incenſum atque proiecſtum*] A militibus nempe precium  
eorum non aſſimantibus, ſub duce nihilo rerum iſtarum pro-  
dentiore. Mummius enim, ut traditur, magnanimitatis quam arti-  
ficiorum ſtudioſior Strabo lib. 8. pag. 263. & tam vauis fuit, ut eum  
maximorum artificum perfectas manus tabularum, ac ſtarum in Italiam  
portanda locaret, iuberet praediſi conducentibus, ſi eos perdidiffent, ut  
nas eos redditoras. Velleius 1, 13, 6.

Ibid. (q) *quantas opes*] Corinthus antiquitus opulentiffima,  
qua de cauſa Homerus II. 2. 570.

— & *ἄφρατος πόλις ἐστίν.*

Ibid. (r) *Corinthii artis*] Toto vrbe celeberrimi. Cuius memoria  
pleni ſcriptorum libri. Vide praecipue Plin. 34, 2. & Murenum  
Var. lect. 3, 5. Hinc Romanis primum ſigna & tabulae pictae in  
precio & admiratione; vide Plin. 35, 11. quamuis Salluſt. Cat.  
11, 8. videatur iſtud Sulla temporibus tribuere.

7. (ſ) *permiſſis*] Sic & Pal. & v. e. aliae enim fere, *peruſſis* [ve-  
ſtigio verae lectionis *permiſſis*] poſtea Vineti ed. omiſerat vocem  
*uens*, quam reuocauit, ſuaſu ceterorum Impr. item Pall. Grutes

## Res in Hispania geſta.

### CAP. XVII.

V T Carthaginensium Corinthus, ita Corinthum !



Numantia sequuta est. Nec deinde toto orbe  
2 quicquam intactum armis fuit. ¶ Postilla duo (a)  
clarissima urbium incendia, late atque pas-  
sim, nec per vices, sed simul pariter quasi vnum  
vndique bellum fuit; PRORSVS vt illæ vrbes,  
3 incendia toto orbe viderentur. ¶ Hispaniæ nun-  
quam animus fuit aduersus nos vniuersæ confur-  
gere: (b) nunquam conferre vires suas libuit, ne-  
que aut imperium experiri, aut libertatem tueri  
suam publice. alioquin ita vndique (c) mari  
Pyrenæoque vallata est, vt ingenio situs (d) nec  
4 adiri quidem potuerit. ¶ Sed ANTE à Romanis  
obsessa est, (e) quam se ipsa cognosceret; & sola  
omnium prouinciarum VIREs suas, postquam  
5 victa est, intellexit. ¶ In hac (f) prope ducentos  
per annos dimicatum est, à primis Scipionibus in  
Cæsarem Augustum, non continue nec cohæ-  
renter, sed prout causæ lacerant: nec cum Hi-  
spanis initio, sed cum Pœnis in Hispania, inde  
6 contagio & series causæque bellorum. ¶ Prima  
per Pyrenæum iugum signa Romana Publius &  
Cnæus (g) Scipiones intulerunt: præliis que in-  
gentibus Annonem & Asdrubalem fratrem An-  
nibalidis ceciderunt: raptaque erat imperu Hispania,  
nisi fortissimi viri, in ipsa sua victoria, oppressi  
Punica fraude cecidissent, terra marique victo-  
7 res. ¶ Igitur quasi nouam integramque prouin-  
ciam vltor patris & patru (h) Scipio ille, mox  
Africanus, inuasit: isque (i) statim capta Cartha-  
gine, & aliis urbibus, nõ contentus Pœnos expu-  
lisse,

lisse, stipendiariam nobis <sup>(k)</sup> provinciam fecit: omnem citra vltraque Iberum subiecit imperio: primasque Romanorum ducum, victor ad Gades & Oceani ora peruenit. <sup>(l)</sup> **PLVS** est provinciam 8  
 retinere, quam facere: itaque per partes iam huc, iam illuc missi duces, qui ferocissimas, & ad id temporis liberas gentes, **DEO** impatientes iugi, multo labore, nec incruentis certaminibus seruire decuerunt. <sup>(m)</sup> Cato ille Censorius Celtiberos, id est robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit. <sup>(n)</sup> Gracchus, pater ille Gracchorum, eosdem <sup>(o)</sup> centum & quinquaginta urbium euersione multauit. <sup>(p)</sup> Metellus ille, <sup>(q)</sup> qui ex Macedonia 10  
 cognomen meruit, quum & Contrebiæ memorabili cepisset exemplo & Nertobriges, maiori gloria pepercit. <sup>(r)</sup> Lucullus Turdulos, atque 11  
 que Vaccæos. de quibus Scipio ille posterior, singulari certamine, quum <sup>(s)</sup> rex fuisset provocatus, opima retulerat. <sup>(t)</sup> Decimus Brutus ali- 12  
 quanto latius, Celticos Lusitanosque, & omnes Callæciæ populos, <sup>(u)</sup> formidatumque militibus <sup>(x)</sup> flumen Obliuionis: peragratoque victor Oceani littore, non prius signa conuertit, quam <sup>(y)</sup> cadentem in maria solem, obrutumque aquis ignem, <sup>(z)</sup> non sine quodam sacrilegii metu, & horrore deprehendit. <sup>(a)</sup> Sed tota certaminum 13  
 moles cum Lusitanis fuit & Numantinis, nec immerito. **QVI** P P E solis gentium Hispaniæ <sup>(a)</sup> duces contigerunt. Fuisset & cum omnibus Celtiberis, **NI** S I dux illius motus, initio belli oppressus esset, summus vir astu & audacia, si <sup>(b)</sup> res 14  
 cessisset,

- 14 cessisset, Salondicus. || qui hastam argenteam qua-  
tens, (c) velut cælo missum, vaticinanti similis,  
omnium in se mentes conuerterat. Sed quum  
pari temeritate sub nocte castra consulis adi-  
isset, iuxta tentorium ipsum pilo vigilis exce-  
15 ptus est. || Ceterum Lulitanos (d) Viriatus ere-  
xit, vir calliditatis acerrimæ: qui (e) ex venatore  
latro, ex latrone subito dux atque imperator, &  
si fortuna cessisset, (f) Hispaniæ Romulus, non  
contentus libertatem suorum defendere, (g) per  
quatuordecim annos omnia citra vltraque Ibe-  
16 rum & Tagum, igni, ferroque populatus; || castra  
etiam pratorum, & præsidum aggressus, (h)  
Claudium Vnimanum (i) pæne ad internicionem  
exercitus (k) cecidit, & (l) insignia trabeis & fasci-  
bus nostris, quæ ceperat, (m) in montibus suis  
37 trophæa fixit: || tandem (n) etiam Fabius Maxi-  
mus consul oppresserat: sed à successore Pompei-  
lio (o) violata victoria est. quippe qui conficien-  
dæ rei cupidus, fractum ducem, & extrema de-  
ditionis agitantem, per fraudem, & insidias, & (p)  
domesticos percussores aggressus, (q) HANC HO-  
sti gloriam dedit, vt videretur aliter vinci non  
potuisse.

---

NOTÆ IN CAPVT XVII.

Bella quæ post dieteram Corinthum orta sunt, lege in Epit.  
Liu. 51. & 52. Iustin. lib. 34. & inde. Eutrop. 4. 3. Orof. 5. 3. Co-  
teri locis suis citabuntur. Camers.

Num. 2. (a) clarissima] Nullius dubito, auctorem scripsisse,  
clarissimum, nec esse puto, vt rem tam claram rationibus aut  
exemplis firmem.



3. (b) *nunquam conferre vires suas libuit*] Lege Strabonem lib. 3. pag. 109. Ea pestis & olim & hodie fortissimos florentissimosque populos perdidit. Tacit. Agr. cap. 12. Britannii in commune non consulunt: rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conuentus, ita dum singuli pugnant, vniuersi vincuntur.

4. (c) *mari Pyrenaeoque vallata est*] Hispania situs, ians, &c. habetur ab omnibus. Lege Strab. lib. 3. Plin. 3, 1. 2. & 3. Iustin. lib. 44. Solin. cap. 36. Plura Silius 3, 325. &c. Claudian. de lau. de Serena. Avienus ibi: — *Hic Hispanus ager &c.*  
Et parum infra locum de prauatum sic castigauimus,

*Geni agrat [an habitat?] rupi vestigia Pyrenae.*  
Camers. Vide praecipue Ludouici Nonii Hispaniam, opus accuratum, & multae eruditionis. Haec autem solida populorum munimenta sunt, mare & mons. de quibus vtriusque infinita bonorum auctorum dicta coaceruauimus ad Tacit. 1, 9, 12. item 14, 23. Gruterus.

Ibid. (d) *nae adiri quidem*] Tantum abest vt oppugnari. di. Etum enim est, sicut illud Liuii 44, 6, 7. *Sunt enim Tempa salua, etiam si bello non fiat infestus, transitu difficilis.* Similia passim apud auctores.

Ibid. (e) *quam se ipsa cognosceret*] Bene igitur nosse supra 1, 8. censum Seruii commendat eo quod effecerit, vt *ipsa se nosset* cesset. Pertinet huc adagium nostratum, quo dicunt, equum si vires suas nosset, homini, quippe debiliori, non ita patienter pariturum. Eaque de causa *sententia in senatu dicta, vt seruos a liberis cultus distingueret*, improbata est, cum appareret periculum, si serui dominos numerare, & inde suam multitudinem viresque aestimare, cepissent. Senec. Clement. 1, 24.

5. (f) *prope ducentos per annos*] Consentiant Liuius 28, 12, 10. Vellei. 2, 90, 3. Strabo lib. 3. pag. 109.

6. (g) *Scipiones*] Vide sup. 1, 6, 36.

7. (h) *Scipio*] Pro his quae hic de Scipione superiore narrantur, lege quae supra 2, 6, 37. i. sunt annotata, quibus addo quae scribit Plut. in Apophth. Camers.

Ibid. (i) *statim capta Carthag.*] Ita coniungo, innuit enim eodem die oppugnata[m] captamque. Vide supra 2, 6, 39.

Ibid. (k) *provinciam fecit; omnem*] V. e. urbem neque secus Ital. tert. vt suspiciet locum hunc coinquinatum glossis liberiorum. nam statim sequentia, *omnem citra ultraque Iberum subiecit imperio*, non satis cohaerent praedictis. poterat quidem singula & omnia citra ultraque &c. sed quis adstruet ei fidem? Gruterus. Salmalius

Salmasius omne legendum ait, idque probat ad Solin. pag. 1191.

2. (1) *PLVS est provinciam retinere, quam facere*] Eadem sententia 4, 12, 29. Similis apud Liuium 37, 35, 5. *Parari singula adquirenda facilius possunt, quam vniuersa teneri.* Curtium 4, 11, 9. *Facilius est quadam vincere, quam tueri.* Quod ipsum quam difficilem, aut debilem faciat vniuersalis monarchiæ constitutionem, feliciter ostendit, ille, breuiter dicam, literis & armis egregius Marcus à Rechlingen, in dissertatione sua de Monarchia Vniuersali.

9. (m) *Cato*] Gesta huius Catonis contra Celtiberos, scribit Plut. in vita, & in apophth. Val. Max. 4, 3, 11. Auctor de vir. illustr. cap. 47. Frontin. 1, 1, 1. & 4, 7, 31. Multa Cicero in Catione maiore. Plin. 14, 13. *Cato, inquit, quum in Hispaniam nauigaret, unde cum triumpho rediit, non aliud, inquit, vinum bibi, quam remiges.* Idem Frontin. 4, 3, 1. Lege quæ scribit Gellius 13, 13. Camers.

Ibid. (n) *Gracchus*] Quod hic dicitur de Graccho patre habetur cap. 57. Auctoris de vir. illustr. De isto Graccho Val. Max. 4, 6, 1. Plinius 7, 13. Cicero de diuin. 1, 18. & alibi. Camera. Adde Liuium 41, 6, 3.

Ibid. (o) *CL. urbium euerfione*] Liuius 10, 49, 1. *CILL. oppida intra paucos dies in deditioem accepit.* Polybius auctor est euerfisse Gracchum CCC. vrbes Celtibericas, quod tamen comice exagitat Posidonius apud Strab. lib. 3. pag. 111. in Gracchi gratiam inquit ab eo turribus urbium nomen inditum, quod nostro quidem sæculo non semel vidimus, cum effigies ducum passim circumferrentur, adiunctis imaginibus locorum quæ cepissent, inter quæ sæpius ignobiles vici, aut modica oppidula, sub ingenti titulo conspiciabantur.

10. (p) *Merellus*] Merelli gesta in Hispania lege in Epit. Liuij. Val. Max. 7, 4, 5. & Auct. de vir. illustr. cap. 61. Frontin. 1, 1, 12. Camers. Adde Appian. de bello Numant. & Vellei. 2, 5, 2.

Ibid. (q) *qui ex Maced. &c.*] Hæc est ed. Vineti; neque ea tamen longe integrior quam aliarum, in quibus: *qui ex Maced. cognomen meruerat Celtibericus fieri, cum & Contrebiam memorabile cepisset exemplo, & Nertobrigis &c.* Et vero Pall. duo magis accedunt huic scripture, quam priori. quippe est in sec. *qui ex Maced. cognomen meruerat, & Celtibericus fieri, cum & Trobiam mem. cep. ex. & Nersabrin &c.* ad tert. habet; *qui ex Mac. cog. mer. & Celtibericus filius: cum & Contreb. mem. cep. ex. & Nersabrigis &c.* Ego his me non expedio, suspicabar tamen legi posse voce vna bis posita; *qui ex Mac. nomen meruerat, meruerat & Celtibericus fieri, cum & Contreb. mem. cep. ex. & Nertobrigibus maiora gloria percipisset.* Corre omnino mihi persuadeo, illa *mer. glor. percipisset.* minime accommodanda cognomini; sed vbi vni cui peper-

erat, cum alteram vi captam diripuisset. Gruterus. Forte nec absurde legeretur hoc modo: cui ex *Maced.* cognomen, meruerat & *Celtibericus* fieri, cum & *Contr. mem. cep. ex. & Nertobrig. mai. glor. peperuisset.* & ne quem offendat ista dictio, *Celtibericus* fieri, ea vltus est iterum noster infra 3, 8, 1. Appian. de bellis Hispan. pag. 281. *Nergobrigas* appellat. Val. Max. 3, 1, 5. *Centobricenses.*

11. (r) *Lucullus*] *Luculli gesta in Hispania* scribit Val. Max. 3, 2, 8. *Epit. Liu. 48.* Auctor de vir. illust. cap. 58. Ab his eisdem habetur, quod hic de Scipione *Æmiliano.* Camers.

Ibid. (f) *rex fuisse provocatus*] Ita Pall. duo, & e. v. & probauit olim Salmasius: ad eam formam Varro apud Diomed. lib. 1, affectatus est regnum, dixit, Liu. 4, 24, 2. *communicati sunt.* Ouid. de Ponto 1, 3.

*Hanc probat, & primis dilectam semper ab annis.  
Est inter eamites Marcia censa suas.*

Sueton. August. 21, 9. *multatus est rebellantes.* Nam apud Val. Max. 5, 2, 3. ext. malim legere quodam *Tarentinorum in consuiuo parum honoratum de se sermonem habitum.* Ne vero quid dissimulem, videtur mihi Florus aliter scri. v. ille. quis enim iste rex, cuius nec *Liu. epit. nec Velleius 1, 12, 4.* nec Appian. 284. e. meminerunt? non omisuri puto, si quid eius rei fuisset. quid ergo si literas istas *Rex* ita scriberem, cum *R. ex. fuisse provocatus.* h. e. *Rom. exercitus,* quod aperte Appianus. nec obstat illud *opima,* quo ab usum opinor auctorem, & hoc nomine decorasse insignia, celebra spolia: quod & hoc euincit, quod Scipio tum non imp. erat, sed Trib. tantum militum; deinde quod Plut. scribit Rom. cap. 27. & Marcello cap. 10. tria tantum ad sua vsque tempora *opima spolia* fuisse. Proprie *opima* quæ sint, notum ex *Liuio 4, 20, 7.* quamuis Varro apud Festum in *Opima spolia* ea etiam sic vocari dicat, quæ miles detraxerit, dummodo duci hostium. quod ita non obseruatum fuisse, & *Liuus* indicio est, & hoc ipsum Scipionis, parque *Licinii Crassi* certamen, qui similiter ducem hostium in *Thracia,* sed imperatore *Augusto* confecit, nec idcirco spolia *opima* more maiorum retulerunt. Vide Val. Max. 3, 2, 6. vbi leg. *quia sub alienis auspiciis rem gesserant.* Ean dem scripturam *rex pro Rom. exerc.* extare in libris *Liu. notauit Beatus Rhenanus.*

12. (r) *Decimus Brutus*] Quæ de *Decio Bruto* dicit *Florus,* sumpta sunt ex *epit. Liu. 55. & 56.* meminuit Val. Max. 9, 15. si tamen non est alius. Camers. *Decimus* autem scribendum, non *Decius,* hoc enim proprium nomen est, alterum gentilitium. Appian. *Sextum* appellat. *Vellei. 2, 5, 1. Aulum.* *Decimum* autem præter nostrum *Liuus.* *Plutarchus* quærit Rom. cap. 34. *Tabula Capitolinae* consulares & triumphales, *Cassidorus* ac *Paninius,* quin & nummus quidam ægentis, denarius, qui D.



GALLAIC. habet; quem penes se esse dicit Franciscus Fernandus de Cordoua in didascalua sua multiplici, cap. 45.

Ibid. u) *formidatum militibus*] Chronicon Hispanum Floriani de Ocampo 3, 27, cum dissentium Celticorum & Turdulorum narrasset, addit: exinde persuasionem fuisse apud gentes, eos qui tangerent aquas istas, sui suorumque commodorum obliuisci. sed verba auctoris sic se habent: *figurose iurto con esto, que las gentes, comarcana, y todos los otros españoles, quanto del tuuieron noticia, rehusauan despues desto muchos siglos adelante de tocar en sus aguas, creyendo ser de tal propiedad, que si lo hiziessem, perderian la memoria de si mesmos y de sus prouechos, con oluido perpetuo, de quanto los cumpliesse, como tambien auian hecho los Galas sobredichos quando lo passaron: la qual superstition durò por alli casi todos los tiempos dela gentilidad, hasta que sus naturales y vezinos recibieron nuestra santa fe Catholica.* quod equidem ex parte confirmat Epit. Liu. 55.

Ibid. (x) *flumen obliuionis*] Ferunt inter Celticos & Turdulos, cum ferissent expeditionem eo, Lymeo flumine transito, ortam seditionem: ad quam cum accessisset ducis obitus, mansisse illos ibi dispersos, indeque Obluioni fluuio factum nomen. Strabo lib. 3. pag. 106. Florianus nescio què Iulianum Lucam diaconum citat, qui proeliū inter eas gentes commissum, & Celticum ducem occubuisse narret. Alium fluuium Lethen conffituit idem Chronicon 2, 34. quod cefellitur à Cordoua dicto loco. Alius item est hoc nomine, qui circa Syrtis delabatur. sed de eo non est sermo hoc loco.

Ibid. (y) *cadentem in maria solem &c.*] Poëtico more, sed & ex opinione communi. vide quæ notat Lipsius ad Tacit. de mor. Germ. 45, 2. *sonum emergentis (solis) audiri.*

Ibid. (z) *non sine quodam sacrilegii metu*] Diuinus ille Scaliger ad Eusebium p. 134. putida hæc censet & *κακόηλα*. & videtur sane, nisi forte Florum tueatur Tacitus de mor. Germi 34, 7. vbi dicit *Sanctius ac reuerentius visum, de actis deorum credere quam scire.* ideo sacrilegium pæne fuisse ait Florus, præ grande illud mysterium coram deprehendere. Quo etiam allusisse videtur exquisitissimus adulator L. Vitellius, qui Caio percontanti, vidisset ne secum Luna congregatis oculis in tertam demissis, tremens, velut attonitus, exigua voce: solis respondit, *Domine, vobis diu licet inuicem videre.* Dio lib. 59. fin.

13. (a) *duces*] Tantū esse exercitum, quanti imperatorem, vere proditum est. noſter infra 2, 18, 15. vbi vide.

Ibid. (b) *res cessisset*] Sic emendat Vinetus ad probantibus visis doctis. Ita mox si fortuna cessisset, & infra 3, 1, 2.

Ibid. (c) *velut calis missum, atiginanti serpili*] Eiusmodi superstitio

perſitio quantum roboris habeat in animis imperitæ plebis, præter hoc exemplum etiam reſtimonio ſunt Eunus apud noſtra infra 3, 19, 4. vbi plura dicemus. Sertorius, qui ceruam quam manuſecerat. Diana mandata ad ſe perferre ſimulabat, apud Plut. in vita cap. 16. Maricus Boius apud Tacit. H. 2, 61. Mûnerus bello ruſtico. Anabapitiſtæ Monafterienſes. &c.

15. (d) *Viriatuſ*] Hiſtoriz huius auctores ſunt, Epit. Liuii 52. & 54. Cicer. de Offic. 2, 11. Val. Max. 6, 4, 4. Auctor de vir. illuſtr. cap. 71. Oroſ. 5, 4. Eutrop. 4, 15. Silius 3, 354. Viſti autem ſunt à Viriato M. Vetilius prætor, C. Plaucius prætor, Claudius Vni-manus. Auctores qui ſupra. Camers. Frontinus 2, 5, 7. *Celt liberorum Lucem facit, falſo, vt credo.*

Ibid. (e) *ex venatore latro*] Sic Antonius Ciceroni Philipp. 3, 22. dicitur; *ex millione dux, ex gladiatore imperator.* Simile infra de Spartaco 3, 20, 8.

Ibid. (f) *Hiſpania Romulus*] Hoc eſt fundator & conditor imperii Hiſpani, ſicut Romani fuerat Romulus.

Ibid. (g) *per XIV. annos*] Qui plurimum numerarunt, annos fecerunt XIV. belli Viriathini: vt Liuii epitoma 54. & Florus. At Appianus pag. 297. annus duntaxat octo id bellum geſtum aperte ſcribit. Aperte inquam, atque etiam exacte. Nam ille numerat ab anno D C VI. quo proprie id cepit: Liuius & Florus ab anno D CI. quo Luſitani rebellarunt, non tamen Viriatho duce: ſed quia connexa bella fuerunt, confundunt. Quorſum hæc? vt prælargum falſumque eſſe Velleianum numerum conſtet, & parte altera truncandum: *Contumelioſo X. annorum bello legito: & Iuſtinum 44, 2, 7. auctorem habeto. Hæc Lipſius ad Vellei. 2, 90, 4.*

16. (h) *Claudium Vni-manum*] De hoc Liuius nullam facit mentionem, ſed auctor de vir. illuſtr. Oroſius, Eutropius idem cum Floro dicunt. Camers.

Ibid. (i) *pene ad internec. cecidit, & &c: fixit.*] Hactenus omnes *cecidisset, & &c: fixisset.* nullo ſenſu: quod etiam Vinerus animaduertit, & propterea particulam *quam* inferendam putauit. Sed hæc noſtra emendatione, quam & Berneggerus pro veriſſima habet, res expedita eſt. Cecidit enim prætorum & trophæa illa fixit ſine dubio. ſic Auctor de vir. illuſtr. Oroſ. & Eutrop. ſupra citati. Item Adonis Chronic. ſub anno 4631. Corrupti locum particula *pene*, quæ correctoribus videbatur aliam conſtructionem requirere: quapropter verborum ſubſequentium caſum mutarunt, cum ea vox cum ſequentibus coniungenda fuerit. Simile corruptionis exemplum oſtendemus in Liuiio 4, 33. Loquitur de Mamercio Emilio quem ob imminutam cenſuram

ſoriam poteſtatem, notatum & zrarium factum, vrgentibus bel-  
lis dictatorem dixerant. legitur itaque, *Adeo, ſimul fortuna ſuita-  
tu virtute vera eguit, ut nihil cenſoris animaduerſio effecit, que minus  
regimen verum ex notata indigne domo peteretur.* Hic particula *adeo*,  
idem operata eſt quod in noſtro illa altera. ſcripſit enim Livi-  
us *eguit, nihil cenſoris animaduerſio effecit &c.* præterea non intel-  
lexerunt correctores vlm vocis *ſimul*, quæ valet *ſimulatque*, quam-  
primum, ſo batd. Ita Salluſtius Cat. 7, 3. Iuuentus, *ſimul* (ſic  
vetuſtiores edd. non *ſimul ad*) belli patiens erat, in caſtris per labo-  
rem uſu militiam diſcebat.

Ibid. (k) *caecidit, &* Dux voces in vnam coaluerant, libraria-  
rumque opera factum erat; *caecidiſſet*. male. Simile mendum in  
Juſtino 1, 3, 3. annotauimus, in voce *proceſſiſſet*, pro qua reſcri-  
bendum; *proceſſit &*. Item in l. 2. de feriis. vbi legitur, *ceſſantes  
excuſationes allegentur*, pro *ceſſ. ext. allegent*, ut &c. Similiter cor-  
rigendus Oblequens cap. 122. *Cum in agro Piſſorienſi Catilinam  
deuiciſſet, laureatos &c.* Putem legend. *C. Ant. in a. P. Cap. deu-  
ciſ. & laur. &c.*

Ibid. (l) *inſignia*] Sic Pal. & I. Vetus tamen editio *inſignia*,  
ſed illud alterum præplacet. dictum enim eſt ſicut illud Virg.  
Æn. 7, 612. — *Quirinali tyabea cultaq; Gabino Inſignis*:

Ibid. (m) *in montibus ſuis trophea ſixit*] Seruius ad Æn. 11, 6.  
Trophea non ſigebantur niſi in eminentioribus locis, Salluſt. de Pom-  
peio [Incert. 5, 7.] *Deuicti. Hiſpani, trophea in Pyren. iugis conſtituit.*  
Et quo more trophea arcebus exaſiſcati in urbibus ſiguntur. Scilicet  
vt magis ſint conſpicua. Sic infra 3, 2, 9. *Demetrius Enobarbus &  
Fabius Maximus ipſis quibus dimicauerant locis, ſaxos erectere turres,  
& deſuper exornati armuſ hoſtilibus trophea ſicere.* apud Tacit. 2, 14.  
4. Miles (Germanici) *ſtruxit aggerem, & in modum trophaeorum  
arma, ſubſcriptis victarum gentium nominibus, impoſuit.* apud Si-  
lium 15, 482.

*Pyrenes tumule clipeum cum carmine ſignat,*

*Haſdrabalus ſpolium, Gradiuo, Scipio victor.*

De trophæis Pompeii etiam Dio lib. 41. pag. 185.

17. (n) *etiam*] Ita v. c. & codd. quidam ſcripti Vineti, vt & Pall.  
alii editi, cum.

Ibid. (o) *violata victoria*] Infra 2, 20. appellat. *violare arma  
Romana.*

Ibid. (p) *domesticos percussores*] Amicos Viriati, quos pro pace  
conſequenda miſerat. vide Appian. pag. 296. m. quod item Me-  
tellus imitatus eſt, apud Salluſt. lug. 1, 6, 4. & 61, 3. Vergentibus  
iam populi Romani moribus. Prius enim minime Romana ars  
putabatur, fraus ac dolus. Hinc cum Q. Marcius gloriaretur  
decepto



decepto per inducias & spem pacis Perse, veteres, & mores antiqui memores, negabant, se in ea legatione Romanas agnoscere artes. Lilius 1, 53, 4. & 42, 47, 5. Quamvis ne hoc quidem Seruiliū factum probatum, præter ceteros etiam Val. Mal. 9, 6, 4, indicet. Vide quæ notauimus supra 1, 18, 21. f. Insidias huiusmodi de genere vocat Tacitus 11, 19, 4.

Ibid. (g) hanc hosti gloriam dedit, ut videretur aliter vinci non potuisse] Plutarchus de Sertorio simili fraude caso, in Eumene cap. 37. Neque vero Sertorii vitam dehonestauit exitus, cui quaesitum est ab sociis, quod hostium inferre potuisset nullus. Quo Lucianus respexerit, cum in Ioue Tragædo dixit, aduersarium ante pugnam sublatum, inuictum mori.

## Bellum Numantinum.

### CAP. XVIII.

**N**UMANTIA, QUANTVM Carthaginis, Caput, 1  
Corinthi opibus inferior; ita virtutis nomine & honore par omnibus, summumque, si viros æstimes, Hispaniæ decus. || quippe quæ (a) sine muro, sine turribus, modice edito in tumulo (b) apud flumen Durium sita, (c) quatuor millibus Celtiberorum, quadraginta millium exercitum, per annos quatuordecim sola sustinuit; nec sustinuit modo, sed sæuius aliquanto perculit, pudendisque fœderibus affecit. Nouissime quum inuictam esse constaret, opus quoque eo fuit, qui Carthaginem euerterat. || Non temere, (d) si facterilicet, vlli<sup>o</sup> causa belli iniustior. (e) Segulenses, socios & consanguineos, Romanorum manibus elapsos exceperant. habita pro eis deprecatio nihil valuit. || quum se ab omni bellorum contagione remouerent, in legitimi fœderis, precium iussu arma deponere. (f) Hoc Sic à barbaris acceptum, quasi

quasi manus abscinderentur. Itaque statim, (g) Megara viro fortissimo duce, ad arma conuersi, Pompeium prælio aggressi. fœdus tamen maluerunt, quum debellare potuissent. || Hostilium deinde Mancinum, hunc quoque assiduis cædibus ita subegerunt, vt (h) ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret.

6 || Tamen cum hoc quoque fœdus maluere, contenti armorum manubiis, quum ad internicionem fœuire potuissent. || Sed non minus Numantini, quam Caudini illius fœderis flagrans ignominia ac pudore populus Romanus, dedecus quidem præsentis flagitii, (i) deditio Mancini expiauit: || ceterum duce Scipione, (k) Carthaginis incendiis ad excidia urbium imbuto, tandem etiam in vltionem exanduit. || (l) SED TV NC acrius in castris, quam in campo, nostro cum milite, quam cum Numantino, præliandum fuit.

10 || Quippe assiduis & iniustis & feruilibus maxime operibus attriti, ferre plenius vallum, qui arma nescirent; luto inquinari, qui sanguine nolent, iuebantur. Ad hoc SCORTA, calones, sarcinae nisi ad vsum necessariæ, amputantur. || (m) TANTI esse exercitum, quanti imperatorem, vere proditum est. Sic redacto in disciplinam milite, commissa acies: quodque nemo visurum se vnquam sperauerat, factum est, vt fugientes Numantinos quisquam videret. || Dedere etiam sese volebant, Si toleranda viris imperarentur. Sed quum Scipio (n) veram vellet & sine exceptione victoriam, eo necessitatum compulsi, (o) primum, vt destinata morte in prælium ruerent, quum se-

ſe prius (p) epulis, quaſi inferiis, impleuiſſent, carnis ſemicrudæ, & (q) celix: ſic vocant (r) indigenam ex frumento potionem. || Intellectum ab imperatore conſilium: itaque (s) NON EST permiſſa pugna morituris. Quum ſolla, atque (t) lorica, quatuorque caſtris circumdatos, (u) fames premeret; ab duce (x) orantes prælium, vt (y) TANQVAM viros occideret, || vbi non impetrabant, placuit eruptio. ſic conſerta manu plurimi occiſi: & quum vrgeret fames, aliquantiſper (z) inde vixere. nouiſſime conſilium fugæ ſedit: ſed hoc quoque, ruptis equorum cingulis, vxores ademere, ſummo ſcelere, per amorem. || (a) Itaque deplorato exitu, in vltimam rabiem furoremque conuerſi, poſtremo mori (b) hoc genere deſtinarunt: duces ſuos, ſequæ, patriamque, ferro & veneno, ſubiectoque vndique igne peremerunt. || (c) MACTE fortiffimam, & meo iudicio beatiſſimam in iſtis malis ciuitatem! aſſeruit cum fide ſocios, populum orbis terrarum viribus fulcum, ſua manu, ætate tam longa, ſuſtinuit. Nouiſſime, maximo duce opreſſa ciuitas, nullum de ſe gaudium hoſti reliquit. || Vnus enim vir Numantinus non fuit, qui in catenis duceretur. Præda, vt de pauperibus nulla: arma ipſi cremauerant. Triumphus fuit tantum de nomine.

## NOTÆ IN CAPVT XVIII.

Bellum Numantinum ſcribunt Epiſt. Liu. 55. & ſeqq. Auſtor de vir. illuſtr. cap. 58. & 59. Val. Max. 2, 7, 1. 3, 2, 7. ext. 7, 6, 2. ext. Auguſt. Ciuit. 3, 21. Eutrop. 4, 3. Oroſ. 5, 6. Gamers. Adde Strabon. lib. 3. pag. 112. Vellei. 2, 4, 3. Appian. in Hiſpanicis. Frontin. 4, 1, 1. Plut. Mariæ cap. 3. Vegetium 3, 10.

Num.



Num. 2. (a) *sine muris* ] *Nec enim est magnus murorum usus urbibus cum visus vincendi generis.* Plut. Symp. 2, 5. Sic ad hoc quoque caput pertineat quod Strabo lib. 3. pag. 106. ait: *Quosdam eorum qui ad Durium amnem accolunt, Laconica uti vitæ ratione.* Nam Sparra sine muris, ad Antigonum usque, si credimus Iustino 14, 5, 5.

Ibid. (b) *apud flumen Durium sita* ] Sic quidem recenter editi, aut *situata.* at noster antiquus tantum habet, *apud flumen sublata,* & vere: Mss. Vineri aberat etiam vox *Darium,* eratque in plerisque, *apud flumen silata.* Pal. sec. præferi, *apud flumen Syrata:* Tert. *apud flumen situata.* Gruterus.

Ibid. (c) *quatuor millibus &c.* ] Variat Strabo dicto libro.

3. (d) *sifateri licet* ] Apud aures infueta: audire vera. Simili præfatione vitur infra 3, 7, 1.

Ibid. (e) *Segulenses socios &c.* ] Sic Pall. tres. Nam nunt iterum in scenam redit ille Nazariantis. Gruterus. Hoc autem ipsum cum Thebis dirutis Athenienses fecissent, *ita grauitertulit Alexander, ut secunda legatione bellum deprecantibus, ita demum remiserit, ut oratores & duces, quorum fiducia toties rebellet, sibi dedantur.* Iustin. 11, 4, 10. ut ita non adeo iniusta belli causa videatur, receptatores hostium inuadere.

4. (f) *hoc sic à barbaris acceptum &c.* ] De Hispanis in genere Iustinus 44, 2, 5. *plurimis militares equi & arma sanguine ipsorum cariora, vbi notam Berneggeri vide. & quæ notamus supra 1, 10, 2. d.*

Ibid. (g) *Megara viro* ] Videtur restituendum, *Megaravillo,* nam sic sane Pall. tres. nisi quod fere duabus vocibus exararint, *Megara villo.* Gruterus.

5. (h) *ne oculos quidem* ] Scio quidem à viris doctissimis exponi hæc de ardore vultus & oculorum, de quo supra 1, 16, 12. q. quædam notauimus. sed hoc loco videntur simplicius intelligenda, ut dicat auctor, non ausos appropinquare Numantinis. *Sie haben ihnen nicht getrawt vnder die Augen zu treten.*

7. (i) *deditione Mancini* ] Adde Vellei, 2, 90, 5. & quæ notamus supra 1, 16, 12. o.

8. (k) *Carthaginũ incendiũ ad excidia urbium imbuto* ] Nimirum, iter est, quacunque dat prior vestigium: ut loquitur P. Syrus. & vere Paterculus 2, 3, 5. *Non ibi consistunt exempla vnde capiunt: sed quamlibet in reuocem recepta tramitem, latissime euagandi sibi viam faciunt.* de qua re luculentiora promissimus ad Tacit. 13, 16, 8. Gruterus.

9. 10. (l) *Disciplina militaris quibus artibus reuocari possit,*

hoc ipso aliorumque ductum exemplis docent Veget. 3, 10. Frontin. 4, 1. Val. Max. 2, 7.

II. (m) *TANTI esse exercitum &c.* ] Hinc Livijs 2, 18, 15. *rem Romanam ducibus quam exercitu fortiore.* & 5, 28, 5. *multitudinem semper ferme regenti esse similem.* Antigonus Gonatas sine literarum ad Zenonem, quæ apud Lactantiu leguntur: *quali princeps fuerit, tales quoque illos qui eius imperio parent, plerunque eundem verisimile est.* Claudian. in Eutrop 2, 415.

*Cum duce mutata vires.* — & ira plane Livijs 5, 19, 3. Vide omnino Grut. ad Tacit. discursum sextum, & decimum. Adde supra 2, 17, 13. Plutarch. Lucullo cap. 30. Senec. ep 104, 40. Iustin. 4, 4, 7.

12. (n) *veram & sine exceptione victoriam* ] Sic legati farentur; *Agurtham sine ulla pactione, sese regnumque suum in illius fidem tradere.* Sallust. lug. 62, 4. de qua deditionis specie abunde diximus ad Livijs 42, 8. Gruterus. Hodie vocant, *Sich auff gnad und vngnad ergeben.*

Ibid. (o) *primum* ] Ea vox non ab auctore, nec vlli rei videtur esse.

Ibid. (p) *epulis, quasi inferis* ] Passim animadvertas hunc morem apud nostrum 4, 2, 69. 4, 12, 50. & Tacit. 2, 31. Appian. 1. Civil. pag. 379. Oros. 5, 18. & alios. rationem reddit Solomon ille sapientissimus proverb. 31, 6. & Livijs 26, 14, 3. *Vt alienentur mentes ab imminentis sensu mali.* Hodie Turcis in proelium profecturis familiare est, ex albo papavere confecti opii esu, munire pectus adversus incerta eventuum, quod *Machas* vocant. referente Bauhino in Pinace suo Medico.

Ibid. (q) *celia* ] Cerenifixa, vt fere vocatur, genus. Vide late de hac re Hadrianum Iunium animadversionum 2, 12. & Lindembrogium ad Animian. 26, 22. Quibus adde lepidum epigramma Iuliani, ab Erasmo versum hoc modo:

*Baccha quis? unde venit verum tibi deiero Bacchum,*

*Te haud novum, tantum est cognitum ille Iovis.*

*Is nobiscum redolet, hircum tu: dico age nunc te*

*E specu finxit Gallia vituamque.*

*Non igitur Bacchum te dixero, sed Cerealem,*

*Et strumentigenam, nec Bromium, imo Bromium.*

Item Plinius 14, 22. in fine.

Ibid. (r) *indigenam* ] Sic reposui volentibus Pall. o. est *ἰνδογενὴς πόσις*, vt interpretatur Salmasius.

13. (s) *non est permittenda pugna mortuæ* ] Prudenter, cum desperatis enim pugnare, nihilo famioris sit. quæ propter id sedulo cauciant

cauerunt maximi duces. Agefilus pugnare ob hanc causam noluit, cum Messeniis, apud Polian. lib. 2. Frontin. 2, 1, 10. & cum Thebanis, apud Diodor. 14, 33. Imperatorum Spartanus cum Messeniis, apud Patusan. Messen. pag. 257. Pelopidas cum Phocensibus apud eundem Polianum dicto libro. Omnesq; ii quos recenset Frontinus 2, 6, quibus adde Aribzum apud Polyan. lib. 7. Syracusanos apud Thucyd. 7, 15, 16. Loeris certe à Crononiais pugnare coactis, non alia causa victorie fuit, quam quod desperauerunt. Iustin. 20, 3, 6. Marius fortis desperationem iam sper fecit. Oros. 5, 15. Adde infra 3, 33, 8. Insigne rei huius exemplum apud Fulgos. 6, 11. de Gandauensibus. hi enim à Ludonico Flaudria Comite obsidio pressi, cum dedere se vellent, si toleranda viris imperarentur: ille autem pedibus nudis, abiectis exterioribus indumentis, aperto capite, fune in collum accepto, veniam petere iuberet: indignitate rei ad desperationem acti, cum quinq; millibus eruptione facta, hostilem exercitum 30000. ceciderunt.

Ibid. (t) *lorica* ] Adde infra 3, 10, 25. Plura in Indice.

Ibid. (u) *fames* ] Vide supra 1, 10, 2. c. & infr. 3, 22, 9.

Ibid. (x) *orantes* ] Scripta lectio *orante*, lego *orant*. sequitur enim in iisdem scriptis, & ubi hoc non impetrabant. Salmasius.

Ibid. (y) *tanquam viros* ] Nam ille alter pereundi modus, vilissimos fortissimosque non distinguit. Senferunt hoc Alexandri milites cum querebantur clarissimum regem non in acie saltem, non ab hoste detectum, sed abluentem aqua corpus ereptum esse. Curt. 3, 5, 5. Non pigebit subiicere verba Heinsii, quem literarum hac tempestate principes inter, consensus doctorum numerat, ca sunt autem in laudatione funebri Principis Mauriti, de obsidione Bredana. *hosti naua hae obsidionu ratio placere capri, qua de fame ac egestate militis non de virtute triumphatur, qui nihil gratius indignusque tulit, quam quod praelis ab hoste interclusis, ad agnitionem redigeretur, expugnatus antequam oppugnaretur.*

14. (z) *inde* ] Hoc est, ex cadaveribus occisorum. meminit Val. Max. 7, 6, 2. ext. *capta iam urbe complures inuentos, artus & membra irruentium corporum suum suo gestantes.* Idem Petronius sine Satyrici, vtroqueq; similia inuenies exempta. quibus accenseas & illud Periarum sub Cambyse, apud Senecam de ira 3, 20. Adde quod ex Olympodoro narrat Photius biblioth. cod. 80. *Dum Vandali Hispanias vastarent, qui in muratis se urbes Romani receperant, comedia adacti sunt, ut inuicem se lamando edere cogerentur. Ibi mulier una quatuor liberorum mater, omnes deuorauit.* Nota sunt quae acciderunt Hierosolymorum obsidio.

15. (a) *Itaque deplor. existu* ] Sic v. c. & Pall. o. Gruterus.

Ibid. (b) *hoc genere* ] Theogonem quendam huius facinoris auctorem facit Val. Max. 3, 2, 7. ext. Vide & Senec. de ira



1, 11. Simili ratione, vel furore potius, à victorum potestate suaque vindicarunt, *Abidens*, apud Polyb. 15, 16. *Astapenses*, Liu. 28, 22. *Axiiothea Nicœlis* apud Polyan. lib. 8. *Bures Perfa*. Plut. Cimone cap. 13. quem *Borgen* vocat Polyan. lib. 7. *Cantabri*, infra 4, 12, 50. *Cappadoces*, Iustin. 13, 6, 2. *Carthaginenses*, Florius 2, 15, 17. Val. Max. 3, 2, 8. ext. *Cimbria femina*. infra 3, 3, 29. *Gallica quadam gens*. Orof. 5, 14. *Adonis Chronic.* sub anno 4690. *Isauenses*. Diodor. 18, 22. *Istri*. Liuius 41. 11. *Iudai*. Ioseph. de bell. Iud. 6, 28. & 7, 18. *Magdeburgenses*, si vera est quorundam narratio, nuper. *Marmarenses*. Diodor. 17, 25. *Metulii*. Appian. Illyrico. *Saguntini*. supra 2, 6, 4. *Sidonii*. Diodor. 16, 45. *Sobii*. Curt. 9, 4, 6. *Taochori*. Xenophon de exped. Cyti lib. 4. *Theœna*. Liu. 40, 4. *Turci* in expugnatione Naupacti. Ioui. Hist. lib. 31. *Vaccæ*. Liu. epit. 53. *Xanthii*. Plut. Bruto cap. 74. Quibus adferibam quæ in citato opere de nautis Belgicis ab hostibus oppressis prædicat Heinſius. *nauibus accensis, puluere lecti, & cum hoste in aerem elisi, quia non vincuntur, ex opinione sua vincunt.*

16. (c) *Malte fortissimam &c.*] Ita quidem edendum curauit, si cui minus placeat, non impedio quin rescribat antiquam lectionem, quam in variis inueniet. *malte fortissimam ciuitatem*, videtur dixisse, sicut dicitur *bene me, bene te, bene nos &c.* nam illud *asseruit* ad sequentia pertinet *cum fide socios, asseruit socios cum fide*, h. e. *ſideliter, bona fide*. ita loquuntur auctores. sicut *cum summo studio* Sallust. Cat. 52, 33. *cum cura*. qualia loca multa notauit in Indice Taciti.

17. (d) *Vnus enim vir &c.*] Dissentit Strabo lib. 3. & Appianus pag. 311. sed à nostro stat Veget. 3, 10. vbi vulgatum alteri præfero, nec enim tam absurdus inde enascitur sensus, vt videbatur viro docto, sed germanus omnino & probus, Scipio, ait, *Africanus sub aliis imperatoribus Hispanienses exercitus frequenter victos accepit: hos disciplina regula custodita, &c. cum ipsis denique Numantinos capta ciuitate sic concremauit (alii, superauit) vt nullus euaderet. cum ipsis, subaudi exercitibus*. Sic Tac. 1, 25, 5. *præcipuam ipsæ fortissimarum legionum curam, quibuscum tot bella tolerauisset*. De triumpho Scipionis Plin. 33, 11.

## CAP. XIX.

**H**Actenus populus Romanus pulcher, egregius, pius, sanctus, atque magnificus: reliqua (a) sæculi, vt grandia æque, ita vel magis turbida

bida & fœda; (b) CRESCENTIBVS cum ipsa  
 2 magnitudine imperii, vitius: || adeo ut si quis hanc  
 tertiam eius aetatem transmarinam, (c) quam du-  
 centorum annorum fecimus, diuidat; centum  
 hos priores, quibus Africam, Macedoniam, Sici-  
 liam, Hispaniam domuit, (d) aureos (sicut poëtae  
 3 canunt) iure meritoque fateatur: || centum se-  
 quentes, ferreos plane & cruentos, & si quid im-  
 manius: quippe qui Iugurthinis, Cimbricis,  
 Mithridaticis, Parthicis bellis, Gallicis atque  
 Germanicis, quibus cælum ipsum gloria ascen-  
 dit; Gracchanas, Drusianasque cædes; ad hoc  
 4 Seruilia bella miscuerunt: & ne quid turpitudi-  
 ni desit, Gladiatoria. || Denique, in se ipse con-  
 uersus Marianis, atque Sullanis, nouissime Pom-  
 5 peii, & Cæsaris manibus, quasi per rabiem, & fu-  
 rorem, (e) & nefas, (f) semet ipse lacerauit. || (g)  
 Quæ etsi inuoluta inter se sunt omnia atque con-  
 fusa: tamen (h) quo melius appareant, simul & ne  
 scelera virtutibus obstrepant, separatim profe-  
 6 rentur: || priusque, ut cœpimus, iusta illa, & pia  
 cum exteris gentibus bella, memorabimus; ut  
 magnitudo crescentis in dies imperii appareat.  
 tum ad illa ciuium scelera, turpesque & impias  
 pugnas reuertemur.

## NOTÆ IN CAPVT XIX.

Quæ hoc capite continentur, patent ex antehabitis, & post  
 habendis capitibus. Vnde Romam vitia irrepserunt, docet Au-  
 gust. Ciuit. 2, 26. & 3, 21. sic ad idem: Tunc primum, inquit, per  
 Cn. Manlium procos. de Gallograeco triumphantem, Asiatica luxu-  
 ria Romam omni hoste peior irrepfit. Tunc enim primum loci arari,

et pretiosa stragula visa perhibentur, tunc inducitur in comitua psaltria, et alia licentia nequitia. Plura Livius 39, 6. Plinius 33, 11. Notanter Iustinus 36, 4, 12. [ubi Berneggerus.] Lege Iuvenalem Sat. 3, 57. &c. & 6, 298. &c. Camers. Confer cum hoc capite in fr. 3, 12.

Num. 1. (a) *facili*] Sic Pall. o. haftenus editi, *facile*: nihilo forte peius, nisi obisterent toti membranæ. Gruterus.

Ibid. (b) *crecentibus cum ipsa magnitudine imperii viris*] Ea mente facit. H. 2, 3, 2. Vetus ac iam pridem infra mortalibus potentia cupido, cum imperii magnitudine adoleuit. Adde infra 3, 12, 11.

2. (c) *quam dicentorum annorum fecimus*] Supra Prologo num. 2. unde magis apparet, ipsius auctoris esse lectionem quam ibi reposuimus.

Ibid. (d) *aureos*] De aurea a rate, & aliis. & cur sic dicta, notavi multa primo in Rufinum in annotationibus Claudiani. Camers.

4. (e) *et nefas*] Non displicet sententia Acidalii, qui ad Vellei. 2, 51, 1. hoc nefas rescribendum arbitratur. quamvis etiam ab illo possit istud *et*, ut legatur, (*nefas!*) sicut infra 2, 29, 7. & 4, 23, 14. & alibi.

Ibid. (f) *semet ipse laceravit*] More furentium suos ipse arrus & sua membra cadens, quod de Macedonibus dixit Iustinus. 13, 6, 17. Quomodo Sidonium Carn. 53, 511.

— Pharsalica Casar

Arua petens, subit a ferro compefcuit inas:

Sed sua membra secans. —

5. (g) *que etsi iuncta inter se*] Sic v. e. ac fere Pall. nam Naz. habet, *qua si iuncta*. Gruterus. Acidalius tamen ad Vellei. 2, 99, 4. *se* retinet, & per *et si* explicat.

Ibid. (h) *quo melius appareant &c.*] Recte, nec sine exemplis optimorum scriptorum. Vide Curt. 5, 1, 1. & 2. Tac. 12, 46, 11. Sic Appianus bellum Viriathicum seorsim congerit, & si quid eodem tempore in Hispania gestum est, in alium locum refert. Adde infra 3, 12, 14. & Suetonium Augusto 9, 1. Eodem consilio Ouid. Fast. 1, 61.

Hac mihi dicta semel, totu harentia fassu,

Ne sericem verum scindere cogar, erunt.

Aliiter tamen Sisenna apud. Nonium verbo *Saltuatum*.



*Bellum Asiaticum.*

CAP. XX.

**V**icta ad Occasum Hispania, populus Romanus ad Orientem pacem agebat, nec pacem modo, sed inusitata & incognita quadam felicitate, relictae regis hereditatibus opes, & tota simul regna veniebant. || Attalus rex Pergamenorum, (a) regis Eumenis filius, socii quondam commilitonisque nostri, testamentum reliquit: *Populus Romanus bonorum meorum heres esto.* (b) in bonis regis haec fuerant. || Adita igitur hereditate, prouinciam populus Romanus, non quidem bello, nec armis; sed, quod est aequius, testamenti iure retinebat. || SED hanc, difficile dictu est, utrum facilius (c) amiserit, an recuperauerit. Aristonicus (d) regii sanguinis ferox iuuenis, (e) vrbes regibus parere consuetas, partim facile sollicitat: paucas resistentes, (f) Myndum, Samon, Colophonem, vi recepit. || (g) Crassi quoque praetoris cecidit exercitum, (h) ipsumque cepit. sed ille memor & (i) familiae, & Romani nominis, custodem sui barbarum virgula excæcat. (k) in exitium sui quod volebat, ita concitat. || Mox & (l) Perperna domitus, & captus, & per deditio- nem in vinculis habitus. || Aquilius Asiatici belli reliquias confecit, (m) mixtis (nefas!) veneno fontibus ad deditio- nem quarundam urbium. QVAE res vt maturam, ita infamem fecit victoriam: quippe quum contra fas deum, moreque maiorum, medicaminibus impuris, (n) in id tempus sacrosancta Romana arma violasset.

## NOTÆ IN CAPVT XX.

Vetus e. orditur hinc librum tertium: neque aliter Pal. ter. non male. [immo optime] retinui tamen vulgatam distinctionem, ob huius superiorisque sæculi viros, qui in scriptis suis capitum numerum alterum producunt allegantque: tanto quidem magis, quod caput istud superioribus adnectant Pal. pr. ac sec. Gruterus. Quæ hic de Attali regis testamento dicuntur, habentur à Plinio 33. 11. Val. Max. 5. 2. 3. ext. Epit. Liu. [§ 8. &] 59. Iustin. 36. 4. 5. Strab. lib. [13. pag. 429. &] lib. 14. pag. 444. Euseb. lib. temp. August. Ciuit. 13. 11. Appian. Mithridat. Eutrop. 4. 3. Oros. 5. 8. Aduertendum, Asiam bello captam, Attalo regi muneris loco possidendam pop. Rom. tribuisse &c. Lege Valer. Max. 4. 8. 4. Attalus enim contra Philippum Maced. regem, & contra Antiochum pro Rom. pugnauerat. Acton Carm. 2. 18. 5. vult ex Horatii sententia, Romanos non iure factos Attali heredes. Gamers. Adde Vellei. 2. 4. & Sext. Rufum.

Num. 2. (a) *regis Eumenis filius*] Ita quidem Strabo etiam, sed Iustinus 36. 4. 1. patrum ei facit Eumenem.

Ibid. (b) *in bonis regis hæc fuerunt*] Larga quidem & liberali interpretatione Romanorum, nam aliter secus videri possit; ut priuatum tantum instrumentum intellexerit Attalus. Regna enim nisi quæ aliquis acquisiuerit armis, regum ita non esse videntur, ut in externos transmitti possint, absque consensu populi. Eodem tamen modo postea Romanis legata dicuntur regna; *Ægypti* apud Cicer. de L. Agrar. 1. 1. & 2. 16. *Bythyniæ*. Epit. Liu. 93. Vellei. 2. 4. 1. Cicer. de L. Agrar. 2. 15. Eutrop. 6. 4. Sex. Ruff. *Cappadoçiæ*. Jordan. de success. regn. cap. 55. *Gyrenarum*. Epit. Liu. 70. Appian. sine Mithrid. Iustin. 39. 5. 2. Ammianus extremo libro 22. quod male confundunt ad dicta Ciceronis loca, cum Alexandrino, interpretes. *Paphlagonia*. Jordan. dict. loc.

4. (c) *amiserit an recuperauerit*] Sic v. e. nam seqq. interferunt, *amiserit pop. Rom. an rec.* non necessario: cum proxime eadem voces præcesserint. restat tamen vltimum quoque in Pal. pr. sed non item in sec. aut tert. Gruterus.

Ibid. (d) *regis sanguinis*] Quippe filius Eumenis, testes Lilius 45. 19. 10. Iustinus 36. 4. 6. Eutropius 4. 25. alii. nisi quod Vellei. 2. 4. 1. *montium* ait, *regis stirpis originem*. Mithridates apud Salust. H. 4. 2. 10. Attali filium facit, siquidem vulgata lectioni credimus, quam tamen corrigendam putauerim, hoc modo: *Attalum ex rege miserimum seruum effecero: simulatoque impio testamento, filium Eumenis Aristonicum, quia patrum regnum petierat &c.* hæc tamen enim legebatur, *filium eius Aristonicum*.

Ibid. (e)

Ibid. (e) *urbes regibus parere consuetas partim facile sollicitat*] Tacitus H. 4, 17, 8. *suetus regibus Oriens.* Mirum autem non est, vrbes istas facile præposuisse regium dominatum Romano, cum cum etiam libertati postea antehabuerint Cappadoces, vt refert Strabo lib. 12. pag. 273. & Iustinus 38, 2, 8. Nempe verum est illud Mithridatis apud Sallustium H. 4, 2, 26. *Pauci libertatem, pars magna iustos dominos volunt.*

Ibid. (f) *Mindum &c.*] De his Strabo vbi supra, Plinius 2, 28, *Camers.*

5. (g) *Crassi quoque prætoris*] Huius tria nomina apud Liuium Epit. 59, 2. & Eutrop. 4, 25. P. Licinius Crassus: quartum *Mucianus* apud Vellei. 2, 4, 2. & A. Gellium. 1, 13. Hunc omnes esse putant Crassum, quem in Chronicis consulem inuenies scriptum anno V, C. D C X XIII. Appellat tamen hic auctor prætorem, & Velleius procos. quem Strabo lib. 14. *Liuiana* epit. 59. [Cicero Philipp. 11, 8. Frontin. 4, 5, 16.] Iustinus 36, 4, 7. & Orosius 5, 10. consulem. Crassus ille qui in Asiam consul venerat, fortasse insequenti anno, qui M. Perpernam habuit consulem, non iam amplius consul, sed procos. aut prætor, cæsus fuit, ante quam Perperna cos. in Asiam peruenisset, ei in illa prouincia successurus. Velleius enim quando hunc Crassum procos. cæsum dicit, addit decedentem ex Asia. *Vincrus.*

Ibid. (h) *ipsumque cepit. &c.*] Idem Val. Max. 3, 2, 12. & Frontinus 4, 5, 16. Strabo vbi supra, occisum scribit fortiter præliantem. Vide & Adonis Chronic. sub anno 4655.

Ibid. (i) *familia*] Non tam adoptiua, quam agnata, *Mucianus* nimirum, vnde *Mucianus* appellatus est, solebant enim Romani adoptantis quidem adsumere nomen, sed & suæ familie retinere, quamuis aliquantulum deflexum, quod & Appianus notauit de bel. ciu. lib. 3. pag. 532. cuius verba ita reddiderim; *Morus enim est apud Romanos, vt adoptiui adoptantis nomen adiciant suo: hic autem non adiecit suo, [sed solum usurpauit] quin suum nomen patrisque penitus immutauit, pro Octauia Octauii filio, Cesar Cesarum [Diui] filius in posterum appellatus. ita Crassus Mucianus est Crassus ex familia Mucia, sicut Scipio Emilianus, Fabius Emilianus, Cotta Messallianus, Nero Domitianus, &c. Hinc Pomponius Iustus in l. 2. §. 40. de O. 1. Lucius Crassus, frater P. Mucii, qui Mucianus dictus est. Vbi tamen pro Lucius omnino rescribendum Licinius; cum prænomen eius non Lucium, sed Publium fuisse inter omnes constat. Vide Cicer. Bruto cap. 26. In Indice quoque Ictorum Digestis præfixo pro *Mucianus* videtur leg. *Mucianus.**

Ibid. (k) *in exit. sui quod vol. ita conceit*] Legebam ita *conceit*, nunc nihil muto. præpositio *in* abest Naz. non male, hoc modo;




*exit. sui quod volebat, ita concitat. editum tamen prætulerm.*  
Salmasius.

6. (l) *Perperna* ] Marco prænomine, ut appellauimus. Istos autem *Perpernas* *PERPERNAS*. R pro priore N inuenisse scriptos in vetustis marmoribus tradunt antiquarii, & in libris Varronis de lingua Latina. Vinerus. Meminit huius *Perpernae* Val. Max. 3. 4. 5. & Tacit. 3. 62. 6.

7. (m) *mixtu (nefas!) venens fontibus* ] *Clisthenes Sicyonius* ductum aquarum in oppidum *Criseorum* ferentem rupit: mox affectu sita restituit aquam *elheboro corruptam*, qua usus profluuo ventris decipiens, cepit. Frontin. 3. 7. 6. cuius lectionem vno loco tuor, altero sollicito. *Criseorum* enim vera scriptio est; nec opus mutatione, nam eadem vrbs *Cirra* & *Crissa*. Vide Pausan. in Phocicis pag. 684. Stephanus *Crissam* vocat. Inde bellum *Criseum* in Iustini Prologo tertio. Sed quod in fine exempli Frontiniani decipiens scribitur, corruptionis manifestum est. substitui forte possit, *deficiente*. Hodie quidam retulerunt tot sæculis inauditum scelus, ut vinum infuso pharmaco corrumpereat: sed non impune tulerunt. Quod enim Baldus 2. Conf. 133. hostem veneno occidere, non illicitum putat, iam dudum meliorum gentium consensus abhorret.

Ibid. (n) *in id tempus sacrosancta Rom. arma* ] Hoc est nullis flagitiis conscelerata. Supra tamen 2. 17. 17. ipse tale quid de *Capione* retulit. vbi notata nostra vide.



## LIBER TERTIVS.

### *Bellum Iugurthinum.*

#### CAP. I.

**H**Æc ad Orientem: sed non ad Meridianam plagam eadem quies. Quis speraret post Carthaginem aliquod in Africa bellum? || Atqui non leuiter se Numidia concussit: & fuit in Iugurtha, quod post Annibalem timeretur. Quippe rex callidis

callidissimum populum Romanum armis inclutum, & inuictum, **OPIBVS** aggressus est: & citra spem omnium fortuna cessit, ut (a) rex fraude  
 3 præcipuus, fraude caperetur. || Hic auo Masinissa, & Micipsa patre per adoptionem, quum (b) interficere fratres statuisset, **AGITATVS** regni cupiditate, nec illos magis, quam senatum populumque Romanum, quorum in fide & cli-  
 4 entela regnum erat, metueret: || primum scelus mandat insidiis: potitusque Hiempsalis capite, quum se in Adherbalem conuertisset, (c) isque Romam profugisset, missa per legatos pecunia traxit in sententiam suam Senatum. Et hæc fuit  
 5 de nobis eius prima victoria. || Missos deinde, qui regnum inter illum Adherbalemque dividerent, similiter aggressus, quum in Scauro ipsos Romani imperii mores **EXPUGNASSET**, inchoatum ne-  
 6 fas perfecit audacius. || **SED** diu non latent scelera. corrupta nefas legationis erupit: placuitque  
 7 bello persequi parricidam. || Primus in Numidiam Calpurnius Bestia Consul mittitur: sed rex (d) peritus, **FORTIVS** aduersus Romanos aurum  
 8 esse, quam ferrum, pacem emit. || Cuius flagitii reus, quum interueniente publica fide à senatu accerferetur, pari audacia & venit, & competitor imperii Masinissæ Massiuam immisso percussore confecit. || Hæc altera contra regem fuit causa bellandi. igitur sequens ultio mandatur Albino. Sed huius quoque (pro dedecus!) ita corripit exercitum, ut voluntaria nostrorum fuga vinceret Numida, castrisque potiretur. addito  
 etiam

etiam turpi fœdere, in pretium salutis, (e) quod prius emerat, dimisit exercitum. || (f) Eodem tempore in ultionem non tam imperii Romani, quam pudoris, Metellus assurgit: qui (g) callidissime hostem nunc precibus, nunc minis, (h) iam simulata, iam quasi verâ fuga eludentem, (i) artibus suis aggressus est. || Agrorum atque vicorum (k) populatione non contentus, in ipsa Numidia capita impetum fecit, & Zamam quidem frustra diu voluit; ceterum Thalam, grauem armis, (l) thesauroque regis, diripuit. || Tunc urbibus exutum regem, & iam finium suorum, regni que fugitium, per Mauros, atque Getuliam sequebatur. || Postremo Marius auctis (m) admodum copiis, quum pro obscuritate generis sui (n) capite census sacramento adegisset, iam (o) fuscum, & faucium regem adortus, (p) non facilius tamen vicit, quam si integrum & recentem. || Hic & urbem Herculi conditam Capsam in media Africa sitam, (q) anguibus arenisque vallatam, mira quadam felicitate superauit: || & saxeo inditam monti (r) Mulucham urbem, per Ligurem, aditu arduo inaccessoque, penetrauit. Mox non ipsum modo, sed Bocchum quoque Mauritaniæ regem, (s) iure sanguinis (t) Numidam vindicantem, apud oppidum Cirtam grauiter cecidit. || **QVI** **VB** I, diffusus rebus suis, (u) alienæ cladis accessio fieri timet, pretium fœderis, atque amicitia, regem facit. || **SIC** (x) fraudulentissimus regum, fraude (y) foceri sui in insidias deductus est, & Sullæ in manum traditus; tandemque opertum

catenis



catenis Iugurtham in triumpho populus Romanus aspexit: || sed ille quoque, quamvis victus, & vincetus, (2) vidit Vibem, quam (a) venalem, & quandoque perituram, si habuisset emptorem, frustra cecinerat. (b) Tamen ut venalis fuisset, habuit emptorem: & quum ille non euaserit, certum erit eam non esse perituram.

## NOTÆ IN LIBRVM III. CAPVT I.

De bello contra Iugurtham gesto, extat liber integer Sallustii. Epit. Liu. 52. & seqq. Auctor de vir. illustr. cap. 62. 67. & 75. Plutarch. Mario & Sylla cap. 3. Frontin. 1, 8, 9. 2, 1, 13. Eutrop. 4, 3. Orof. 5, 15. Meminit Eusebius libro temporum. Camers.

Num. 2. (a) *rex fraude præcipuus*] Vide infra num. 10.

3. (b) *intestificare fratres stat. agitur cupidine regni*] Vide quæ notauimus supra 1, 3, 9. i.

4. (c) *isque Romam profugisset*] Claudian. de bell. Gild. 408.

*Si mastas squalore comas, lacrymisque Senatum  
In Numidas pulsus solio commouit Adherbal.*

Camers. Qui tamen non aduertit latens in priorî versu vitium; legendum enim: *Si mastas squalore comas, lacrymisque &c.* Habitum enim supplicantium exprimit, quò senatum mouerit. de quo vide Iustinum 4, 4, 1. Liuium 27, 36, 4. & quæ notauit ad Iustin. 36, 4, 2. Berneggerus.

7. (d) *peritus*] Reduxi in possessionem antiquam v. e. lectio- nem, eo magis, quod & illam inuenisset in membranîs suis vincetus. Vulgabatur antea, *præmonitus*, quod hic non consistit, cum expertus esset ipsemet, quid posset aurum. notet ergo Criticus *peritum* etiam poni pro experto, pro eo qui didicit, qui periculum fecit. nam & noster infra 3, 5, 18. *rex callidus, Romanaque auaritia peritus*. Gruterus.

9. (e) *quod prius emerat*] Ita v. e. & Vineti. mihi quidem cum Salmasio, magis placeret Pal. sec. lectio, *quem prius emerat*. Ita Val. Max. 9, 6, 4. *emere victoriam*. Tacit. 11, 14, 2. *missu corruptoribus hostes ad exuendam fidem emercari*.

10. (f) *Eodem tempore*] Puto legendum *Es de eodem temp. h. e. tunc denurus, sero quidem, at tandem*.

Ibid. (g)

Ibid. (g) *callidissime*] Malim *callidissimum* hoc enim & ordinis elegantiaque verborum magis conuenit, & Floro, quippe qui ita etiam loquitur supra 2, 6, 12. & 15.

Ibid. (h) *iam simulata, iam quasi vera fuga*] Repraesentauit editionem Vineti, quam firmanit duo Pall. meliores, ad quam proxime adit v. e. nihil enim demutat, nisi quod pro, *iam quasi*, praferat, *iamque*, quod & in Pal. tert. reliqui editi, *iam quasi simulata vera fuga*, aut *tam simulata quasi vera fuga*. Gruterus.

Ibid. (i) *artibus suis aggressus est.*] Hæc ex Sallust. Iug. 43, t. Centenius Penula apud Liuium 25, 19, 9. petito à patribus milite, promisit, se quibus artibus ad id locorum Romani & ducis & exercitus capti forent, is aduersus inuentorem usurum, apud eundem 27, 18, 9. Annibal, eadem qua ceperamus arte, Tarentum amissimus. Vocula apud Tacit. H. 4, 56, 6. *optimum ratus est, multa dissimulatione, & isdem quibus petebatur, artibus grassari*. Adde infra 3, 4, 7.

11. (k) *populatione non contentus*] V. e. omisit negatiuam, non, quam neque agnoscunt Pall. sed pr. habet *contemptus*, quod heic non male conueniat. Gruterus. forte ex Naz. scriptura fieri possit, *contemptus, populatione nimitum agrorum, & populatione vicorum*.

Ibid. (l) *thesauroque*] Pall. tres, *thesaurosque*, prætulit prius. Gruterus. Quæ autem *Zona* apud Dionem lib. 48. pag. 423. an & ibi *Zama* scribendum?

13. (m) *admodum*] *In modum* germanam Flori scripturam esse putamus, auctoris libris. *In modum* idem quod *admodum*, quæ est Annæana *ἕξῆς*. Sic in tempus pro *ad tempus*: de quibus supra diximus. Salmasius.

Ibid. (n) *capite censo*] Sallustius Iug. 86, 2. Val. Max. 2, 3, 1. Agell. 16, 10. Videtur hac de re loqui Cassius Hemina apud Nonium in voce *Proletarii*. Tunc *Marcus* præco *primum* proletarios armavit, videtur inquam legend. Tum *C. Marius P. R. CO.* (hoc est, *primum* *Cos.* aut *primo* *consulatu*) *primum* proletarios armavit, qui autem fuerint proletarii isti, explicat idem Nonius in *proletarii*. Eo usque enim proletarii & capite censo, quos in unam classem congesserant, ex instituto Seruii Tullii, sicut aliorum onerum & honorum, ita militiae expertes erant. Vide Dionysium. 4, 22. & Agell. 16, 10.

Ibid. (o) *fusum*] Omnino melius dixisset, an dixit? *fessum*. Ita Tacit. frequenter, vt H. 5, 16, 5. *fessi* bello.

Ibid. (p) *non facilius tamen vicit*] supra 2, 15, 13. *quomodo maxime mortiferi morsus esse solent morientium bestiarum; sic plus negotii fuit eius seminata Carthagine, quam cum integra.*

14. (q) *anguibus arenisque vallatam*] Ita est; solitudo muniti locum obtinet, dum hostis eius asperitatem superare non posse præsumitur. Inde Mithridates apud Iustin. 3, 7, 4. *Scythia præter arma, virtutemque animi, locorum quoque solitudinibus, vel frigoribus instructa.* Verum de his natura propugnaculis alibi plura. Gruterus. Opera prærium est addere, quæ ad Iustini locum notauit Berneggerus. Plinius paneg. c. 14. Germaniam veterem prope infinita vastitate interuentu soli muniti dirimique dicit. Herodianus lib. 2. scribit, Imp. Augustum, munitisse imperium, cum aliis rationibus, tum ἐρημὸν καὶ κρηδύσβοίαν, terra deserta & agre perusa.

15. (r) *Mulucham urbem*] Fluvius est *Mulucha* apud Sallustium Jug. 92, 6. Melam 1, 5. Plinium 5, 2. Priscianum libro sexto. qui Straboni lib. 17. pag. 569. & Ptolemæo dicitur barbære Μολοχιάδ, id est, *Molochath*. *Molochath* etiam urbs apud eundem Ptolemæum, quæ non satis mihi liquet, an sit huius auctoris *Mulucha*. Quem autem locum Marius Ligurii opera cepisse bello Iugurthino cap. 93. legitur, eum Sallustius non *Mulucham*, sed castellum appellat, non longe à flumine *Mulucha* in monte faxeo situm. Vinetus.

Ibid. (s) *iure sanguinis*] Etenim & ad finitatis iure obtineri auxilia, ius & fas suadet. Iustin. 11, 3, 1. *In transitu hortatus Thessalos fuerat, beneficiorumque Philippi patris, maternæque suæ cum his sub *Æacidarum* gente necessitatis admonuerat, cupide hæc Thessalis audientibus.* Hinc intelligenda illa Suetonii Iulio, 1, 1. *Corneliam Cinna IV. Cos. filiam duxit uxorem; ex qua illi mox Iulia nata est, neque ut repudiaret illam compelli a dictatore Sulla ullo modo potuit, quare & sacerdotio, & uxori dote, & gentilitiis hereditatibus multatus, diuersarum partium habebatur.* Scilicet quia *Cæsar* admissus erat Cinnae, aduersario olim Sulle, putabatur item alienus futurus ab eodem Sulla. Sed de hoc vinculo necessitudinis, vbertiora prompsimus ad Liuium 24, 41. Gruterus. Adde supra 15, 18, 6. n.

Ibid. (t) *Numidiam*] An *Numidam*?

16. (u) *alienæ cladis accessio fieri timeret*] Ita prorsus v. e. Pall. o. egregia & clara sententia. Gruterus. Ita plane Minutius Felix Octauius: *Dum fieri malunt alieni erroris accessio, quam sibi credere.*

17. (x) *fraudentissimus regum fraude loceri sui in insidias deductus est*] Iusto Dei iudicio quandoque euenit, ut vulpes istæ suis dolis capiantur. Exemplo sit famolissimus ille Pontifex Alexander Borgia, eiusque dignus tali patre natus, quorum alterum ferunt nunquam dicere solitum quæ facturus esset: alterum nunquam facere, quæ dixisset: virunquæ vero in idem illud consensisse; nemini fidem non dare, nemini datam non fallerè:



fallere. Pater enim veneno, quod in amicorum necem confecerat, extinctus est: filius eadem fraude, qua hostes confecerat, à Consaluo circumuentus. Vide Bodin. Republ. 5, 6.

Ibid. (y) *foeeri sui*] Geneti scribendum est, quia Bocchus eam Iugurthæ filia nupserat, (vt Sallustius cap. 80. testatur) gener erat Iugurthæ. atque is à Bocho proditus est L. Sullæ, tunc Quæstori Marii consulis. Stadius. Quid ergo? damnabimus auctorem osecantiam tam supinam aut, si qua possumus, subuenientem? Extrat certe in Iugurth. Sallust. 80, 6. *Iugurtha filia Boccho nupserat.* Sed ea verba corruptioni satis opportuna sunt, nostri auctoris non item. Potest ergo legisse Florus in Sallustio, immo potest ita legendum esse: *Iugurtha filia Bocchi nupserat.* præter quam enim quod credibilis est maiorem annis inter duos fuisse focerum, etiam Plut. Mario cap. 12. expresse Bocchum Iugurthæ focerum facit. Βόχχου ὁ τῶν ἀνα βαρβάρων βασιλέως, ἢ πινδιγὸς Ἰουγέρθα. perperam enim interpretes ibi gener erat Iugurtha. πινδιγὸν enim Plutarcho focerum esse, eiusdem ipsius locus documento est, quasi. Rom. cap. 8. vbi πινδιγὸν & γαμβρὸν vt focerum & generum diserte opponit. quomodo etiam vertendum erat in vita Catonis Maioris cap. 39. vnde mihi suboritur suspicio, alterum etiam eiusdem Plutarchi locum Sulla cap. 2. Ὁ δὲ Βόχχου ἐπιγυγαγε μὲν ἔστι πάλαι γαμβρὸν ὄντα μισῶν καὶ φοβούμενον τὸν Ἰουγέρθαν. exponendum esse Bocchus iam pridem generi Iugurthæ odio & metu laborabat. Sed interpretes in errorem induxerat, Sallustiani nominis auctoritas.

18. (x) *vidit urbem*] Naz. vt *vidit.* facile conicio legend. et *vidit.* Salmasius.

Ibid. (a) *venalem*] Iam Iugurthæ vocem annotarunt etiam Sallust. Iug. 35, 12. Epit. Liu. 64. Orof. 5, 15. & Adonis Chron. sub anno 4690. Non valde absimiliter Tiberius apud Tacit. 3, 65, 3. quoties curia egredereetur. Græcis verbis in hunc modum eloqui solitus est; *O homines ad seruitutem parati!* Iugurtha dictum credo in animum fuisse Sidonio cum scriberet epist. 7, 5. rem iam dudum in mundinam mitti autionemque potuisse, si quam paratus inuenitur emptor, venditor tam desperatus inueniretur.

Ibid. (b) *Tamen vt venale &c.*] Salmasius legit, *iam vt venisset, habuit emptorem, & cum ille non euaserit, certum erat, eam non esse perituram.* Hoc sensu; Iugurtha venalem, & quandoque perituram, si emptorem nacta esset, Romam prædixerat; sed frustra. etiam si, inquit, venalis fuisset Roma, emptorem habuit, Iugurtham: sed cum, ille emptor victus sit & captus, certum erat, eam non esse perituram (quod frustra cecinerat Iugurtha) sublato emptore de medio. Gruterus tamen permissit in ea sententia, spuriam esse hanc periodum, inque suspitionibus suis id demonstratum sibi ait.

*Bellum Allobrogicum.*

CAPVT II.

1 Sic ad meridiem populus Romanus. Multo  
 2 atrocius, (c) & multipliciter magis, & à Septen-  
 3 trione (b) sc̄uitum. || Nihil hac plaga infestius,  
 A. ROX cælum, perinde ingenio. Omni igitur  
 tractu violentus hostis, à dextris atque læuis,  
 4 & medio Septentrionis, erupit. || Prima trans  
 Alpes arma nostra sentere (c) Salyi, quum (d) de  
 incursionibus eorum fidelissima atque amicissima  
 ciuitas (e) Massilia quereretur. || Allobroges de-  
 inde, & (f) Aruerni, quum aduersus eos similes  
 Eduorum querelæ opem & auxilium nostrum  
 flagitarent. (g) Varus victoriæ testis, Isara-  
 que, & (h) Vindelicus amnis, & (i) impiger flu-  
 5 minum Rhodanus. || Maximus barbaris terror (k)  
 elephanti fuere, immanitati gentium pares. Nil  
 tam conspicuum in triumpho, quam rex ipse (l)  
 Bituitus, discoloribus in armis, argenteoque (m)  
 6 carpento, qualis pugnauerat. || Vtriusque victo-  
 riæ quod quantumque gaudium fuerit, vel hinc  
 existimari potest, quod & Domitius Aenobar-  
 bus, & Fabius Maximus, ipsis quibus dimicau-  
 erant in locis, (n) faxeas erexere turtes, & desu-  
 per exornata armis hostilibus trophæa fixere:  
 quum hic mos inuicatus fuerit nostris. (p) **NUM-  
 QVA** enim populus Romanus, hostibus domi-  
 tis victoriam suam exprobrauit.

## NOTÆ IN CAPVT II.

De hoc bello Liu. Epit. 61. Oros. 5, 13. & 14. Vellei. 2, 10, 3<sup>o</sup> Strabo lib. 4. pag. 132. Val. Max. 9, 6, 3. Sueton. Ner. cap. 7. Caf. de bell. Gall. 1, 45.

Num. 1. (a) *et multipliciter magis & à septentrione*] Pall. o. & mult. & magis à sept. qui ordo Grutero non placet. Putem ego abijciendum alterum &, vt legatur; & multipliciter magis, clara sequentia ex seqq. omni igitur tractu.

2. (b) *perinde ingenia*] v. e. *perinde ingenio*. nuperz enim peritaci ingenio. scias non percepisse vim vocis *perinde*, quæ item comparet in Pall. o. quorum primus habet etiam à manu secunda, *perinde ingenium*. Gruterus. Simile est illud Senecz ad Heluiam cap. 6. *hominum ingenia ad similitudinem cæli surrigentia*. Alludit autem Florus ad illud quod ait Curtius 8, 9, 20. *ubique locorum situs ingenia hominum format*. relege notata supra 2, 11, 5.

3. (c) *Salyi*] *Salyi* hoc loco & supr. 2, 3, 8. etiam *Salui* & *Saluini*, perperam scripti nonnunquam apud Liniuum & alios, Græcis Σάλυες appellatur. gens Galliz Narbonensis, cuius vrbes aliquot, quas Strabo, Ptolemæus, aliq; memorarunt, adhuc manserunt, vetus suum vocabulum retinentes: atque in iis clarissima, Aquæ Sextiæ & Arelatæ, non procul Massilia. Hi igitur primi Gallorum Transalpinorum fuere, qui senserint arma Romana: primusque Roman. M. Fuluius Flaccus Transalpinos Ligures bello domuit, vt habet Epit. Liu. 60. & Salyos Gallos sic enim ibi legendum arbitror, *Salyos* siue *Saluisos* pro *Falansos* missis in auxilium Massiliensibus. De quibus populis triumphasse procos. anno V. C. D C X X X. scribitur in antiquis marmoribus. Vinerus.

Ibid. (d) *de incursionibus eorum &c:*] Vicini quippe erant, & præter solita inter accolæ odia, antiquitus hostes. vide Liniuum 5, 34, 8. Talibus autem de causis Romani pluries bella sumptunt. vide infra 3, 10, 10. & 14.

Ibid. (e) *Massilia*] De hac vrbe lege exactissimum Merulam Cosmogr. 2, 3, 39.

5. (f) *Aruerni*] Corrigendus leuiter in hac voce Plinius 7, 50. *2. Fabius Maximus Cos. apud flumen Isaram pralio commisso, aduersus Allobrogum Auernorumque gentes, ad VI. Idus Augustas, CXXX. M. perduellium castis, febris quartana liberatus est in acie*. Scribendum enim est *Aruernorum*, sicut omnibus. & ipsi Plinio vocantur.

6. (g) *Varusque*] Ita rescripti volentibus membranis, & ordine melius cohærent. ita enim v. e. & Pal. terr. alluduntque esteri.

Ibid. (h)



Ibid. (h) *Vindelicus*] Hodie *Sorgas* Straboni *Sulgas*. Florus appellavit cum ab vrbe propinqua *Vindelio*, vt Iosephus Scaliger ad Aufonium, Merula in *Cosinogr.* & VVellerus in rebus *Vindelicis* extremo libro primo docent.

Ibid. (i) *impiger fluminem Rhodanus*] Lucanus 1, 433.

Qua *Rhodanus*, raptum velocibus unda.

In mare fert *Ararim* — Plin. 3, 4. & 10. Strabo lib. 4. *Casar* de bell. Gall. 1, 1. 2. &c, Varro in tribus primis *Europa* fluminibus *Rhodanum* ponit. Gellius 10, 7. *Camers*.

7. (k) *elephantis*] Vfus enim elephantis hoc bello *Domitius*, vnde intelligas illa *Suetonii Ner. cap. 2. Allobrogibus Arueris*, que superatus, elephanto per provinciam inueltus est: turba militum, quasi inter sollemnia triumphis, persequente. Quando autem primum elephantis vsi Romani, notat *Liu.* 31, 36, 3.

8. (l) *Etivitus*] *Adonis Chronie*, sub anno 4690. *Biteitum* vocat. exemplaria *Floriana* varie, sicut suo loco referemus.

9. (m) *carpentis*] Tale pugnae genus *Britannis* in primis familiaris fuit, vide quae dicemus infra 3, 10, 17.

10. (n) *saxas erexere turres*] Vide quae notauimus supra 2, 17, 16. m. *Plutarchus* autem quae *Rom. 37. parum laudis adeptos*, ait, qui primi lapidea aut aenea statuerunt trophaea. Cui adde locum *Diodori* 13, 24.

Ibid. (o) *trophaea*] Ita appellantur spolia fixa in stipitibus, teste *Nonio*. inde etiam monumenta victoriae erigi coepta ex marmore saxoque, in iugis montium & editioribus locis. eadem cum *Floro* scribit *Strabo* lib. 4, pag. 128. erectaque haec trophaea iuxta *Cemmenum* montem, ad confluentem *Isarae* & *Rhodani*. *Stadius*.

11. (p) *nunquam enim E. R. hostibus dom. victoriam suam exprobravit*] Similis & *Macedonibus* moderatio, *Pausania* teste in *Boeoticis*, sine libri. Nescio quid *Liuius* 3, 30, 15. senserit, cum scriberet, *Fabium* arma *samnitium* cremasse, metu, ne sua gloria fructum *dictator* [*Papirius*] caperet, nomenque sibi scriberet, quod equidem de trophaeo intelligendum, erigentium exempla docent. iis enim nomina sua inscribere moris erat.

## Bellum Cimbricum, Theutonicum, ac Tigurinum.

### CAP. III.

1 Cimbri, Theutoni, atque Tigurini, ab extre-

mis (a) Gallia profugi, quum terras eorum inundasset Oceanus, nouas sedes toto orbe quaerebant: || exclusiue Gallia & Hispania, quum in 2 Italiam (b) remigarent, misere legatos in castra Silani; inde ad senatum, petentes, vt *Martius populus aliquid sibi terra daret quasi stipendium: ceterum, vt vellet, manibus atque armis suis vteretur.* || Sed (c) 3 quas daret terras populus Romanus agrariis legibus intra se dimicaturus? Repulsi igitur, (d) quod nequiuerant precibus, armis petere constituunt. || Sed nec primum quidem impetum barbarorum 4 (e) Silanus, nec secundum (f) Manlius, nec tertium (g) Cæpio sustinere potuerunt. omnes fugati, exuti castris. || Actum erat, (h) nisi Marius illi leculo contigisset. Ille quoque non ausus congregi statim; militem tenuit in castris, (i) **DO**NEC inuicta illa rabies, & impetus, quem pro virtute barbari (k) habent, conlenesceret. || Recessere igitur increpantes, & (tanta erat capiendæ Urbis fiducia) consulentes, *si quid ad vxores suas manderent.* (l) Nec segnius, quam minati fuerant, triperito agmine per Alpes, id est claustra Italia, ferebantur. || Marius mira statim velocitate occupatis compendiis, præuenit hostem. prioresq; Theutonos sub ipsis Alpium radicibus assequutus, in locum, quem (m) Aquas Sextias vocant, (n) quofidem numinum! prælio oppressit? || Vallem fluumque medium hostes tenebant. nostris aquarum nulla copia. consulto ne id egerit imperator, an (o) errorem in consilium verterit, dubium. certe (p) **N**CESSITATE aucta virtus, causa victorie

Etoria fuit. Nam flagitante aquam exercitu,  
 9 (q) Viri, inquit, estis, en illic habetis. ¶ Itaque tanto  
 ardore pugnatum est, eaque cædes hostium fuit,  
 vt victor Romanus de cruento flumine non plus  
 10 aqua biberit, quam sanguinis Barbarorum. ¶ Cer-  
 te rex ipse (r) Theutobochus (s) quaternos se-  
 nosque equos transilire solitus, vix vnum quum  
 fugeret ascendit; proximoque in saltu compre-  
 hensus, insigne spectaculum triumphi fuit. quip-  
 pe vir (t) proceritatis eximiæ super trophæa ipsa  
 11 eminebat. ¶ Sublatis funditus Theutonibus, in  
 Cimbros conuertitur. Hi iam (quis crederet?)  
 (u) per hiemem, quæ altius Alpes leuat, Triden-  
 tinis iugis in Italiam, (x) prouoluti ruina descen-  
 12 derant. ¶ (y) Atesim flumen non ponte, nec nauibus,  
 sed (z) quadam stoliditate barbarica primum  
 corporibus aggressi; postquam retinere annem  
 manibus & clipeis frustra tentauerant, (a) inge-  
 13 sta obrutum silua transiluerunt: ¶ & SI STATIM  
 infesto agmine Urbem petissent, grande discrimen  
 esset: sed in Venetia, quo fere tractu Italia  
 mollissima est, (b) ipsa soli cælique clemen-  
 tia robur elanguit. ad hoc panis vsu, carnisque  
 coctæ, & dulcedine vini mitigatos, Marius in  
 14 tempore aggressus est. ¶ (c) Iam diem pugnae à no-  
 stro imperatore petierunt, & sic proximum de-  
 dit. In patentissimo, quem (d) Radium vocant,  
 campo (e) procurrere. (f) Millia inde ad sexagin-  
 ta ceciderunt; hinc trecentis minus: per omnem  
 15 diem conciditur barbarus. ¶ ISTE quoque im-  
 perator addiderat virtuti dolum; sequutus Anni-  
 balem,



balem, (g) artemque Cannarum: primum, nebulosum nactus diem, ut hosti inopinatus occurreret; tum ventosum quoque, ut puluis in oculos & ora ferretur; tum acie conuersa in Orientem, ut, quod ex captiuis mox cognitum est, ex splendore galearum, ac repercussu, quasi ardere caelum videretur. || (h) Nec minor cum vxoribus eorum pugna, quam cum ipsis fuit: quum (i) obiectis vndique plaustris, atque carpentis, altæ desuper quasi è turribus, lanceis contisque pugnant. || Perinde speciosa mors earum fuit, quam pugna. (k) Nam quum missa ad Marium legatione, libertatem ac sacerdotium non impetrassent (nec fas erat) suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis concidere vulneribus, aut vinculo è crinibus suis facto, ab arboribus, iugisque plaustrorum pependerunt. || (l) Boiorix rex in acie dimicans, impigre (m) nec inultus occubuit. Tertia Tigurinorum manus, quæ quasi (n) subsidio Noricos infederat Alpium tumulos, in diuersa lapsi, fuga ignobili & latrociniis euauit. || (o) Hunc tam lætum, tamque felicem liberatæ Italiae, assertique imperii nuncium, non per homines, ut solebat, populus Romanus accepit; sed per ipsos, si credere fas est, deos. || Quippe (p) eodem die, quo gesta res est, visi pro æde Castoris & Pollucis, iuuenes (q) laureati Prætori literas tradere: frequensque in spectaculo rumor (r) *Victoria Cimbrica Feliciter*, dixit. || Quo quid admirabilius, (s) quid insignius fieri potest? Quippe velut (t) elata montibus suis Roma, spectaculo belli

lo belli interesset, quod in gladiatorio munere fieri solet; vno eodemque momento, quum in acie Cimbri succumberent, populus in vrbe plaudebat.

NOTÆ IN CAPVT III.

De bello Cimbrico Epit. Liu. 67. & 68. Plut. Mario cap. 36. &c. & Parall. cap. 17. Appian. Celtico. Val. Max. 5, 8, 4. Auctor de vir. illustr. cap. 67. Plin. 7, 22, 16, 33, 1, 1, 36, 1. Frontin. 1, 5, 3, 2, 1. Eutrop. 5, 1. Oros. 5, 16. Euseb. lib. temp. Camers. Lege Vellei 2, 12. Cæsar. de bell. Gall. 1, 33. & 40, 7, 77. Vegetium 3, 10. fin. Val. Max. 6, 9, 14. & præcipue Pontanum princ. historia Danicæ, qui totam hanc historiam accuratius & copiosius ex scriptoribus probatis congescit.

Num. 1. (a) Gallie ] Germania legendum docet Cluuer. German. antiq. 1, 10, 2, 4. & 3, 22. qui hac de re copiosissime.

2. (b) remigarent ] Sic Pall. o. & v. e. Salmasius malebat, regirarent. posset etiam legi, demigrarent.

3. (c) quas daret terras ] Ammianus 25, 31. obseruat, nunquam ab orbis ortu ad Iouianum Imp. vsque, inuenire posse, annalibus replicatis, terrarum partes vllas nostrarum ab imp. vel cos. hosti concessas. quem tamen arguit Casaub. ad Spartiani Hadrianum cap. 5. Frisios quidem eodem modo terram petentes, quam iam occupauerant, Nero decedere agris iussit. apud Tacit. 13, 54. vbi plura in hanc rem.

Ibid. (d) quod nequiuertant precibus ] Ita Carthaginienfium milites in urbem mandant, quod precibus nequeant, armis se consecraturus. Iustin. 18, 7, 3. vbi notata Berneggero vide.

4. (e) Silanus ] Omittit ergo cladem Carbonianam, qua prior Silaniana accidit. item Cassianam. Liu. Epit. 63. Vellei. 2, 12, 2. alii. Tacit Germ. 37, 8. Germani Carbonæ & Cassio, & Scauro Aurelio, & Seruilio Cepione, M. quoque Manlio, fusi vel capti, quinque simul consulares exercitus pop. Rom. abstulerunt. Cæsar etiam de bell. Gall. 1, 7. & 12. ait: L. Cassium Cos. occisum, exercitumque eius ab Heluetis, & nominatim Figurinis, pulsam, & sub iugum missum. Fugnant igitur inter se Cæsar & Tacitus: nisi forte ideo Germanis contulit Heluetios Tacitus, quod terram Germanam incolerent.

Ibid. (f) Manlius ] Pall. o. Manlius, in prænomine quoque plurimum

plurimum variant scriptores, Pighius in Anno V. C. DCXLVIII. Cn. fuisse ostendit. Illud certum est, sicut supra 2, 15, 7. l. monimus, *Marci* prænomen alienum hic esse, quod alterius cuiusdam loci me admonet apud Zosimum lib. 2. histor. in pr. vbi Iudi seculares celebrati dicuntur L. Censorino, *M. Manlio* Coss. cum tamen constet, eo anno, qui fuit V. C. DCIV. L. Marcio Censorino collegam fuisse *Mannum Manlium*. Vide etiam Cæs. de bell. Gall. 3, 20.

Ibid. (g) *Capio*] Quantum hoc duce cladis acceptum sit, vel inde colligi possit, quod inter nefastos ille dies habitus sit, vq. Pater ex Plutarcho Lucull. cap. 59. Adde Sidonium Carm. 2, 227.

5. (h) *nisi Marius*] Sallust. sine Ingurthini. *Marius* eos, *absens factus est, & es decreta prouincia Gallias &c. ex ea tempestate spes atq. opes ciuitatis in illo sita*. Cicero pro I. Mani. cap. 20.

Ibid. (i) *donec inuicta illa rabies &c.*] Prudens consilium, quod imitaturus erat Pompeius, si licuisset. infra 4, 2, 42. Adde supra 2, 6, 82.

Ibid. (k) *habent*] Hoc est, non habent veram virtutem, sed illius loco rabiem istam, quod monco, ne quis habere pro putare vel astimare capiat, vt fieri video.

6. (l) *Nec segnius quam minati fuerant*] Sic Iustin. 2, 3, 13. *nec diſta res morata*. Liuius 30, 15, 5. *nec locuta est ferocius quam fecit*. Saxo Sialandicus lib. 4. pag. 55. *Nec animoſius locutione cura, quam præbiam expertus est*.

7. (m) *aquæ Sextiæ*] Urbem C. Sextio sitam bello quod superiori capite describitur. Epit. Liu. 61. Strabo lib. 4. pag. 124. & De hac Sidonius Carm. 23, 13.

— Phocida, Sextiasque Baias  
Illustres titulisque præliisque  
Urbes, per duo consulum tropæa:  
Nam Ædærens tulit ista Iulianum,  
Et Bruto duce, nauicium furorem:  
Ast, hæc Teutonica cruenta pugna,  
Erectum & Marium cadente Cimbro.

Ibid. (n) *quo, fidem numinum! prælio*] Salmastii correctio ista, quam in textum recipere cunctatus non sum, ob euentiam, ficut & supra 1, 11, 14. fecimus, alii aliter, vt in variis retulimus.

12. (o) *errorem in consilium verterit*] Liuius 23, 44, 24. *Oblata casu flecenda ad consilium*. Vide infra 4, 2, 84.

8. (p) *necessitate aucta virtus*] Vide que notamus supra 2, 18, 19. f.

Ibid. (q) *Viri, inquit, estis*] Si per alios liceret, interrogatoria



notam istis apponerem, hoc modo: *Viri, inquit, estis?* Gruterus. Adde Frontinum 2, 7, 12.

10. (r) *Tentobochus*] Anno Christi MDCXIII. monstrabatur ossa quædam portentosæ magnitudinis, quæ Teutobochi huius vulgo credebantur, donec doctorum hominum scriptis error iste detegeretur. Mercurius Gallicus.

Ibid. (f) *quaternos senosque equos transilire*] Luculentam huius loci explicationem pete s. Salmasio ad Vopisci Carinum cap. 19.

Ibid. (t) *procerstatu eximia*] Vide Pontanum lib. 1. hist. Danicæ pag. 55.

11. (u) *perhiemem, quæ altius alpes leuat*] Infra 3, 10, 22. *hieme fruerant alpes.*

Ibid. (x) *prouoluti ruina*] Plutarch. Mario cap. 36. *Cimbri per glaciem altamque nivem ad inga Alpium contenderunt. Inde subsidentes corporibus lata scuta. ex summo se confragosarum rupium in immensum abruptarum fastigia demiserunt.*

12. (y) *Aresim*] Salmasius ex scriptura membranarum effingit ad *Aresim* *ἄρξικαῖος* aut ac *Aresim*. Idem autem etiam *Atifonem* hic legendum putat, quam opinionem tueretur quoque Merula Cosmogr. 2, 4, 11.

Ibid. (z) *quadam stoliditate barbarica*] Idem fere Germanis adtingit Ælianus var. hist. 12, 23. sed libet tamen potius adscribere imperitix; quod nimirum putarent flumina Italix suis similia. ita sane eosdem excusat Herodian. 8, 4. qui consultatur. Gruterus.

Ibid. (a) *ingesta obrutum silua*] Quemadmodum flumina, quæ maiora sunt, transeantur, docet Vegetius 3, 7. & ad eum Stevvechius.

13. (b) *ipsa soli cæliquo elementa &c.*] Vide omnino Gruterum ad Tacit. discursu 33. Adde supra 2, 6, 22.

14. (c) *iam diem &c.*] Ante hæc verba pluscula inserit codex Naz. hac forma, *aggressus est; venero illi quam & in barbaris multa vestigia, diem &c.* impendio placet conjectura Salmasii, *aggressus est; venero illi. quam metus in barbaris nulla vestigia? diem &c.*

Ibid. (d) *Raudium*] Magna varietas in huius campi nomine. Fighius in Hercule Prodicio pag. 291. *Raudium* retinendum censet, *raudos* enim locos antiqua voce vocari rudes & asperos, quales isti campi. Merula Cosmogr. 2, 4, 7. in fin. *Caudium* legit, quod hodieque campus quidem iis locis *Caudia* dicatur, sed quis in re tam incerta, certi quid pronunciet?

Ibid. (e) *procurrore*] Ita Pall. o. & q. l. ul. *concurrere*.

Ibid.

Ibid. (f) *millia inde sexaginta ceciderunt; hinc trecentis minus* ] Recepti lectionem Pal. tert. & v. e. quam & Salmasius sequitur. præsertim cum absurda sit aliarum lectionum sententia, hæc bona imprimis & vera. idem enim Eutrop. 5, 3. prodidit: *Romani milites ex utroque exercitu trecentis perire*, quamvis in reliquo numero discrepent auctores, quos tamen optime conciliat nostro Salmasius, eum numerum prælio caesorum esse, quod superfit. comprehendi Floro verbis sequentibus; *per totum diem occiditur barbarus.*

15. (g) *artem Cannarum* ] De qua supra 2, 6, 16. Frontin. 2, 2, 7. & 8. Nonnulla autem huc facientia lege apud Gruter. in Tacit. discursu 13. §. 6.

16. (h) *neq minor cum vxoribus eorum pugna* ] Femina Germanorum antiquitus ad suæ acieb. & pugnis, in quas viros patrio more comitabantur. Tacit. Germ. cap. 7. *virtu mirum non fuerit audacius restitisse, præterea rabie & desperatione armatas. Quin & inter viros proclis se miscuisse leguntur variarum nationum feminae, quod de Romanis tamen me legere non memini; nam quod tit. Cod. de vxor. milit. huc trahunt Itri quidam, non de talibus viraginibus, quæ & ipsæ pugnare, & cum Arostiana illa Marfisa dicere possit:*

*So scudo & lancia adoperare anch' io.*

sed quæ vergente disciplina maritos suos, vt hodiernis bellis solet, sequebantur.

Ibid. (i) *obiebtis undique plastris atque carpentis* ] Germanorum aliorumque more, quem vide apud Cæsar. de bellis Gallicis. Veget. 3, 10. *Omnes barbari, carris suis in orbem connexi ad similitudinem castrorum, securis à superuentibus noctes exigunt.* Id genus munimenti appellabant *carraginem.* Ammianus 31, 20.

17. (k) *nam cum missa &c.* ] Præter citatos in hoc capite lege Val. Max. 6, 1. in fin. Camcis.

Ibid. (l) *Botorige* ] Securus sum iudicium summi viri Gruteri, nixum auctoritate Plutarch. Marlo cap. 40. Eutropii 5, 3. addo etiam Liuii Epit. 67. nam quod ibi scribitur *à Bolo rege*, nullus dubito corruptum esse, & legendum *à Botorige.* Simile mendum est in Adonis Chronico sub anno 4754. ibi enim pro *Orgotorige* male scriptum est *Orgeta rex.*

Ibid. (m) *neq inultus* ] Liuius de Siccio 3, 43, 4. *Haud inultum interfecere.* Magnum id morientis solamen, inultum non mori; Hinc illæ adhortationes, miserationes, querelæ, &c. Virg. *Æn.* 2, 670. — *nunquam omnes hoste moriemur inulti.* Liuius 25, 16, 15. *id referre, vtrum præsentis corpore pecorum modo inulti trucidentur.* Curtius 5, 3, 19. *miserimum sortibus viri erat, quod inulti ferarum*

ferarum ritu, velut in fouea deprehensi, caderentur. Virg. iterum 4, 659. — moriemur multa? Vegetius 1, 21. *confidentes sine castris, more animalium multi cadunt.* ( Sic emedauit Stevvechius. optime.) Marcellinus 14, 6, de Ifauris; *nec exortare lacertos, nec crissare permisi tela, que vehunt bina vel terna, pecorum ritu inertium trucidantur.* Affectum hunc se vliscendi expressit graphice in persona Tydei Statius.

20. (a) *eadem die &c.* ] Iustinus 20, 3, 9. de proelio ad Sagram: *eadem die qua in Italia pugnatum est, & Corintho, & Athenis, & Laacedemone nuntiata est victoria.* Vide supra 2, 12, 21. Sed & arte iuari potest adeo fama celeritas, vt miraculo similis sit, exempli ergo, per continuos cursores, quam rem Cyrus primum instituisse legitur apud Xenoph. lib. 8. pag. 232. clamore ab aliis excepto, sicut Galli. Gaſar de bell. Gall. 7, 3. auibus. Plinius 10, 24. quod hodieque non insolens nec inauditum est. aliisque multis modis. Inprimis autem fidem excedit, quod Cleomedes in libro de contemplatione orbium coelestium memoratur. Xerxem cum in Gracia bellum gereret, à Sufis Athenas vsque dispositas habuisse stationes, per quas excepta voce, aliisque tradita, quadraginta octo horarum spatio in Persia sciri potuerit, quid in Gracia Xerxes gereret. Alterius cuiusdam modi, per faces incensas, meminit Apulei. de Mundo pag. 70. Ad quem locum adscriptum ab Elmenhorstio Casauboni epist. leg.

Ibid. (p) *laureati* ] Diuinabam aliquando *laureata.* sed nunc non pertendo, cum non iuuent Mſ. ita tamen conciniorem esse periculi sonum, neque à more Romano abiri, omnes vident. Gruterus.

Ibid. (r) *victoria Cimbrica feliciter* ] Distinxi; *victoria Cimbrica, feliciter.* vt videlicet tria ista verba in theatro sonuerint. Gruterus. Ita certe apud Sueton. Claud. cap. 7. *feliciter patrio imperatoris, feliciter Germanici fratri.* & Domitio. cap. 13. *domino & domina feliciter.* quapropter ita distinxit vt Gruterus voluit.

21. (s) *quid insignis* ] Ita Pall. concinnius quam Impr. *quidq.*

Ibid. (t) *elata montibus suis Roma* ] Sic Cicero: *Mihi ipsa Roma prope sedibus suis conuulsa obuiam procedere visa est.* In Pison. cap.

22. Sic D. Hieron. epist. ad Latam: *Mouetur vrbs sedibus suis, & snundans populus ante delubra semivrua, currit ad martyrum tumulos.*



*Bellum Thracium.*

## CAP. IV.

**P**ost Macedonas, (a) si diis placet, Thraces re-  
 bellabant, ipsi quondam tributarii Macedo-  
 num: nec in proximas modo prouincias conten-  
 ti incurrere, Thessaliam, atque Dalmatiam; in  
 Adriaticum mare vsque venerunt, eoque sine  
 contenti, **Q**VASI (b) interueniente natura, con-  
 torta in ipsas aquas tela miserunt. || Nihil interim  
 per id omne tempus residuum (c) crudelitatis fuit  
 in captiuos seuientibus: (d) litare diis sanguinem  
 humanum: (e) bibere in ossibus capitum, & (f)  
 cuiusquemodi ludibrio sceddare mortem tam igni  
 quam fumo: partus quoque grauidarum extor-  
 quere tormentis. || Sæuissimi omnium Thracum  
 (g) Scordisci fuere: sed (h) **C**ALLIDITAS quo-  
 que ac robur accesserat. || (i) Siluarū & montium  
 sitis cum ingenio consentiebant. itaque non fu-  
 sus modo ab his, aut fugatus, sed (k) (simile pro-  
 digio) omnino totus interceptus exercitus, quem  
 duxerat (l) Cato. || (m) Didius vagos, & libera  
 populatione diffusos, intra suam repulit Thra-  
 ciam. (n) Drusus vltterius egit, & vetuit transire  
 Danubium. (o) Minucius toto vastauit Hebro,  
 multis quidem amissis, dum (p) per perfidum gla-  
 cie flumen equitatur. || (q) Piso Rhodopen Cauca-  
 sumque penetrauit. (r) Curio Dacia tenuis venit:  
 sed tenebras saltuum expauit. (s) Appius in Sar-  
 matas vsque peruenit; (t) Lucillus ad (u) termi-  
 num gentium Tanaim, lacumque Mæotum

7 || Nec aliter cruentissimi hostium quam (x) suis moribus domiti. quippe in captiuos igne ferroque sauitum est. Sed nihil Barbaris atrocius visum est, quam quod (y) abscissis manibus relictis, viuere superstites poenae suae iuebantur.

## NOTÆ IN CAPVT IV.

Huius belli meminerunt Epit. Liu. 63. Eutrop. [ 4, 33. 75, 12. & ] 6, 3. notanter. Plura Sex. Rufus de reg. potest. Meminit Iuseb. lib. temp. Aliqua Appianus in Illyrico. Camers.

Num. 1. (a) *si diu placeat* ] Verusta ead. etiam nostra, sic *Diui*; sed male: quamuis sic quoque Pal. tert. stant enim duo alii à nostra, quam & tuetur ipsa ratio. Gruterus. Indignantis enim hæc vox est, & aspernantis. Appius apud Liuium 6, 40, 6. *perpetuos, si Diu placeat, tribunos*. Simile porro est quod supra 3, 1, 1. *Quis speraret post Carthaginem aliquid in Africa bellum?*

Ibid. (b) *interveniente natura* ] Ita supra 2, 2, 1.

2. (c) *crudelitate* ] Qua nota infames olim Thracæ fuisse, vel inde liquet, quod Alexandrum regem suum *Thracidam* cognominauere Iudæi, propter crudelitatem, auctor Iosephus antiquit. 13, 22. Adde Thucydidem 7, 4, 16.

Ibid. (d) *litare diu sanguinem humanum* ] Remi multis nationibus, ipsisque adeo Romanis usitatam, vt potuisset tacere de alijs auctor, quod in suam ciuitatem retorqueri posset. Tertullianus in Scorp. cap. 17. *Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum hominum victima placari, apud saculum liquet. Et Latio in hodiernum Iouis, media in urbe humanus sanguis ingustatur*. Adde supra 1, 16, 7. & Notas ad Iustinum 13, 6, 12, 6.

Ibid. (e) *bihere in osibus capitum* ] Eo refero verba hæc, vt intelligantur Thracæ ex craniis interfectorum fecisse sibi pocula more barbarico, quem & Liuius exponit 23, 24, 15. *Boii purgato capite Posthumii, vt mos is est, calicem auro calduere, idque sacrum vas is erat, quo solennibus libans poculumq; idem sacerdoti esse (quæ vox forte rectius omitteretur) ac templi antistitibus, & Silius 13, 481. At Celta vacui capiti circumdare gaudent ossa (nefa) auro, & mensis ea pocula seruant. de simili re, & forte eadem Posthumii hitoria Gellius lib. 30, apud Priseriu. lib. 7. pag. 239. Caluati ei, eius i. s. ossum expurgauerunt inauras eruntq; Pertinet huc exemplum Alboini Longobardi, relatum à Paulo*

Diacono de gest. Langobard. 2, 28. *Bibere autem in osibus, dictum est, ut in auro bibere, pro ex auro.* Seneca Tragedus *Thyeste* versu 453.

*Venenum in auro bibitur.*

Ibid. (f) *cuiusque modi ludibrio* ] Ita Pal. pr. nec recedunt reliqui quam quod ipsi, aut *cuiusmodi*, aut *eiusmodi* Gruterus. Sensus autem verborum videtur, non contentos simplici morte, fuisse etiam insuper suppliciis, aliosque igni, fumo alios necasse.

3. (g) *Scordiscæ* ] Gens originis Gallicæ Epit. Liu. 63. Justin. 23, 3, 5. De ea, quæ supra de Thracibus in commune dicuntur, recenset Marcellin. 28, 7. & alii qui addunt *in osibus capitum humanorum, sanguinem bibere solitos.*

Ibid. (h) *Calliditas quoque ad robur accesserat* ] Ita supra 1, 3, 4. Horatius solus tres Curiatios vicit, addito ad virtutem *de lo.* infra 3, 11, 3. Parthi præter armorum fiduciam simulant trepidationem, & in campo fugam.

4 (i) *Scluarum & montium situs cum ingenio consentiebant* ] supra 2, 2, 2. b. *Atrox calum. perinde ingens.*

Ibid. (k) (*simile prodigio*) ] Sic editio Stadiana, quemadmodum ante eam visam legendum coniecerat Gruterus.

Ibid. (l) *Cato* ] Vide Epit. Liu. 63. & Eutrop. 4, 29. Huius aliorumque imp. qui cum Thracibus bellarunt, meminit Ammianus 27, 8.

5. (m) *Didius* ] vide Ruffum cap. 9. Triumphum inde consecutum esse patet ex Cicer. in Pison. cap. 25.

Ibid. (n) *Drusus* ] Epit. Liu. 63. Ruffus vbi supra.

Ibid. (o) *Minucius* ] Epit. Liu. 65. Eutrop. 4, 33. Ruffus. Frontinus 2, 4, 3.

Ibid. (p) *per perfidum glacie flumen* ] Ita Naz. alii *perfidum glaciæ* equitatur. quod esset dictum ut illud Horat. 4. Od. 4. *Eurus per Siculas equitavit unda.* Claudiani de bell. Get. v. 194.

— *equitataque summi.*

*Culmina Tægeti.* & illud Virg. *Æn.* 1, 71.

*Tyrrhenum navigat aquor.* Nec absimiliter Gallus 1, 32.

*Innabam gelidas Tiberini fluminis undas.*

& Sidonius epist. 3, 12. *Si nunc etiam tuæ naues stagna Nilotidis aqua per indigenas formidata crocodilos transfretarent.* idem *Carm.* 3, 6. *Nam fama pelagus sidere curro suo.* & *carin.* 9, 13. *Non nos currimus aggerem vetustum.* Verum enimvero nec hoc nec illud satis placet. sed omnino scriptum fuisse videtur; *per insidum glacie flumen equitatur.* sic Plin. 36, 15. *sedere auso tam insida instabilisque sede.*



6. (q) *Piso*] Quis iste sit quaerunt viri docti; quidam eum esse putant, qui sub Augusto Thracas vicit. Sed nimis discordat temporum ratio: crediderim fuisse eum, in quem acerzima Ciceronis extat. Qui imperatorem eum appellatum ait, proelio legatorum suorum, cum ipse longe abesset. cap. 25. orat. Pison. Etiam Iulius Obsequens cap. 103. prodigiis eius anni, quo hic Piso Macedoniam obtinuit, subnectit. *In Macedonia Thracas subacti.*

Ibid. (r) *Curio*. Pertinet huic fragmentum illud Sallustianum. H. 2, 1, 14. Eodem anno in Macedonia C. Curio, principio veris sum exercitu profectus in Dardaniam. & forte illud alterum H. 3, 5, 14. *Atque eum Curio laudatione accensumque praemiorum spe, quibus eum optavisset, iramibet.* Videndi sunt Epit. Liv. 92, & 95. Front. 4, 2, 43. Eutrop. 6, 3. Jordan. de regn. succes. cap. 30. Rufus cap. 7. Cicero in Pison. cap. 19. etiam hunc triumphasse refert. Videtur autem hic postponendus Appio, nam ei succellit.

Ibid. (s) *Appius*] de quo Eutrop. 6, 3.

Ibid. (t) *Lucullus*] de hoc Cicer. d. cap. 19. Padianus. Rufus. Eutrop. Orofius.

Ibid. (u) *terminum gentium Tanaim*] Non intelligit ultra Tanaim nullas gentes colere; sed Thracas omnem eam tractum habitare ad usque Tanaim: Tanais enim Europam & Asiam medius interfuit. Curt. 6, 3, 14.

7. (x) *sum moribus*] Adde supra 3, 1, 19.

Ibid. (y) *quod abscissis manibus &c. iubeantur.*] Ita Vineti ed. & placet pra aliorum videbantur, quod extat quidem in Pal. tert. non etiam in pr. ac sec. De re ipsa sic quoque Zeno in sermonibus: *Inciduntur ab articulis manus, a crucibus pedes: vivum se cadaver inspicias.* Gruterus. *Utud autm pœna genus apud Persas olim vitiatum fuisse, liquet ex Curtio. 5, 5, 6. Eodem Fabius Amilianus latrones Hispanos affecit apud Appian. in Hispan. pag. 293. & Iosephus Clivum quendam tumultuantem. de bell. Iud. 2, 26. Possent vero Thracibus istis applicari verba Lamachi. apud Apulei. Lib. 4. *Cur enim manus qua rapere & inzulare sola possit, fortem latronem superari?* In eodem Apuleii loco mendum est, quod eadem opera tollemus. legitur; *Vix enim Thebas Heptapylon accepimus, quod est huic disciplina primarium studium: sed dum sedulo fortunæ inquirebamus popularis, nec nos denique latuit Chryseros quidam &c. ridicule. quæ summa latronum ars esset Thebas accedere malim; Vix enim Th. Hept. accepimus, quæ quod est huic disciplina primarium studium) sedulo fortunæ inquirebamus popularis, nec nos deniq. latuit Chryseros quidam &c. ubi adverte vocabulum denique eodem etiam modo usurpatum, ut notavimus in Indice.**

## Bellum Mithridaticum.

## CAP. V.

**P**onticæ gentes ad Septemtrionem in mare  
 sinistrum iacent, à Pontico cognominatæ  
 mari. || Harum gentium atque regionum rex an-  
 tiquissimus (a) Ætas: post Artabazes, (b) à septem  
 Persis (c) oriundus: inde Mithridates omnium  
 longe maximus; || quippe quum quatuor Pyrrho,  
 (d) decem & septem anni Annibali suffecerint;  
 ille per (e) quadraginta annos restitit, donec trib.  
 ingentibus bellis subactus; felicitate Syllæ, virtu-  
 te Luculli, magnitudine Pompeii consumeretur.  
 || Causam quidem illius belli prætenderat apud  
 Cassium legatum, *attrectari terminos suos à Nico-*  
*mede Bithynico*: ceterum ELATVS animis in-  
 gentibus, Asiæ totius, & si posset, Europæ cupi-  
 ditate flagrabat. || (f) SPREM ac fiduciam dabant  
 nostra vitia. quippe quum civilibus bellis disun-  
 geremur, (g) inuitabat occasio: nudumque im-  
 perii latus (h) ostentabant procul Marius, Sylla,  
 Sertorius. || Inter hæc Reipublicæ vulnera, &  
 hostumultus, repente, quasi captato tempore, in  
 lassos simul atque districtos, subitus turbo Ponti-  
 ci belli, ab vltima veluti specula Septemtrionis  
 erupit. || Primus statim impetus belli Bithyniam  
 rapuit. Asia deinde pari terrore correpta est.  
 Nec cunctanter ad regem ab vrbibus nostris, po-  
 pulisque descitum est. || (i) Aderat, instabat, læ-  
 uitia quasi virtute utebatur. Nam quid atrocius  
 vno eius (k) edicto, quum omnes, qui in Asia fo-  
 rent,

rent, Romanæ ciuitatis homines interfici iussit? Tum quidem domus, templa & aræ, humana  
8 omnia atque diuina iura violata sunt. || SED HIC terror Asiæ, Europam quoque regi aperiebat. itaque missis Archelao Neoptolemoque præfectis, excepta (1) Rhodo, quæ pro nobis stetit, ceterum Cyclades, Delos, Eubœa, & ipsum Græciæ decus (m) Athenæ, tenebantur.  
9 || Italiam iam, ipsamque urbem Romam regius terror afflabat. Itaque Lucius Sylla festinat, (n) vir armis optimus: parique violentia ruentem vltius hostem, quadam quasi manu, repulit:  
10 || primumq; Athenas urbem (quis crederet?) frugum parentem, obsidione, (o) ac fame ad humanos cibos compulit. Mox subruto Piræei portu, sex quoque, & amplius (p) muris, postquam domuerat *ingratissimos*, vt ipse dixit, *hominum*, (q) IN HONOREM tamen mortuorum, sacris suis famæque donauit. || (r) Mox quum Eubœa, atque Bœotia, præsidia regis dispulisset, omneis copias, vno apud Chæroneam, apud Orchomenon altero bello dissipauit: statimque in Asiam transfessus, ipsum opprimit. & debellatum foret, nisi de Mithridate triumphare cito, quam vere maluisset. || Ac tunc quidem hunc Asiæ statum Sylla dederat. Ictum cum Ponticis fœdus, recepit (s) Bithyniam à rege Nicomede, ab Ariobarzane Cappadociam: ac sic erat Asia rursus nostra, (t) vt cœperat: Mithridates tantum repulsus. || itaque non fregit ea res Ponticos, sed incendit. Quippe rex Asia & Europa quodammodo incalcatus, NON IAM quasi alienam, sed (u) quia



228 LIBER III. CAP. V. *Mithrid. Cyzicum. Lucull.*  
amiserat, quasi raptam belli iure repetebat. || Igi- 14  
tur vt (x) EXTINCTA parum fideliter incen-  
dia maiore flamma reuiuiscunt; ita ille de inte-  
gro, auctis (y) maiorem in modum copiis, (z) to-  
ta denique regni sui mole, in Asiam rursus mari,  
terra, fluminibusque veniebat. || (a) Cyzicum 15  
nobilis civitas, arce, mœnibus, portu, turribus-  
que marmoreis, Asiaticæ plagæ litora illustrat.  
hanc ille quasi alteram Romam toto inuaserat  
bello: || sed fiduciam oppidanis resistendi nun- 16  
cui fecit, docens aduentare (b) Lucullum. qui  
(horribile dictu!) per medias hostium naues (c)  
vire suspensus, & pedibus iter ad gubernans, vi-  
dentibus procul quasi marina (d) pistrix euase-  
rat. || Mox clade conuersa, quum ex mora (e) 17  
obsidentem regem fames, & ex fame pestilentia  
vrgeret, recedentem Lucullus assequitur: adeo-  
que cecidit, vt Granicus & Ælæus amnes, cruen-  
ti redderentur. || Rex callidus, (f) Romanæque 18  
auaritiæ peritus, (g) spargi à fugientibus sarcina-  
nas & pecuniam iussit, quæ sequentes moraretur.  
Nec felicior in mari, quàm in terra fuga. quippe  
centum amplius nauium classem, (h) apparatus-  
que belli gratem, in Pontico mari aggressa tem-  
pestas, tam fœda strage lacerauit, vt naualis belli  
instar efficeret: || plane quasi Lucullus (i) quo- 19  
dam cum fluctibus procellisque commercio, de-  
bellandum tradidisse regem ventis videretur.  
|| Attrite iam omnes validissimi regni vires erant; 20  
sed (k) ANIMVS malis augebatur. || Itaque 21  
conuersus ad proximas gentes, totum pene  
Orientem, ac Septentrionem, ruina sua inuoluit.  
Iberi,

Iberi, Caspii, Albani, & vtræque sollicitabantur  
Armenia: perque omnia & decus, & nomen, &  
22 titulos (l) Pompeio sua fortuna quærebat. ¶ Qui  
vbi nouis motibus ardere Asiam videt, aliosque  
ex aliis prodire reges; nihil cunctandum ratus,  
priusquam inter se gentium robora coirent, sta-  
23 tim ponte nauibus facto, omnium ante se primus  
transit Euphratem: ¶ regemque fugientem media  
nactus Armenia (quanta felicitas viri!) vno præ-  
lio confecit. Nocturna ea dimicatio fuit, & lu-  
na in partibus. quippe quasi commilitans, quum  
(m) à tergo se hostibus, à facie Romanis præbuis-  
set, Pontici per errorem longius cadentes (n) um-  
24 bras suas quasi hostium corpora petebant. ¶ Et  
Mithridates quidem nocte illa debellatus est.  
nihil enim postea valuit; quanquam (o) omnia  
expertus, (p) more anguium, qui obruto capite,  
postremum cauda minantur. ¶ Quippe quum  
25 effugisset hostem Colchos, Siciliae quoque lito-  
ra, & Campaniam nostram subito aduentu ter-  
tere voluit: mox subruto Pyraei portu, (q) Col-  
chis tenus iungere Bosphoron: inde per Thra-  
ciam, Macedoniam & Græciam transilire: sic  
Italiam nec opinatus inuadere, (r) tantum cogita-  
26 uit. ¶ nam per defectiōnem ciuium, Pharnacis-  
que filii scelere præuentus, (s) male tentatum ve-  
neno spiritum ferro expulit. ¶ Cnaeus interim  
27 Magnus (t) rebelles Asiae reliquias sequens, per  
diuersa gentium terrarumque volitabat. Nam sub  
Orientem sequutus Armenios, captis ipso capite  
gentis Artaxatis, supplicem iussit regnare Tigris-  
28 nem. ¶ At in Septentrione in Scythicum, iter,

230 LIBER III. CAP. V. Pompeius. Hierosol.  
 tanquam in mari (u) stellis sequutus, Colchos  
 cecidit. ignouit Iberiæ. (x) pepercit Albanis,  
 regem Colchorum (y) Orodem, positis sub  
 ipso Caucaſo caſtris, iuſſit (z) in plana deſcen-  
 dere: Arthocen, qui Iberis imperabat, (a) & ob-  
 ſides liberos dare. Orodem etiam remuneratus  
 eſt, vltro ab Albania ſua lectulum aureum, &  
 alia dona mittentem. ¶ Nec non & in meridiem <sup>29</sup>  
 verſo agmine, Libanum Syriæ, Damalcumque  
 tranſgreſſus, per nemora illa odorata, per turis &  
 baſſami ſiluas, Romana circumtulit ſigna. Ara-  
 bes, ſi quid imperaret, præſto fuere. ¶ Hieroſo- <sup>30</sup>  
 lymam defendere tentauere Iudæi: verum (b)  
 hanc quoque intrauit; & vidit illud grande im-  
 pia gentis arcanum patens, (c) ſub aureo vitæ cæ-  
 lo. diſſidentibusque de regno fratribus, arbiter  
 factus, regnare iuſſit Hircanum. Ariſtobulo,  
 quia (d) renouabat eam rem, (e) catenas dedit.  
 ¶ (f) Sic Pompeio duce populus Romanus totam, <sup>31</sup>  
 qua latiffima eſt, Aſiam peruagatus, (g) quam  
 extremam habebat imperii prouinciam, mediam  
 fecit. Exceptis quippe Parthis, qui fœdus ma-  
 luerunt, & Indis, qui adhuc nos non nouerant;  
 omnis Aſia inter Rubrum mare, & Caſpium, &  
 Oceanum, Pompeianis domita, vel oppreſſa ſi-  
 gnis, tenebatur.

#### NOTÆ IN CAPVT V.

Hoc bellum ſcripſit Liuius à lib. 76. uſque ad 102. ſed tem-  
 poris iniuria non extant niſi eorum argumenta. Late de hoc  
 bello Appianus. Plura Plut. in vitis Sullæ, L. Luculli, Cn. Pom-  
 peii. Multa Auſtor de vit. illuſtr. quatuor ultimis capp. Val. Max.  
 4, 6, 2. ext. 8, 7, 10. ext. 9, 2, 3. ext. Fron. 2, 1, 12. & 14. & 2, 2, 4. Aug.  
 Ciuit,



Ciuit. 3, 22. Plin. 7, 97, 7, 24, 25, 2, 33, 3, & 12. Plura Cic. pro L. Manil. Iustinus lib. 37. & 38. Eutrop. 5, 2. Oros. 5, 19. &c. Gamers. Lege Dionis qua restant. meminit & Athenæus 5, 13.

Num. 1. (a) *Ætas*] Ita videbatur rescribendum eruditissimis viris, non immerito; nec enim præter huius regis ætatem, (Medex autem patrem aiunt) vlla gentium istarum mentio occurrat.

Ibid. (b) *à septem Persis*] Iis nimirum qui cum Dario ad recipiendum à Magis regnum coniurauerè. de quibus vide Bongarsium & Berneggerum ad Iustin. 1, 9, 9.

Ibid. (c) *oriundus*] Adde Polyb. 5, 43. Ioseph. vndecimo orig. Iudaic. & auctor. de vir illustr. cap. 76. Vinerus.

2. (d) *decem & septem anni Annibali*] Vide supra 2, 6, 1. c.

Ibid. (e) *quadraginta annos*] Adonis Chronic. sub anno 4718. *Quadriginta anni, vel sicut aliqui scribunt, quadriginta gestum est.* Vide Bongars. ad Iustin. 37, 1, 7.

4. (f) *spem ac fiduciam dabant nostra vitia*] *Ciuium non minus vitii hostium, quam virtute suorum ferus.* Tacit. H. 4, 34, 10. & Agr. 32, 2. vbi Galgacus de Rom. *Nostri illi discessionibus (al. dissensionibus) clari, vitia hostium in gloriam exercitus sui vertunt. h. e. suæ virtuti imputant victos hostes, cum ipsorum dissensionibus debuissent.* Sic infra 4, 2, 52. huius Mithrid. filius magis discordiæ Romanæ fiducia, quam suæ virtutis, bellum cœpit. Iude Flintus 7, 27. *bello ciuili, quod omnia externa conctebat.*

Ibid. (g) *inuitabat occasio*] Terent. Eunucho 3, 5, 57.

— *an ego occasionem*

*Mihi ostentata tantam, tam breuem, tam optatam, tam insperatam, Amittes em?* Pertinet huc Germanorum verbum: *Gelegenheit macht Diebe.* & quod Aristot. Rhet. 2, refert; *προφάρταις δεινταί μόνον η̄ πονηρία.*

Ibid. (h) *ostentabant*] Ita Pal. tert. & v. e. sequentes, *ostendebant*: quod minus videbatur efficax. Gruterus.

7. (i) *Adorat*] Hæc vox adest quidem editt. quamplurimis, sed non extat in verustissimis. male, agnoscuntque Pall. o. Gruterus.

Ibid. (k) *adicto*] Edictum Mithridatis huiusmodi erat, ut ad tricesimam diem obseruationis, omnes pariter Romanos qui apud eos essent, & Italos, eorumque mulieres cum pueris & liberis, qui & omni sanguinis esse censerentur, interficerent. Auctor Appianus. Interfecta autem sunt hominum 150000. auctore Plut. Sulla cap. 48. Val. autem Max. 9, 2, 3. ext. dicit 80000.

civium Rom. August. ubi supra. Camers. Idque eadem die atque hora. Vellei. 2. 18. 2. D. Hieron. de errorib. Orig. quasi ad Mithridatu literas, omnia veritas uno die de voluminibus eius radentur. Eo tempore Coi cines Rom. templo Esculapii inductos saluos praestiterunt. Tac. 4. 14. 3. Simile huic edictum fuit, quod Haman aduersus Iudaeos procurauerat. Esther 3. 13. Ioseph. Antiqu. 11. 6. Imitatus videtur Mithridatem Iulius magister militiae trans Taurum, qui Gothos per Thracias dispersos datis rursus literis ad reuellos ciuitatum & castrorum, Romanos omnes, uno eodemque die mandauit occidi. Marcellin. sine historiar. Pertinent etiam huc Vespera Sicula. nuptiae Parisienses, &c.

8. (1) Rhodo, quae pro nobis sterit, ceterum &c.] Addicentibus omnibus scriptis exemplaribus, sic legimus. Salmasius. Rhodum eo nomine magnopere commendat Velleius 2. 18. 3.

Ibid. (m) Athenae] Hinc Piso; hos esse Mithridatu aduersus Sullam socios. apud Tacit. 2. 55. 2. Quos tamen defendit Velle. 2. 23. 5. Multa quae huc faciunt, petere possis ex eruditissimo tractatu Ioann. Meursi de fortuna Atheniensium.

9. (n) vir armis optimus] Idemque pace pessimus. Inde Valer. Max. 9. 23. 1. L. Sylla, quem neque laudare, neque vituperare, quisquam satis digne potest, quia dum quaerit victorias, Scipionem se populo R. dum exercet, Annibalem representauit. Simile Marii elogium in ep. Liu. 80. haud facile est dicere, utrum bello melior, an pace perniciosior fuerit. & Antonii primi apud Tacit. H. 2. 86. 5. Pace pessimus, bello non spernendus. Sylla autem cognomentum unde transierit in Cornelios, discere ex Macrobo. Saturn. 1. 17.

10. (o) frugum parentem] Ita loquitur propter fruges Atheniensibus primitus inuentas aut inuectas. vide Diodor. 5. 69.

Ibid. (p) muris, postquam] V. e. auctior, muris munitum, postquam. nec aliter Pall. porro primus hic luxatus est. quippe qui ei quod praecessit Mox subiuato Piraei portu, adiecerit statim illa quae habemus post medium capitis, mox subiuato Pyraei portu Colchutenus &c. ceterum intermedia persequitur ante medium capitis sexti. Gruterus.

Ibid. (q) in honorem mortuorum] Maiorum nempe, rebus pace belloque gestis, adhuc artium multarum inuentione cultuque nobilissimorum. Ob eandem causam postea etiam Caesar his pepercit. Appian. de bell. ciuil. lib. 2. pag. 482. Atheniensibus quoque supplicibus dedit veniam, his verbis: Quoties eandem vos vestrae culpa pereuntis seruiabit maiorum vestrorum gloria. Porro maiorum celebratorem delinquentibus sapius praesidio esse, notauit Berneggerus ad Sueton. August. 5. 2. m. Ceterum Atheniensis exulat Vellei. 2. 23. 5.

11. (t) *max cum &c.*] Vide Vellei. 2, 23, 4.

12. (f) *Bithyniam à rege Nicomede. ab Ariobarzane Cappadociam*] Liplius bene emendat Electorum 2, 19. *Nicomedes, Ariobarzanes Cappadociam.* Gruterus. Vir doctus legit, *Bithyniam regè Nicomedi, Ariobarzani Cappadociam.*

Ibid. (t) *ut caperat*] Sunt à glossa hæc duo verba, meo quidem animo.

13. (v) *quia amiserat, quasi raptam*] Ea nimirum humani ingenii consuetudo est, quæ semel possiderunt, iure siue iniuria, putare pro suis. Quadrat huc Liuii locus 33, 32, 12. ubi de principibus Carthaginensibus qui Remp. aliquamdiu peculati, industria Annibalis eo compendio exciderant: *Tum vero istos quos pauperat per aliquot annos publicis peculatus, velut banis ereptis, non furto eorum manibus extorto, infensi & irati &c.* Simile est illud Cicer. in Verr. 4, 18. *quia non potuerat argentum eripere, ipsa à Diodoro crepta sibi vasa optime facta dicebat.*

14. (x) *extincta parum fideliter incendia*] Eodem simili de incendio vitur auctor supra 2, 15, 15. & infra 4, 2, 53. Eodem Curtius. 6, 3, 11. *Parua sæpe scintilla contempta, magnum excitavit incendium.*

Ibid. (y) *maiorem in modum*] Suspicio illud maiorem adiectum à librariis, qui non intelligerent vim vocis *inmodum* quod & positum supra.

Ibid. (z) *tota denique regni sui mole*] Ita loquitur Tacitus 6, 36, 1. *Max Artabanus tota mole regni ultum sit.*

15. (a) *Cyzicum*] Quæ hic dicuntur, præter alios lege Frontin. 2, 1. & 4, 5, 21. Cicer. ubi supra. Plin. 5, 32. & 36, 15. Plura ad hanc historiam scribit Strabo lib. 12. pag. 396. Camers. Meminit & Tacitus 4, 36, 3. & Obsequens cap. 111.

16. (b) *Lucullum*] Quem inter summos imperatores merito suo numerat Iustin. 37, 1, 8. cuiusque ingentes, sed veræ laudes apud Cicer. Quæst. Acad. 4, 1.

Ibid. (c) *utre suspensus*] Suetonius de Cæsare 57, 4. *si flumina morarentur, nando transiciens, vel inmixtus inflatu utribus, per sepe nuncios de se præuenit.* ubi Caufabonum vide. Historiam recitant etiam Sallust. H. 3, 3, 7. Frontin. 3, 13, 6. Sidonius carm. 22, 167.

Ibid. (d) *pistrinæ*] Sic & Pall. duo. idem esse quod *pristu*, dudum monuit Sylburgius. est in Naz. *Istru*, quod esse poterat *histrinæ*. Gruterus.

17. (e) *obsidentem regem fames, & ex fame pestilentia*] Correctio est à Salmatio, proba nisi me fallunt omnia. prius legebatur



regem, & ex fame pest. male. vt enim duas pestis causas simul proponere voluisset Florus, ita certe locutus non esset; dixisset potius, ex mora & fame. Pertinent huc versus Sidonii Apollinaris

Carmin. 2, 513.

Sognis ad insignem sedit eum Cyzicon hostis;  
 Qui cogente famo, cognata cadauera mandens  
 Vixit morte sua. & carin. 22, 165.  
 Compulsusque famis discrimina summa subire  
 Inuidet obfesso miles Mithridaticus hosti.

18. (f) Romana auaritia ] Adde supra 3, 1, 12. Idem crimen Romanis Galgacus obiicit apud Tacit. Agr. 30, 10. si locuples hostis est, auari sunt Romani.

Ibid. (g) spargi a fugiantibus &c. ] Idem Triphon Syriae rex fecisse dicitur, qui victus per totum iter fugiens pecuniam sparsit, eaque insectanda Antiochi equites moratus effugit. Frontin. 2, 13, 2. Idem fecit Alaricus Gothorum rex à Stilicone victus. Lege Claudian. de sexto consulatu Honorii. Item de bello Getico vers. 610. vbi plura dictauimus. Camers. Tribuit hoc etiam Mithridati satrapæ Polyænus lib. 7. & Frothoni suo Saxo Sialand. primo Hist. Dan. pag. 23. Pertinet eo Sytorum exemplum in sacris literis. Regum 4, 7, 7.

Ibid. (h) apparatusque ] Non dubito legendum apparatusque. nam vox grauis commodius ad classem, quam apparatus referatur. Nec exempla desunt: supra 2, 2, 34. commentibus, exercitiis, propugnaculis, armis grauis hostium classis, & 3, 1, 11. Thalam graui armis thesauroque regis.

19. (i) quodam cum fluitibus procellisque commercio &c. ] Ad hanc formam Claudianus.

O nimium dilecto Deo, tibi militat æther,  
 Et coniurati veniunt ad classea venti.

20. (k) animus malis augebatur ] Vide supra 1, 16, 7, 8.

21. (l) Pomp. sua fortuna ] Pall. Pomp. suo fortuna. sequeretur, nisi illud sua heic usurparetur, vt apud Curt. 3, 2, 17. nisi suam naturam plerumque fortuna corrumpet. Gruterus. Idem pluribus hoc demonstrare satagit ad Liuium 5, 21, 13.

23. (m) à tergo hostibus, à facie Romanis ] Ita Pall. o. vt videatur ita scripisse auctor, cuius equidem sententiam firmer Plutarchus Nicia cap. 44. Habebant lunam à tergo, vnde semetipsi inuibrantes multitudinem suarum & fulgorem inualuebant armorum. Hostes vero elipei obiecta resurgentes luna multo plures representabant & validiores. Plures tamen immo fere omnes corrigendum censent, a facie hostibus, à tergo Romanis. & si non ita scripserit auctor, debuisset scribere, quod & Plutarch. Pomp. cap. 53. Frontianus

tinus 2, 1, 12. de hac ipsa historia; & de simili Tacitus H. 3, 23, 6. Vbi Lipsii notam vide.

Ibid. (n) *umbras suas*] *Suas* expungit Lipsius citato loco.

24. (o) *omnia expertus*] Quod magnopere laudat. & imitandum bellatoribus censet Gruterus ad Tacit. discursu nono. Ex eadem schola est illud Britannorum apud Tac. Agr. 15, 8. *Virtutes maiorum suorum amularentur, neque praelii unius aut alterius euentu paucescerent.* De Romanis vide supra 1, 18, 19, u.

Ibid. (p) *more anguium*] Vtitur hac similitudine Nicetas Choniates pag. 91. sed paullo aliter.

25. (q) *Colchis tenuis iungere Bosphorum*] Salmasio Gruteroque monentibus omisi ista verba. *mox subrato Pyraei portu, quæ inferciunt Impr. errore cod. Naz. qui notatus est supra, num. 9. p.*

Ibid. (r) *tantum*] Pall. *tamen.* quod forte verum. *Tamen* enim quandoque pro *tantum* sumitur. vt apud Liuium 29, 35, 32. Vellei. 2, 28, 5. Frontin. 1, 1, 4.

26. (s) *male tentatum veneno spiritum*] Hoc est, *nequicquam, frustra.* Infidias enim tutorum metuens, *antidota sepius bibit, & ita se exquisitis tutoribus (an exquisitioribus?) remedium stagnauit, ut ne uolens quidem senex veneno mori potuerit.* Iustin. 37, 2, 6. Plinius 25, 7. & 23, 8. Hinc certum antidoti genus hodiequo *Mithridaticum* appellant.

27. (t) *rebelles*] Pall. *tres, rebellis.* sed primus statim, ab eadem manu emendatus ad faciem alteram: & bene. Gruterus.

28. (u) *stellis*] Ita & v. e. & Pall. *tres,* quomodo etiam ediderat Vinetus. al. edd. *stellæ.* prius è libro suo itidem prodidit Lipsius d. c. XIX. & nonnulla ego de eadem re suspicionum lib. 23. cap. 2. Gruterus. Prouerbio Græci dicebant, de iis qui longum iter, & per desertas terras faciebant, *ὁ δὲ τῶν ἀσέγων ὑπόστυμαίνας δὲ τῶν ὀδῶν;* cuius meminit scholiastes Æschyli in Agamemnone. vide etiam Suidam. Salmasius. Simile est illud Luciani pr. Icaro Menippi: *εἰς τὴν ὁδὸν, κατὰ πῆξ οἱ φοινικῆς, ἀσέγων ἔστυμαίνας τῶν ὀδῶν.*

Ibid. (x) *pepercit Albanis*] Quippe fratribus. Iust. 42, 2, 4.

Ibid. (y) *Oradem*] *Olthacem* vocat Appianus pag. 253. & in triumpho ductum scribit.

Ibid. (z) *in plana descendere*] Ne videlicet fiducia montium rebellaret. ita factum supra 2, 3, 5. & infr. 4, 12, 59. Similia denique exempla passim in historia Romana inuenias. pertinent hic notata supr. 2, 15, 6. K.

Ibid. (a) *& obsides liberos dare*] Putabam excidisse aliquid ante has voces: sed docuit me Berneggerus sensum esse: Arthocen iussum non solum in plana descendere, sed etiam obsides liberos dare.

30. (b) *hanc quoque intrauit &c.*] Vide Tacit. H. 5, 9, 1. Augustin. de ciuit. Dei. 18, 44. Otton. Frisingens. 2, 46. Idacium chronolog. 2, 29. Sulp. Seuerum Historia sacrae lib. 2. Adonis Chronic. sub anno 4718.

Ibid. (c) *sub aureo vitæ cælo*] Nihil certius hac coniectura Lipsiana quam vide Elector. 1, 5. Gruterus. Naz. *ubi cælo*, ex quo Salmasius *vitæ cælo*. Quæ porro de Iudæis hic narrantur, recenset Iosephus. 14, 5, 6. &c.

Ibid. (d) *renouabat*] Restitui lectionem v. e. nam seqq. *renouabat*, quod hic vix toleret Latinæ linguæ peritior; certe historiae Iudæicæ. & vero priorem firmanr Pall. tres. Gruterus.

Ibid. (e) *catenas dedit*] Et in triumpho duxit. Plut. Pompeius cap. 73.

31. (f) *Sic Pompeio duce &c.*] Gesta Pompeii compendiose habes à Plinio 7, 26. & 37, 2. Val. Max. 8, 15, 8. Auctore de vir. ill. Iustri. cap. vlt. Gesta Pompeii eleganter scribit Lucanus. 2, 576. Camers.

Ibid. (g) *quam extremam &c.*] Plinius 7, 26. *Summa summam in illo gloria fuit (ut ipse in concione dixit, cum de rebus suis disfereret) Asiam ultimam prouinciarum accepisse, eandemque mediana patria reddidisse.*

## Bellum Piraticum.

### CAP. VI.

**I**Nterim (a) dum populus Romanus per diuersa terrarum distractus est, (b) Cilices inuaserrant maria: sublatisque commerciis, (c) rupto foedere generis humani, sic maria bello, quasi tempestate præcluserant. || Audaciam perditis & furiosisque latronibus dabat inquieta Mithridatis præliis Asia: **DVM SVB** alieni belli tu ulu,

(d) *exce-*



(d) exterique regis inuidia, impune grassantur.  
3 || ac primū duce Isidoro, contenti proximo mari,  
Cretam inter atque Cyrenas, (e) Piræum &  
Achaiam, sinumque Maleum, quod à spoliis Au-  
4 reum ipsi volauere latrocinabantur. || missusque  
in eos Publius (f) Seruilus, quamuis (g) leues &  
fugaces myoparonas graui & Martia classe turba-  
5 ret; (h) nō in incruenta victoria superat. || Sed nec  
mari submouisse cōtentus, validissimas vrbes eo-  
rum, & diutina præda abundantes, (i) Phaselin, &  
Olympon euertit, (k) Isaurumq; ipsam arcem Ci-  
6 licia: vnde conscius sibi magni laboris, (l) *Isaurica*  
cognomē adamauit. || Non ideo tamen tot cladi-  
bus domiti, terra se cōtinere potuerunt: sed vt (m)  
quædam animalia, quibus aquam terramq; inco-  
lendi gemina natura est, sub ipso hostis recessu  
impatientes soli, (n) in aquas suas resilerunt; &  
7 aliquanto latius, quam prius. || Sic ille quoque  
ante felix, dignus nunc victoria Pompeius visus  
est; & Mithridaticæ prouinciæ factus accessio.  
Ille dispersam toto mari pestem, semel & in per-  
petuum volens extinguere, diuino quodam ap-  
8 paratu aggressus est. || Quippe quum classibus  
suis, & socialibus Rhodiorum abundaret, (o) plu-  
ribus legatis atque præfectis vtraque Ponti &  
Oceani ora complexus est. Gellius Tusco mari  
impositus; Plotius Siculo. Gratilius Ligusti-  
9 cum sinum, Pompeius Gallicum obsedit, || Tor-  
quatus Baleaticum, Tiberius Nero Gaditanum  
fretum, qua primum maris nostri limen aperitur:  
Lentulus Lybicum; Marcellinus Ægyptium;  
Pompei

Pompeii iuvenes Adriaticum; || Varro (p) Terentius Ægeum, & Ponticum; Pamphylium Metellus; Asiaticum Cæpio; ipsas Propontidis fauces Porcius Cato sic obditis nauibus, (q) quasi portam obseruauit. || Sic per omnis æquoris portus, sinus, latebras, recessus, promontoria, freta, pæniulas, quicquid piratarum fuit, (r) quadam indagine inclusum & oppressum est. || Ipse Pompeius in originem fontemque belli Ciliciam (s) versus est: nec hostes detrectauere certamen, (t) non ex fiducia, sed quia oppressi erant, ausi uidebantur. sed nihil tamen amplius, quam ut ad primum ictum concurrerent. || Mox ubi circumfusa undiq; rostra uiderunt, abiectis statim telis, remisque, plausu undique pari, quod supplicantium signum fuit, vitam petiuerunt. || (u) Non alias tam incruenta victoria usi unquam sumus: sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idque prospectum (x) singulari CONSILIO ducis, qui maritimum genus à conspectu longe remouit maris, & mediterraneis agris quasi obligauit. || Eodemque tempore & usum maris nauibus recuperauit, & terræ homines suos reddidit. (y) Quid prius in hac mirere victoria? velocitatem, quod (z) quadragesimo die parta est? an felicitatem, quod ne una quidem nauis amissa est? an uero perpetuitatem, quod amplius piratæ non fuerunt?

## NOTÆ IN CAPVT VI.

De Piratico bello multa Cicero in oratione, quam habuit de laudibus Magni Pompeii. Liuii Epit. 99. Plura Plurarch. Pompeio

peio cap. 37. &c. Auctor de vir illustr. cap. vlt. Val. Max. 8, 15, 3. Camers. Vide Dionem lib. 36. vbi refert, piratas istos non alias tantum Italiae urbes, sed & ipsam Hostiam intrauisse, loco tamen forte corrupto. certe male Latine factus; est *εἰς ἀρτίαν τῆς Ὀστίας* nisi enim Hostia aut Ostia pluraliter quoque capitur pro colonia Anci regis, legendum est *εἰς Ὀστίας τῆς Ὀστίας*. omnino autem vertendum ipsam etiam Hostiam, non vt vulgo. *ipsa etiam ostia*. Nam Ostiense incommodum est, de quo Cic. pro L. Manilia cap. 12.

Num. 1. (a) *dum pop. Rom. per diuersa terrar. distractus est*] *Ocasio illa frequenter causatur bella*. Vide Sallust. Cat. 16, 6. Florum 3, 1, 4. Plura de hac re ad Liuium 10, 45, 3. Hæc Gruterus ad Ammianum 15, 20.

Ibid. (b) *Cilices*] Sic appellati ab auctoribus, & ut ita loqui liceat principalibus, cum plures populi in societate fuerint. vide Appian. Mithrid. pag. 234.

Ibid. (c) *rupto fœdere generis humani*] Ea de causa Cicero in Verr. 4, 9. & 5, 29. appellat piratas *communes hostes gentium nationumque omnium*. & Plinius 2, 46. *omnium mortalium hostes*.

2. (d) *exterique regis inuidia*] Similis sententia Taciti in causa dissimili 3, 53, 6. *Cum recte factorum sibi quisque gratiam irabant, unius inuidia ab omnibus peccatur*.

3. (e) *Pyræum & Achaïam*] Non comparet illud *Pyræum* nisi in Pal. teri. non optimi commatis libro. & vero nihil hic habet quod agat. itaque abiiciatur licet. Gruterus. si tamen retinenda sit ista vox, omnino certa est Salmasiana correctio, *Epirum*.

4. (f) *Servilius*] Historiam præter supradictos habent Sex. Rufus. Valer. Max. 8, 5, 6. Frontin. 3, 7, 1. Claudian. in Eutrop. 1, 2, 17. Eutropius plura 6, 1. Camers. Huius filiam duxit Augustus. Sueton. Aug. 62, 1.

Ibid. (g) *leues & fugaces &c.*] Confer supra 2, 2, 12.

Ibid. (h) *non incruenta victoria*] Quod in causa fuisse putat magni, nec immerito, nominis politicus, cur Pompeio bellum istud decerneretur, falso. Idem enim Pompeius Lucullo, quo nemo Roman. incruentius vicerat, successore missus est, quid autem Pompeium exciuerit, memorat auctor seq. mox numero. 6.

5. (i) *Phaselis & Olympon*] Urbes sunt Lyciæ maritimæ & maxima, quæ piratarum & prædonum semper domicilium & receptaculum fuerunt. & ea de causa hoc bello etiam & à Servilio expugnata & deiera sunt. Strabo lib. 14. pag. 457. Cicero in Verrem 4, 9. Stadius.

Ibid. (k) *Uzeron*] Quæ postea *Claudiopolis* à Claudio, qui eo coloniam deduxit.

Ibid.



Ibid. (l) *Isaurici cognomen*] Val. Max. 8. 5. 6. *maiorum suorum titulus Isaurici cognomen adiecit.* De cognomentis huiusmodi dictum aliquid supra 1, 11, 9. p.

6. (m) *quodam animalia*] Facit ad hoc quod scribit Plin. 9. 57. Item in libro qui de admirandis in natura inscribitur, & Aristoteli falso adscribitur: est enim non Arist. sed Theophrasti opus, ut ex citatione Plinii deprehendimus. Plinius enim 9. 57. citat Theophr. in his quæ habentur cap. 61. & seqq. in eo libro. Camers. Hanc autem similitudinem elegantissime usurpat Heinsius in laudatione Mauritii. pag. 26.

Ibid. (n) *in aquas suas resiliunt*] De hac gente Ammianus 14. 5. *Atque (ut Tullius ait) ut etiam fera monstra plerumque ad eum locum ubi aliquando passa sunt, reuertuntur: ita omnes instar turbinis digressi montibus impeditis & arduis, loca petiere mari confinia.*

8. (o) *pluribus legatis*] XXV. numerat. nec tamen ultra XV. nominat Appian. pag. 236. vide Vellei. 2. 32. 3.

10. (p) *Terentius Aegaum*] Ionium ei tribuit Appianus, cui sane consentit Plinius 3. 11. Ut appareat corruptum esse hac in parte *Florum*, quod & *Vinerus* opinatur. Eidem Varroni Plinius 7. 30. & 16. 4. *nauaem coronam hoc bello contigisse tradit, quod equidem nemo quod sciam auctorum dicit.* Vellei. etiam 2. 81. 3. *corona nauali neminem unquam Roman. ante Agrippam, donatam* expresse affirmat. Item Seneca benef. 3. 32. hoc sensu videtur appellare coronam naualem, *unscum inter dona militaria decus.*

Ibid. (q) *quasi portam obseruauit*] Ita & v. e. nam *Camertis, portam; Stadii, obseruauit.* quomodo & *Pal. tert. nam pr. ac sec. accedunt lectioai prima.* Liphus d. e. XIX. dicit, legere se illustri imagine *quasi portam obseruauit.* non male, vulgato tamen patrocinaus sum in suspicionibus lib. 3. cap. 1. neque mutari debet. Gruterus. *Salmatus legebat quasi portam obseruauit, nauibus videlicet obditis quasi pessulis.*

11. (r) *quodam indagine*] Eadem similitudine utitur infra 4. 2. 32. & 4. 12. 42.

12. (s) *versus est*] Ignorant has duas voces *Pall. o. & e. v. oratio* forte pender à superioribus, & legendum; *ipse Pompeius virginem fontemque belli Ceticiam, certo nois obsedit, occupauit, vel retinendum; ipse Pomp. in or. fontemque belli Ceticiam, ut eleganter subintelligatur, vel imperium fecit; vel aliud quid.* Salmatus.

Ibid. (t) *non ex fiducia &c.*] Eodem sensu apud *Liuium 21. 4. 6. Nec nunc illi gara audent, sed quia necesse est, pugnaturi sunt.* & *Tacitum Agr. 34. 4. reliquis est numerus signatorum & mercatorum*

quos quod tandem inuenisti, non resistere, sed deprehensi sunt numerosissimi &c.

14. (u) *Non aliam inor. &c.* Legeres ex Nazar. si velles; *Non alia tam incruenta victoria. nihil ego mutem.* Salmastius.

Ibid. (x) *singulari consilio duci* Simile infra 4, 12. 59.

15. (y) *quid prius miremur* Similiter locutus Papirius Sijua-  
tum 2, 279. — *locus ne Eugenium, an domini miret prius?* — Plinius  
36, 15. de theatro Curionis; *Quid enim miretur quisque in hoc prae-  
mium, inuentorem, an inuentum?* &c.

Ibid. (z) *quadragesimo die* Ita Zonaras secundo Annal. *Vnde-  
quinguesimo est apud Cicer. pro L. Manilia cap. 12. Similem  
in eodem celeritatem notat. Plutarch. in vita cap. 20. quadra-  
ginta diebus, annum tunc agens quartum & vigesimum, hostes oppressit,  
Africam subegit, regna regumque negotia composuit. Celeritatem  
autem in duce quantiuis pretii esse, satis indicat Curtius 5, 5, 3.  
Nullam virtutem regis istius magis quam celeritatem laudauerim. &  
magis etiam Dio sub finem lib. 42. Caesar in omnibus negotiis ce-  
leritate plurimum consecutus est; neque ulla alia causa fuit, cur omnes  
ea tempestate duces tantum rei bellica gloria praeccelleret.*

## Bellum Creticum.

### CAP. VII.

1 **C**reticum bellum, (a) si vera volumus  
noscere, (b) nos fecimus; sola vincendi no-  
bilem insulam cupiditate. fauisse Mithridati vi-  
2 debatur. hoc placuit armis vindicare. || Primus  
inuasit insulam (c) Marcus Antonius, cum ingen-  
ti quidem victoriae spe atq; fiducia, adeo, (d) vt  
plureis catenas in nauibus, quam arma portaret.  
3 || DEDIT itaque poenas vecordiae. Nam plera-  
que naues intercepte hostes: captiuaque corpo-  
ra religata velis ac funibus pependere: ac sic ve-  
lificantes triumphantium in modum Cretes por-  
tibus suis adremigauerunt. || Metellus deinde

Q totam

totam insulam igni ferroque populatus, intra ca-  
 stella & vrbes redegit, & Cnossum, & Erythra-  
 am, & vt Græci dicere solent, *urbium matrem* (c)  
 Cydoneam: || adeoque sæue in captiuos consule-  
 batur, vt (f) veneno se plerique conficerent: alii  
 deditionem suam ad Pompeium absentem mitte-  
 rent. || Et quum illeres in Asia gerens, eo quoque  
 præfectum misisset (g) Antonium; in aliena pro-  
 uincia (h) inclitus fuit: eoque infestior Metellus  
 in hostes ius victoris exercuit: victisque Laste-  
 ne, & Panare Cydoneæ ducibus, victor rediit. nec  
 quicquam amplius tamen de tam famosa victo-  
 ria, quam cognomen *Creticum* reportauit.

## NOTÆ IN CAPVT VII.

De hoc bello Liu. Epit. 99. Euseb. lib. temp. Eutrop. 6. 4. Val.  
 Max. 7. 6. 1. ext. Lege quæ de Creta insula scribunt Solinus cap.  
 6. Plin. 4. 12. Diodor. 5. 64. &c. Plura Strabo lib. 10. Virgil.  
 Æn. 3. 104. Auienus:

— *nutrix hinc Creta tonantis,*

*Multa latus gælebæ quo ferax, &c.* Sic enim legendum est. non *gle-  
 bam*. Camers.

Num. 1. (a) *si vera voluimus noscere*] Sic duo Pall. & e. v. Naz.  
 autem, *nosce*. vt videatur fuisse, *nosse*. Verbura tamen *noscere* ea-  
 dem significatione reperim sup. 1. 2. 6. e exemplo Taciti demon-  
 strauimus. Simile autem protulit noster, supra 2. 12. 3. & in-  
 fra 3. 18. 1. ita apud Curt. 7. 1. 28. *si verum audire vis*. ita apud  
 Litiuum 3. 18. 3. *infectus audire vera* Philippus. ita *si verum au-  
 dire velis*, Apulei. in apolog. Aures quippe hominum ita plerun-  
 que formata sunt, vt aspera quæ vera, nihilque nisi inuendum  
 & adulatorium accipiant. Quo pertinet illud Agathonis, quod  
 refert Athenæus 3. 13.

*εἰ μὴ Φράσαι τὰ ληθῆς ἔχει τ' ἐυφρανῶν  
 εἰ δ' ἐυφρανῶν ἴσ' ἔχει τὰ ληθῆς φράσαι.*

Ibid. (b) *nos facimus*] Similem Roman. iniquitatem arguit  
 infra 3. 9. 2.



2. (c) *M. Antonius*] Cuius meminuit Cicero in Verrina quarta & scribit Asconius isto Cretensi bello, morbo interiisse, nihil meliorem M. Antonio triumpho, de quo lib. 4. Vinctus. Loquitur de hoc Velleis 2, 31, 3. Ejut. Antonio cap. 1. qui *Creticum* etiam appellat, quam ob rem, nondum video.

Ibid. (d) *plures catenas &c.*] Adde Tacit. 2, 18, 2. & quæ collegit in obseruat. suis Piccartus lib. 10. cap. 6. vbi plura exempla talis recordat.

4. (e) *Cydoniam*] Sic Pall. o. Græcia est *κυδωνία*. Hodie *Canea* vt testatur Petrus Bellonius obseruationum 1, 5.

5. (f) *venena*] Sic Ptolemæus infra 3, 9, 3. & Cantabri 4, 12, 50.

6. (g) *Antonium*] *Octavianus* vocat Dio lib. 36.

Ibid. (h) *inletus*] Est à v. e. neque aliter Pal. sec. aut tert. aliter enim, *irrisus*. Vincti, *irritus*, quod & in Naz. sed præter sententiam auctoris, qui vult Pompeium clarum factum in prouincia non sua. Gruterus. Videatur tamen Naz. Vinerique sensum tutari Dio dicto loco, qui non obstante Pompeii legato, Metellum bellum istud nihilominus inuito eo patrasse scribit: quod etiam volunt sequentia nostri auctoris; eoque *infestior &c.*

## Bellum Balearicum.

### CAP. VIII.

1 **Q**Vatenus Metelli Macedonici domus bellis  
2 cjs nominibus assueuerat; (a) altero ex libe-  
3 ris eius Cretico facto, mora non fuit, quin alter  
4 quoque *Balearicus* vocaretur. || Baleares per idem  
5 tempus (b) insulæ piratica rabie corruperant ma-  
6 ria. Homines feros atque siluestres mireris ausos  
7 à scopulis suis saltem maria prospicere. || Ascen-  
8 dere etiam inconditas rates, & præ nauigantes  
9 subinde inopinato impetu terruere. || Sed quum  
10 venientem ab alto Romanam classẽm prospexis-  
11 sent, prædam putantes, ausi etiam occurrere; &  
12 primo impetu, ingenti lapidum saxorumq; nim-

bo classem operuerunt. ¶ (c) Tribus quisq; fundis præliatur. certos esse quis miretur ictus, quum hæc sola genti arma sint; id vnum ab infantia studium? (d) Cibum puer à matre non accipit, nisi quem ipsa monstrante percussit. ¶ Sed non diu lapidatione terruere Romanos. postquam cominus ventum est, expertique rostra, & pila venientia, pecudum in morem clamore sublato, petierunt fuga litora: dilapsique in proximos tumulos, (e) quærendi fuerunt, vt vincerentur.

## NOTÆ IN CAPVT VIII.

De hoc bello Epit. Liu. 60. De his insulis lege quæ scribunt Plinius 3, 5. & Strabo lib. 3. pag. 115. à Græcis enim *Balcares* dicuntur à fundarum iactu, quibus homines isti maxime utebantur. Auctor Dionysius postea versu 457. Alio nomine *Gymnesia* dicuntur, quoniam earum incolæ nudi sunt: *γυμνός* enim nudus appellatur. Plura scribit Diod. 5, 17. & C. Camers.

Num. 1. (a) *altero ex liberis eius &c.* Magna est apud Florum, *ἀνισογονία*, quod Balearicum faciat Cretici fratrem, & vtrumque Metelli Macedonici filium. nam Balearicus fratrem habuit L. Metellum Dalmaticum, à Dalmatia deuicta cognominatum: ita vt funus Macedonici patris à duobus filiis triumphalibus elatum fuerit. sed Creticum, cuius superiore bello cognomen à Creta deuicta sumptum est, fuisse L. Metelli Dalmatici filium, Macedonici nepotem, ex tab. Capitol. verisimile est. ita vt hic sexaginta annorum intervallo in tempore ligendo, ex nominum confusione aberratum sit. Auctores Strabo libro tertio. Epit. Liu. 60. Orosius 3, 13. Plinius 7, 44. Velleius. Valerius Maximus. Hactenus Stadius. Pro Floro dixerim, liberorum appellatione etiam nepotes & pronepotes, ceteroque descendentes contineri. vt in l. 220. de V. S.

2. (b) *insula.* Vox ista non videtur genuina; sensus certe eicità ea longe fiat venustior.

5. (c) *tribus fundis.* Quæ tam ad Balears nost. os, quam alias funditorum nationes attingant, inuenias apud L. Iulium Poliorc. 4, 2. & 3.

*Ibid.* (d)

Ibid. (d) Cibum puer à matre non accipit &c.] Vegetius 1, 16. Ly-  
sophron Cassandra

Οὐ γὰρ τὴν ἀδελφὴν ψίσσει πύργον γιάδα.

Πῶν ἂν κεραιότες γαστὸν εὐσόχῳ λιθῶ.

Ἰπὲρ τεράσσησ' ἄσῃμα κέμενον σκοπῆ.

Idem hoc Tartaris adseribit Bonfinius Decad. 2. lib. 8.

6. (c) quærendi fuerunt ut vincerentur.] Vide supra 2, 3, 6. 6.

## Expeditio in Cypron.

### CAP. IX.

1 **A**derat (a) fatum insularum: igitur & Cy-  
2 pros recepta sine bello. ¶ Insulam veteri-  
3 bus diuitiis abundantem, (b) & ob hoc Veneri  
4 sacram, Ptolemaeus regebat. ¶ Sed (c) diuitiarum  
5 tanta erat fama, nec falso, vt victor gentium po-  
pulus, & (d) donare regna consuetus, Publio Clo-  
dio Tribuno duce, focii, viniq̄ue regis confisca-  
tionem mandauerit. ¶ Et ille quidem (e) ad rei  
famam veneno fata præcepit. ¶ ceterum Porcius  
Cato (f) Cyprias opes liburnis per Tiberinum  
ostium inuexit. quæ res latius ararium populi  
Romani, quam ullus triumphus impleuit.

### NOTÆ IN CAPVT IX.

Quod hoc capite continetur, habetur abunde à Plut. in vita  
Catonis iunioris. Meminit abbreviator Lijii lib. 104. Camers.

Num. 1. (a) Aderat fatum insularum.] Eodem redit illud supra  
2, 16, 1. Quasi saculum illud auersionibus urbium curretet.

Ibid. (b) & ab hoc Veneri sacram.] Non video quamam hæc as-  
sertionis ratio sit, diues est, ergo Veneri sacra, potius Iunoni  
fuisse, apparet ergo legendum ad hoc id est insuper, quo verbo &  
alias vitur. Veneri vero sacram sicut & Camers notauit, ideo  
fuisse putant, quod mos esse: Cypriis, virgines ante nuptias præ-  
stitueret, vt dotalem pecuniam quærenter. Iustin. 18, 5, 4. quem  
ab ipsa Venere institutum Lactantius 1, 17. asserit. Sed hic mos  
cuius



cum & aliis gentibus fuerit, vt citato Iustini loco Berneggerus indicat; magis ideo Veneri sacra dicta fuit hæc insula, quod ibi præcipuo honore coleretur: quod præter alia notiora, etiam ex Tacito 3, 52, 7. claret. Hinc etiam *Cypru* & *Cypris* creberrime vocatur Poëtis. Hoc enim magis crediderim, quam quod Annal. rom. 1. Insulam à Dea nominatam, Zonaras prodit.

2. (C) *diuitiarum tanta erat fama*] Hæc igitur haud dubie causa fuit eius rei, quamuis excusent alii, & in Ptolemæum Clodiumque reiiciant, vt Strabo extr. lib. 14. Vellei. 2, 45, 8. Dio lib. 38. Sed Clodia eam priuatim fuisse causam non negem, populo Rom. quæ alia nisi diuitiarum cupido? nec enim fatet Rom. eo tempore auaritia, quam exprimit Galgacus apud Tacit. Agr. 30, 10. *Romans, si locuples hostis est, auari: si pauper, ambitiosi.* Improbant certe factum illud summopere Cicero pro domo cap. 8. Ammianus Marcell. 14, 27. Rufus cap. 13.

Ibid. (d) *donare regna consuevit*] Eius rei non vnum occurrit exemplum in Romana historia; quæ haud parca manu cumulati ad illa Tacit. 4, 5, 5. *Mauros Iuba rex acceperat, donum pop. Rom.* quatenus autem donatio isthæc eis lucrosa fieret, prodidimus large etiam ad eund. Taciti Agric. 14, 2. Gruterus. Porro videatur auctor noster imitatus Cicer. pro Sextio cap. 26. Ille enim ita; *ut sedens cum purpura & scepro, & illi insignibus regni, præconi publico subiceretur: & imperante pop. Romano, qui etiam bello victu regibus regna reddere consuevit, rex amicus, nulla iniuria commemorata, nihil repetitū rebus, cum bonis omnibus publicaretur.*

3. (E) *ad rei famam veneno sata præcepit*] Canidium familiarem suum in Cyprum præmiserat Cato, qui Ptolemæo vt sponte legi Clodia cederet, persuaderet: daturum ipsi pop. Rom. Veneris Paphiæ sacerdotium, quod vt opulentissimum, ita præcipue dignitatis apud Cyprios habebatur. Rex hausto veneno ab ea contumelia sese liberauit. Stadius ex Plut. Caton. Vitæ. cap. 48. &c. Vide etiam Dionem lib. 39. & Val. Max. 9, 4. ext.

Ibid. (F) *Cypriæ opes*] Confectam pecuniam 7000. talentorum scribit Plut. Cat. cap. 54. Lucanus certe inter maximas pop. Rom. opes recenset 3, 164.

*Quod Cato longinqua vexit super aquora Cypro,*

## Bellum Gallicum.

### CAP. X.

**A** Sia Pompeii manibus subacta; reliqua quæ restabant in Europa, fortuna in Cæsarem transtu-

2 transtulit. || Restabant autem (a) immanissimi  
gentium Galli, atque Germani: (b) & quamuis  
toto orbe diuisa, tamen qui vinceret habuit Bri-  
tannia. Primus Galliæ motus ab Heluetiis cœpit:  
qui Rhodanū inter & Rhenum siti, non sufficien-  
tibus terris, venere sedes petitem, incensis rœ-  
nibus suis. hoc sacramentum fuit, ne redirent.  
3 || Sed petito tempore ad deliberandum, quum in-  
ter moras Cæsar Rhodani ponte rescisso, abstulisset  
fugam; statim bellicosissimam gentem sic in  
4 sedes suas, (c) quasi greges in stabula pastor, de-  
duxit. || Sequens longeque cruentior pugna Bel-  
garum; **Q V I P P E** pro libertate pugnantium. Hic  
cum multa Romanorum militum insignia, tum  
illud egregium ipsius ducis, quod nutante in fu-  
gam exercitu, rapto (c) fugientis è manu scuto,  
in primam volitans aciem, manu prælium resti-  
5 tuit. || Inde cum Venetis etiam nauale bellum:  
sed (f) maior cum Oceano, quam cum ipsis nauibus  
rixa. quippe illæ rudes, & informes, & statim  
nafragæ quum rōstra sensissent, sed hærebat in  
vadis pugna, quum æstibus solitis cum ipso cer-  
6 tamine subductus Oceanus (g) intercedere bello  
videretur. || Illæ quoque accessere diuersitates  
pro gentium locorumque natura. (h) Aquitani  
callidum genus, in speluncas se recipiebant; iussit  
includi: Morini dilabebantur in siluas, iussit in-  
7 cendi. || Nemo tantum feroces dixerit Gallos,  
fraudibus agunt: Induciomarus Treuiros, Am-  
biorix (k) conuocauit Eburones. vtrique absen-  
te Cæsare coniuratione facta, inuenere legatos,  
8 || sed ille fortiter à Dolabella summotus est, rela-

tumq; regis caput hic insidiis in valle dispositis, dolo perculit. itaq; & castra direpta sunt, & aurum ablatū. Cottam cum Titurio Sabino legato ibi amissimus. || Nec vlla de rege mox vltio quippe perpetua trans Rhenū fuga latuit. Nec Rhenus ergo imūnis. nec enim fas erat, vt liber esset <sup>(1)</sup> receptor hostium atque defensor. || Sed prima contra Germanos illius pugna, iustissimi quidem ex causis. <sup>(m)</sup> Hædū enim de incursionibus eorum querebantur. || Quæ <sup>(n)</sup> Ariouisti superbia? Quum legati dicerent, *Veni ad Cæsarem: Quis est autem Cæsar?* & *Si vult, veniat,* inquit. & *Quid ad illum, quid agat nostra Germania?* <sup>(o)</sup> num ego me interpono Romanis? || Itaq; tantus gentis nouæ terror in castris, vt <sup>(o)</sup> testamenta passim etiam in principis scriberentur. Sed illa immania corpora, quo erant maiora, eo magis gladiis, ferroque pauerunt. <sup>(p)</sup> Qui calor in præliando militum fuerit, nullo magis exprimi potest, quam quod elatis super caput scutis, <sup>(q)</sup> quum se testudine barbarus tegetet, super ipsa Romani scuta salierunt: & inde in iugulos gladiis descendebant. || Iterum <sup>(r)</sup> de Germano Tencteri querebantur. Hic vero iam Cæsar <sup>(r)</sup> vltro <sup>(s)</sup> Mosulam <sup>(t)</sup> nauali ponte transgreditur, ipsumque Rhenum: & Hercyniis hostem quærit in siluis: sed in saltus, & paludes genus omne diffugerat, tantum pauoris incussit intra ripam subito Romana vis. || Nec <sup>(u)</sup> semel Rhenus, sed iterum quoque, & quidem <sup>(x)</sup> ponte facto, penetratus est. Sed maior aliquanto trepidatio: quippe quū Rhenum suum sic ponte, quasi iugo captum viderent, fuga rursus in sil-



uas ac paludes: &, quod acerbissimum Cæsari  
16 fuit, non fuere qui vincerentur. || Omnibus terra  
marique captis, respexit Oceanum: & quasi  
hic (y) Romanis orbis non sufficeret, alterum  
cogitauit. Classe igitur comparata, (z) Britanniam  
transit, mira celeritate: quippe quum tertia vigi-  
lia (a) Morino soluisset à portu, minus quam  
17 medio die insulam ingressus est. || Plena erant tu-  
multu hostico litora; & trepidantia ad conspe-  
ctum rei nouæ (b) carpenta volitabant, itaque  
TREPIDATIO pro victoria fuit. Arma, & ob-  
sides accepit à trepidis: & vltterius iisset, nisi im-  
probam classem (c) naufragio castigasset Ocea-  
18 nus. || Reuersus igitur in Galliam, classe maiore,  
(d) auctisque admodum copiis, (e) in eundem rur-  
sus Oceanum, eosdemque rursus Britannos, Ca-  
lidonias sequutus in siluas, vnum quoque (f) è  
19 regibus Caelanis in vincula dedit. || Conten-  
tus his (g) (non enim prouinciæ, sed nomini stu-  
debatur) cum maiore quam prius præda reue-  
ctus est; ipso quoque Oceano tranquillo magis, &  
20 propitio, quasi imparem se fateretur. || Sed ma-  
xima omnium, eademq; nouissima coniuratio fuit  
Gallarum, quum omnes pariter Aruernos atque  
Biturigas, Carnutas simul Sequanosque contra-  
xit, ille corpore, armis, spirituque terribilis, (h)  
nomine etiam quasi terrore composito, Vercin-  
21 gentorix: || ille festis diebus, (i) & comitialibus,  
quum frequentissimos in lucis haberet, ferocibus  
22 dictis ad ius pristinum libertatis orexit. || Aberat  
tunc Cæsar Rauennæ delectum agens: & (k) hie-  
mo creuerant Alpes: sic interclusum putabant

250 LIB. III. CAP. X. *Cæsar. Vercingetorix.*  
 iter. Sed ille (l) qualis erat, ad nunciū rei felicissi-  
 mæ temeritatis? Per inuios ad id tempus montiū  
 tumulos, per intactas vias, & niues, expedita ma-  
 nu (m) emerſus, occupat Galliam; (n) & ex di-  
 ſtantibus hibernis caſtra contraxit; & ante in me-  
 dia Gallia fuit, quam ab vltima timeretur. || Tum 23  
 ipſa capita belli aggreſſus, vrbes; Auaricum cum  
 quadraginta millibus propugnantium ſuſtulit;  
 (o) Alexiam ducentorum quinquaginta millium  
 iuuentute ſubnixam flammis adæquauit. || Cir- 24  
 ca Gergouiam Aruernorum, tota belli moles  
 fuit: (p) quippe quum octoginta millia muro, &  
 arce, & abruptis defenderent; || maximam ciui- 25  
 tatem, vallo, ſudibus, & foſſâ, inductoque foſſe  
 flumine, ad hoc decem & octo caſtellis, (q) in-  
 gentique lorica circundatam, primum ſare  
 domuit: mox audentem eruptiones, in vallo,  
 gladiis, ſudibusque concidit: noviffime in dedi-  
 tionem redegit. || Ipſe ille (r) rex, maximum vi- 26  
 ctoria decus, ſupplex quum in caſtra veniſſet,  
 (s) tum & phaleras, & ſua arma ante Cæſaris ge-  
 nua proiecit: *Habes, inquit, fortem virum, vir for-  
 tiſſimus, viciſti.*

#### NOTÆ IN CAPVT X.

Quæ hoc capite continentur, ſcribit Liiui abbreviator lib.  
 103. & ſeqq. Plutarch. Cæſare cap. 26. &c. Sueton. Cæſ. cap. 25.  
 Appianus in Celtico. Lucanus in primo, & latius Cæſar ipſe in  
 ſeptem libris ſuorum commentariorum de bello Gallico. Ge-  
 ſta Cæſaris compendioſe more ſuo lege ex Plin. 7. 25. Non ob-  
 ſcura ſunt quæ Eutropius, Oroſius, ceteri ſcribunt. Camers.

Num. 1. (a) *inmaniffimi gentium*] Pleni hoc elogio aucto-  
 rum libri. vnicum adſcribam Egeippum 2. 9. *Galliarum incola*  
 populi

populi natura feroces. & mox, immanes Germani, qui magnitudine corporum, & contemptu mortu ceteru validiores.

Ibid. (b) *Et quamvis toto orbe diuisa, tamen &c.*] Finis erat orbis ora Gallici litore, nisi Britannia insula non qualibet amplitudine, non pen penae alterius orbis mereretur. Solin. cap. 25. Virg. Eclog. 1, 67.

*Et penitus toto diuisas orbe Britannos.*

Claudianus de laud. Stilicon. 3, 149.

*Vincendos alio quaesuit in orbe Britannos.*

Camers. Egesippus loco modo citato: *Britannia extra orbem passata, sed Rom. virtute in orbem redacta. Quos etas superior ignorauit, didicit Rom. victoria.* Ex hac ratione D. Hieron. ad Gerontiam sub fin. *extremos hominum vocat Morinos.* Si tamen Saxoni, & Alberto Cranzio Noruagix 1, 28. credimus, diu ante Romanos Britanniam irrupere Dani, aliq; Septentrionales. vt Romani eam sibi primitus cognitam falso glorientur.

3. (c) *quasi greges in stabula pastor*] Eadem similitudine vitur Iustinus 2, 5, 7.

4. (d) *Belgarum*] Ex verbis Flori hic postis, item Cæs. comment. 2, 17. &c. rursus ex Val. Max. 3, 2, 19. item ceteris deprehendimus hunc locum insigniter deprauatum, vt non *Belgarum* legendum sit, sed *Nerutorum* ait enim hic Florus: *In hac pugna multa Rom. insignia fuisse, tum illud egregium ipsius ductus, quod nuntante in fugam exercitu &c.* Hoc autem non in pugna cum Belgis, sed cum Neruiis accidisse, scribit Cæsar, & Val. Max. Accedit ad hoc, quoniam Belgæ facili pugna à Cæsare superati sunt, Lege Cæs. de bell. Gall. 2, 10. &c. & Liuium lib. 104. Camers. Sed videtur oblitus ille, Neruios ex Belgis esse. Vinetus.

Ibid. (e) *rapto fugientiu à manu scuto, in primam volitans aciem &c.*] Similia Cæsaris facta, apud Val. Max. 3, 2, 19. Sueton. 52, 1. & nostrum infra 4, 2, 82.

5. (f) *maiorum Oceano, &c.*] Sic infra 4, 2, 75.

Ibid. (g) *intercedere bello*] Ita supra 3, 4, 2.

6. (h) *Aquitani callidum genus*] Abbo de obsidione Lutetix lib. 2. *Calliditate veni, acis que Aquitania lingua.*

Ibid. (i) *iussit includi &c.*] Diuersas in tali casu artes adhibere diuersi. supra 2, 33, 8. *Babius latibrax hostium ignibus sepsit.* Sertorius apud Plut. in vita cap. 26. & 27. multo puluere excitato quem ventus in os speluncæ impingeret, latentes ad deditonem compulsi. Herodes apud Joseph. 14, 27. arcis quibusdam, ubi milites incluserat, ad ostia speluncarum alias inaccessibilia superne decaussis. Inprimis autem huic similis est Taciti locus 14, 23. *Barbari pro inuenio quisque, alii preces offerre, quidam deserte visor, & in aula d. g. d. ac suere, qui se speluncæ ac carissima secum abderent.*



derent. Igitur dux Romanus diuersis artibus, misericordia aduersus supplices, celeritate aduersus profugos, immitis in qui latebras insederant, ora & exitus specuum sarmentis virgultisque completos, igni exurit.

7. (k) conuocauit] Malim commouit, aut conestauit.

9. (l) receptator hostrium] Receptatores enim perinde puniuntur ac meruerunt ii quos receperunt. l. i. de recept. in cuius fine leue mendum est, sed quod sensum vehementer peruertit; legitur enim: *In pari causa habendi sunt; quia cum adprehendere latrones possent, pecunia accepta, vel subreptorum parca, dimiserunt.* Scribendum enim: *In pari causa habendi sunt, qui, cum & e. ut bimestris sit hæc lex, agaturque de receptatoribus primo; tum etiam de iis qui non recipiunt quidem latronem, sed accepta pecunia, cum possent adprehendere, dimittunt.*

10. (m) *Hædus*] Sic Pal. tert. & alludunt ceteri. Camers ita restitutum à Cuspiniano suo scribit. *Vinctus Sequani mallet;* sed illud verum est.

11. (n) *Arionisus superbia*] Ita v. e. alix amplius; *Arionis. regis sup.* quod cum absit Pal. sec. ac tert. hæret tamen in Nazariano. *Gruterus.*

Ibid. (o) *num ego me interpono Romanis?*] Idem responsi reddidit iis olim Antiochus apud Liuium 33, 26, 2. & Appian. princ. Syriaci pag. 38. itemque prætor Achæorum Lycortas, apud eundem Liuium 39, 37, 7.

12. (p) *testamenta passim etiam in principiu*] Expressit verba *Caesaris de bell. Gal. l. 39.* Principia enim hoc loco pars castrorum est, non aciei, ut in Indice latius notabitur. Porro testamentorum militariu duo reperiuntur genera, prius ad quod hoc exemplum pertinet, quod pugnam ingressuri faciebant; quod etiam *proemium S. i.* Inst. de testam. ord. vel in *procinctu* (vide Festum) appellatur. Alterum, quod milites in castris degentes condebant, de quo tituli Inst. D. & C. Prioris exemplum est apud Vellei. 2, 3, 2. quod sua iam tunc ætare defuisse Cicero de natura deor. 2, 3. queritur. Datur etiam casus, ubi in medio periculo tale testamentum fit, ut apud Ioseph. de bell. iud. 7, 6. Simile est primo quod apud Iustin. 3, 5, 10. de Spartanis refertur: eos proclium inuitos, *hæteras, insculptu sui & parrum nominibus, dextro brachio deligasse, ut si omnes aduersum proclium consumisisset, & temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum rudi sepultus ea possent.* Quamuis enim solius sepulturæ causa fecisse Iustinus putet: nullus tamen dubito, quin hereditates etiam & legata aliqui eorum eadem ratione reliquerint.

13. (q) *quum se restudino barbarus reget*] Edit. posteriores, *val-*  
*ut*

*hinc test.* sed id vocis non comparet in v. e. aut vlllo Pall. Gruterus.  
De restudine vide Lipsium Poliorc. 1. 5.

14. (x) *ultra*] Conieceram ita legendum. & firman Pal. pr. & tert. item ed. nostra vetus; quo minus ita reponere dubitavi. Dicit enim Florus, iam sua sponte transisse Cæsarem, non lacessentibus Germanis. Sic Tacitus 13. 75. 2. *Duosque veteres reges Agrippam & Iocchum expedire copias quæ Parthorum fines ultra intrarent.* Sic etiam noster sapius.

Ibid. (s) *Mosulam*] Hoc reposuit Vinetus, cum feruarent in fl. eius, *Mosilam*; quod & in v. e. & Pall. tribus; ita tamen, vt restet à prima manu in tertio, *Mosellam*. Gruterus. *Mosula* flumen nusquam lectum mihi, nisi quod Guliel. Brito lib. 10. Philippidos:

*Vt miraretur fieri se Mosula rubrum*

*Sanguine sanctorum.*

Totum autem locum ita corrigi-  
git doctissimus Cluuerius Germ. ant. 2. 14. *infra Mosellam nau-  
uali ponte transgreditur ipsam Rhenum.* Cuius tamen rationes cu-  
ratius expendere iam non vacat.

Ibid. (t) *nauali ponte*] Huius pontis structuram vt Cæsar de bell. Gall. 4. 17. elegantissime & absolutissime describit; ita eum Iocundus Veronensis corrupte depingit; Cardanus in subtilitate sua futiliter. Io. Buteo in Geometricis diligenter & fideliter. Stadius. Vide omnino Magium miscellan. 4. 20.

15. (u) *Nec semel. &c.*] Iactat hoc Cæsar apud Iulianum *semel ille (Alexander) Iserum transit; ego vñ Rhenum.*

Ibid. (x) *ponte facto*] Nota atque instituta ratione, ait Cæsar. de bell. Gall. 6. 9. Quomodo autem Romani quam facillime fluuios transgredi consueuerint, refert Suidas in voce *Ζεύξια*. De historia Sueton. Cæsar. 25. 3. *Germanos qui trans Rhenum accolunt. primus Rom. ponte fabricato aggressus, maximis cladibus affecit.*

16. (y) *Romanis*] Melius legerim *Romanus* [ex Pal. pr. & sec.] Romanum orbem vocat *ἡν δίκαιον*. nam ita Romanos vocat gentium dominos, orbis dominos. Cæsaris ambitionem & φιλοδοξίαν tangit; cui exfuturandæ non erat satis orbis terrarum, & quicquid parebat non erat satis orbem quæsisset. Alterum orbem Britanniam intelligit, de qua in continenti sequitur, quæ non orbem & alterum orbem appellant Romani, vt notum est. Salmasius.

Ibid. (z) *Britanniam transit*] Sic erat in v. e. recisis reliquis. alia enim, *Britanniam petit. in Britanniam transit &c.* quæ sane superuacua, quamuis item compareant in omnibus Pall. Gruterus. Porro ne quem offendar ita dictio *Britanniam transit*, ita loquuntur

loquantur optimi auctores, quos modo notauit Berneggerus ad Iustin. 145. 9. h. Sic D. Hieron. ad Gerontiam sub finem; *Annibal Bithynia mortem veneno reperit. pro in Bithynia.*

Ibid. (a) *Morino solussit à porta*] Apparet hinc iter fuisse Britanniam perentibus, quo respexerit Virg. *Æn.* 8, 777. & ex eo D. Hieron. citato supra loco, & magis Gratius Cynegetici versu. 174.

*Quid freta si Morini dubio resluentia ponto  
Veneris, atque ipsos libeat penetrare Britannos?*

Ceterum hoc loco quidam pro *Morino* substituebant *Monino*, quos tamen refutant Causaub. ad Strabon. pag. 79. & Merula Cosmogt. 2, 3, 20. quos vide.

17. (b) *carpenta*] Quis ille pugnandi modus sit, luculenter describitur Casari de bell. Gall. 4, 33. adde sup. 3, 2, 3.

Ibid. (c) *naufragio castigasset Oceanus*] Eadem phrasis infra 4, 2, 75.

18. (d) *autisique admodum copios*] Illud admodum additum à me ex v. c. & Pal. duob. aberat aliis, neque visitur in Nazario, sed nouum non est negligi uoculam præcipitantia librarii. Gruterus.

Ibid. (e) *in eundem rursus Oceanum*] similis locutio supra.

Ibid. (f) è *regibus Caelani*] Plurimum variant hoc loco libri: sed ad Casarem si reuertamur, ex quo *Florum* hæc exscripsisse verum sit, videatur legendum è *regibus Cassimelauni*. Nam ita Cæs. de bell. Gall. 5, 22. *capto nobili duce Lugotorige*, qui erat inter duces Cassimelauni, quem *κασιλάων* vocat Polyænus lib. 8. aut eius librarii.

19. (g) *non enim prouincia, sed nomini fidebatur*] Iustinus 15, 17. de Vexore & Tanco: *Longinqua non finitima bella gerebant, nec imperium sibi, sed populi suæ gloriæ quærebant.*

20. (h) *nomine etiam quasi terrore composito*] Stadius terrori. [sic] euit corrigi volnerat Rhenan. in Thesauro locution. Taciti pag. 1. in fin.] v. c. nomine atque terrore etiam quasi composito. quomodo & Pal. tert. sed duo alii adhaerent vulgato: Gruterus. Videbatur legendum ad terrorem. sicut in simili fere loco Luui quem citauimus sup. 1, 13, 4. f.

21. (i) *& comitalibus*] V. c. & *conciabulis*; quod etiam in Pal. pr. a e tert. nam fec. & *conciabibus*; quod vltimum non displicet; placeret etiam, si fulciretur plurimum librorum auctoritate. Gruterus. Et videtur certe requiri vocem, quæ præcedent. *diebus* applicari possit.

22. (k) *hieme creuerant Alpes*] supra 3, 3, 11. *per hiemem, quæ alijm Alpes lauat.*



Ibid. (l) *qualis erat, ad nuncium rei felicissima temeritate.* Belle quidem Salmastius locum scribit & explicat: *qualis erat, ad nuncium rei felicissime per inuitos &c.* cum ita legatur in optimo Pall. *qualis erat, 65 6123.* quomodo loquitur Appianus de bell. civ. 3. pag. 563. a. siue *felicissima temeritate.* Videtur tamen aliud sentire Florus, & tribuere Cæsari, quod Alexandro Seneca de benefic. 1, 13, 3. *felicem temeritatem.* ut ita scribendum sit; *qualis erat felicissima temeritate ad nuncium rei, hoc est ut erat fel. teme.* fateor quidem non succurrere, vocem *qualis* vspiam hoc modo usurpatam: sed nec isto altero sensu legisse me memini; verum semper, *ut, vel sicut.* Liu. 27, 53, 11. *vinclior ut erant.* Ouid, amor. 23, 5.

*Sicut erant, & erant compta. laniare capillos,*

*Et fuit in tenera impetus ire genas.*

idem in epist. Paridis vers. 119.

*Et iovor effusus ut erat Cassandra capillus,*

*Quo riuu? exclamat.*

Curtius 8, 3, 10. *sicut erat, cruenta veste.* Sueton. Othone 8, 5. *sicut erant cruenti.* Porro ne quid desideret lector, etiam Gruteri coniecturas subnectam. arbitrabatur autem legi posse: *Sed ille, qualis erat, ad nuncium rei (felicissima temeritate par) inuitos ad id tempus montium tumulos, intactas vias emensus &c.* ut per secundum narium fuerit à priori par, postea degenerante in per, sane conerit per tumulos; per via, insolens locutio. Aut si illud displiceret, forte fuisse: *sed ille, qualis erat, ad nuncium rei felicissima temeritate, per inuitos ad id tempus tumulos, per intactas vias emensus:* sicque plane exhibet Pal. sec.

Ibid. (m) *emersus*] Ita Pal. sec. rectè ut puto, argumento est vox per, qua illi *emensus*, quod alii præferunt, minus congruit. Similis prope locus apud Cicero. pro Sextio cap. 5. *cum e pruina Apennina atque e nubibus illis emerisset.* Ibid. cap. 9. *emersum subito ex tenebris.* Idem de divin. 2, 68. *subito sum visus emersus ex flumine.* Val. Max. 1, 4, 1. ext. *ingens ruum multitudo proximo lacu emersa.* Utitur hac voce Lilius 1, 1, 4. & 8, 7, 22. & Tacitus 1, 65, 3. *paludibus emersum dixit.* Forsitan & apud eundem Liu. 39, 17, 16. legendum sit: *per asperitiam Illirici oram, Paoniam inde & Thraciam, pugnando cum ferocissimis gentibus emersi.* pro quo vulgo legitur *emensi.* Sic apud Frontin. 3, 1, 2. & apud Seneca. natur. quæst. 5, 13. *aruptus.*

Ibid. (n) *& ex distantibus*] Vocula & inserta volentibus tribus Pall. Gruterus.

23. (o) *Alexiam*] Meminit præter citatos auctores Polyænus lib. 8. ubi idem hostium numerus, qui apud nostrum, nempe *per quod 55 xi.* hoc est, ducenta quinquaginta (non ut vulgo editur, quinque) milia.

24. (p) *Quippe cum octoginta millia &c.*] Pal. sec. ac tert. *des-*  
*fenderit. at pr. Quippe cum milite, muris & arce, & abruptis defen-*  
*derent maximam civitatem. qua lectio non inepta. Gruterus. De*  
*Gergouia vide etiam Polyanum lib. 8.*

25. (q) *ingentique lorica*] Sic Pal. tres & v. e. alia enim, *ingen-*  
*ti quasi lorica. inepte. Gruterus. De loriceis incredibili labore per*  
*maximum spacium ductis, exempla sunt in nostro supr. 2, 18, 13.*  
*& infr. 4, 2, 39. vide etiam Veget. 4, 28. & ibi Stevvechium.*

26. (r) *rex maximum victoria deus*] Ita sup. 3, 255. 3, 33, 10.

Ibid. (s) *tum & phaleras*] v. e. non habet *tum &*, vt nec Pal.  
 fec. aut tert. nam est in pr. *cum & phal.* an fuit, *secum & phaleras*  
 Gruterus.

## Bellum Parthicum.

### CAP. XI.

**D**VM Gallos per Cæsarem in Septemtrione  
 debellat, interim ad Orientem graue vul-  
 nus à Parthis populus Romanus accepit. ||<sup>(a)</sup> Nec  
 de fortuna queri possumus. caret solatio clades.  
 ADVERSIS & diis, & hominibus, cupiditas  
 consulis Crassi, <sup>(b)</sup> dum Parthico inhiat auro, vi-  
 decim strage legionum, & ipsius capite multata  
 est. || Et tribunus plebis <sup>(c)</sup> Metellus, exeuntem  
 duces hostilibus diris deuouerat: & quum  
 Zeugma transisset exercitus, <sup>(d)</sup> rapta subitis si-  
 gna turbinibus hausit Euphrates: <sup>(e)</sup> & quum  
 apud Nicephorum castra posuisset, missi ab Oro-  
 de rege legati denunciauere, *percussorum cum Pom-*  
*peio fœderum, Syllaque, meminisset.* || Regis inhians  
 ille thesauris, nihil, ne <sup>(f)</sup> imaginario quidem  
 iure, sed <sup>(g)</sup> *Seleucia se responsurum esse* respondit.  
 || ITAQUE DII fœderum ultores, nec insidias,  
 nec virtuti hostium defuerunt. || Iam primum,  
 qui

qui solus & subuehere commeatus, & (h) muni-  
 re poterat à tergo, relictus Euphrates. tum simu-  
 lato transfuga cuidam (i) Mezera Syro creditur,  
 dum in mediam camporum vastitatem eodem  
 duce ductus exercitus, vndique hosti exponere-  
 8 tur. || Itaque vix dum venerat Carras, quum vndi-  
 que præfecti regis, Sillaces & Surenas ostendere  
 (k) signa auro sericeisque vexillis vibrantia. Tum  
 sine mora circumfusi vndique equitatus, in mo-  
 dum grandinis atq; nimborum densa pariter tela  
 fuderunt. Sic miserabili strage deletus exercitus.  
 9 || Ipse (l) in colloquium sollicitatus, signo dato,  
 viuus in hostium manus incidisset, nisi tribunis  
 reluctantibus, fugam ducis, barbari ferro occu-  
 passent. Sic quoque relatum caput ludibrio hosti  
 10 fuit. || Filium ducis, pane in conspectu patris, eis-  
 dem telis operuere. Reliquiæ infelicis exercitus,  
 quo quemque rapuit fuga, in Armeniam, Cili-  
 ciam, Syriamque distractæ, (m) vix nuntium  
 11 cladis retulerunt. || Caput eius recisum cum dex-  
 tera manu, ad regem reportatum, ludibrio fuit,  
 neque indigno. (n) Aurum enim liquidum in ri-  
 ctum oris infusum est; vt c v i v s animus arse-  
 rat auri cupiditate, eius etiam mortuum & ex-  
 sangue corpus auro (o) vteretur.

NOTÆ IN CAPVT XI.

De hoc bello scribunt fere omnes. Epit. Lin. 106. Appianus  
 iate libro qui Parthicus intcribitur. Plutarc. in M. Crasso vita.  
 Justin. 42, 4, 4. Eutrop. 6, 6. Oros. 6, 15. Valer. Max. 1, 6, 11.  
 Camers. Tangit etiam Plinius 2, 56. & 5, 24, 6. Lucianus passim.  
 Propertius 4, 6, 83.

Num. 2. (a) Nec de fortuna possimus queri ] Supra 276, 14. nec  
 de his possimus queri. R. ibid.



Ibid. (b) dum Parthico inhiat auro] Plinius 33, 10. M. Crassus ne-  
gabat diuitem esse, nisi qui reditu annuo legionem [exercitum habet  
Cicero Offic. 1, 8. & Plut. Crasso eap. 3. vt appareat legiones in  
Plinio rescribendum] tueri posset. In agris suis sestertium MMM. posse-  
dit. Quiritium post Syllam ditissimus. Nec fuit satius nisi totum Par-  
thorum esurisset aurum. Cameis.

3. (c) Metellus] Rescribendum Alcius, si Plutarcho in vita  
cap. 29. Appiano in Parth. pag. 135. & Dioni lib. 40. credimus.  
Et certe non difficilis, ex hac voce in notiolem, libratorum  
japsus, cum literæ non admodum discrepent.

Ibid. (d) rapta subitè signa turbinibus hausi Euphrates] Obse-  
quens cap. 123. Multa in hac expeditione omnia notarunt Ci-  
cero de diuin. 2, 40. Plin. 15, 19. quibus Plutarch. cap. 36. Ap-  
pian. pag. 139. Dio lib. 40. pag. 144. ipsius etiam Crassi vocem  
addunt; qua se pontem ideo rescindere militibus dixit, ne quis eum  
reuerteretur. Quæ vox valde terret animos Rom. Nam an-  
tiquitus ex verbis tenere prolapsis captabantur omnia, vt eius  
rei exemplum est in Valer. Max. 1, 5, 4. Quapropter sedulo da-  
bant operam, ne quid ominosa vocis excideret. Sic abitionem an-  
tiqui dicebant mortem. Festus. Hinc vrbius etiam immutata vo-  
cabula. Hirpinorum colonia vna Beneuentum, auspicius mutato no-  
mine, que quondam appellata Malenentum. Plinius 3, 11. adde Li-  
lium 9, 27. Epidamnium colonia, propter inauspicatum nomen a Ro-  
mano Dyrrachium appellata. Idem Plinius 3, 23. Adscribam Hel-  
ledium in Biblioth. Photii Cod. 279. pag. 1594. Antiqui solliciti  
fuerunt, ne mala ominosa dicerent, maxime vero Athenienses, ideo &  
δυσμοργιον, δίκημα appellabant; δάμιον, καιρον vocabant; & ἱερ-  
νάσι, ἐυμορίδας, vel ὀσπύδας θεας; μύσθον & vocabant ἀγέθον; ὀξέθον  
μῆλι nominabant; χολόν, γλυπείαν; ἐοχθον, ὀχέθον. &c. Huc  
pertinet quod in religiosis locis dedicandis fausta nomina requi-  
rebantur. vide Tac. H. 4, 53. 3.

4. (e) & ] malim sed.

5. (f) imaginario iure] Sic Antonius infra 4, 10, 2. neque caus-  
sa, neque consilio, ac ne imaginaria quidem belli inductione, in Par-  
thos imperium facit.

Ibid. (g) Selene se responsurum] Ita Dio. Appianus. Plutar-  
chus. apud Ctesiphontem, Sextus Rufus. Vinctus. Similis super-  
bia similes euentus habuere Democritus Atolorum prator, qui  
respondit Quintio, decretum responsumque breuis in Italia, castru su-  
per ripam Tiberis positus, daturum. Liu. 35, 33, 5. postea captus, idem  
36, 25, 4. & suamet manu interfectus in eadem ripa Tiberis. Idem  
37, 46, 5. Et Manuel Comnenus imp. qui Sultano Turcico pa-  
cam petenti per legatos, Leonis se responsurum dixerat, ab eodem  
postea

postea maximis cladibus attritus, & ad extrema deductus. Auctor Choniates.

7. (h) *munire poterat à tergo*] Ita coniunxi, prius distinguebatur; *munire poterat à tergo relictus Euphrates*, ut sensus esset Euphratem à tergo relictum: contra historiam, & mentem Fiori: quæ est, Euphratem, nisi relictus, & in aliam partem iter versum esset, potuisse tutum præstare Rom. exercitum à tergo.

Ibid (i) *Mezera Syro*] *Agbarum Arabum præfectum* Appian. Parth. pag. 140. à. vocat: *Augarum Osroenum* Dio lib. 40. pag. 145. *Ariannem* Plutarch. Crasso cap. 37. *Marachum & Mæconum* Sextus Rufus. Constat apud omnes, hunc transfugam, quocumque nomine fuerit, subornatum à Persis fuisse, ut Crassi credulitate in ipsius perniciosum abuteretur Stadius & Vinetus. Et hæc quidem ruta frequensque via est fallendi hostem; qua vsi Ristaces Darium, Æthis Lyfimachum, apud Polyæn. lib. 7. Popælius Cæpionem apud Appian. de bell. Civ. lib. 1. pag. 377. Persia quidam Julianum apud Iordanem de regn. success. cap. 89. in loca iniqua deductos hostibus suis exdendos capiendosque præbuere: Alii vrbes cepere, quos notamus supra 1, 735. m. Alii, (ut Hannibal) per numerosiores transfugas, ipsos ad quos transfugerant cecidere.

11. (k) *signa auro, sericeisque vexillia vibrantia*] Vir doctus ad poetâs venaticos censet alludi hoc loco morem Romanum, at cur Parthis idem non conveniat, fateor me nescire. cum enim signa vexillaque habuisse satio & scriptorum loca dicent, cur eadem auro sericoque facta fuisse non potuerint? apud opulentissimam certe gentem, quæque diuitias suas, ut Iustinus 41, 2, 20. auctor est, nusquam magis quam in armis ostentauit.

13. (l) *in colloquium sollicitatus*] De infidiolis hoc genus colloquii dictum supra 2, 2, 11. f.

16. (m) *vis nunciis cladi retulerunt*] Sic olim in clade Cyri à Seythis accepta, etiam illud memorabile fuit, quod ne nunciis quidem tanta cladi superfuit. Iustin. 1, 8, 12. Excerptum Velleii ex Gallica historia, quod Lanius reperit, & genuinum credidit. repugnante VVelfero in Vindeliciis pag. 147. *Legionem diuinam; ut ne nunciis superesset, funditus deleerunt.* talia quidem passim occurrunt in auctoribus. Quanta porro hæc fuerit clades, satis explicat Appianus de bell. ciuilib. 2. pag. 436. a. *nam ex centum millibus vis decem millia refugerunt in Syriam.*

11. (n) *aurum enim liquidum in rictum oru infusum est*] Quod ipsum modo acciderat Aquilio, ut refert Appianus Mithrid. pag. 184. & Plinius 33, 3, 13. qui bellum epiphonema addit. *Hoc parsi, inquit, habendi cupido.* Videntur autem hi reges à Sey-

tharum Regina docti, quæ caput Cyri amputatum in virem humano sanguine repletum conici iussit, cum hac exprobratione crudelitatis, Satis te, inquit, sanguine, quem sisti, cuiusque insatiabilis semper fuisti. Sic equites Hungari, qui Geysam & Ladislaum fratres, contra Salomonem Hungariæ regem secuti fuerant, cadaver Vidi, qui bellum id conciuerat, multarunt. In patrefactum enim pectus puluerem obiecerunt, eoque oculos opplenerunt, exclamantes: Nunquam, Vides, tui veni honoribus ac donis satiare potuere: coniecta nunc terra audiam pectus & lumina exple. Bonfin. Dec. 2. lib. 3. in fine. Exemplum auaritiæ post mortem alio modo exprobrata est Rufinus, cuius manum abscissam ubique per urbem circumgestarunt, ab occurrentibus petentes, insatiabilem darent. Zosimus lib. 5. Quod venulæ suo more describit Claudianus in Rufin. 2, 436.

Ibid. (o) vreretur. Ita editio Vineti. neque secus antiquissima. intermedia, vreretur. Statutus.

## Anacephalaeosis.

### CAPVT XII.

**H**ÆC est illa tertia ætas populi Romani transmarina, qua Italia progredi ausus, orbe toto arma circumtulit. || Cuius ætatis superiores centum anni, sancti, pii, & vt diximus, aurei, sine flagitio, sine scelere, *DVM SINCERA* adhuc & innoxia pastoris illius sectæ integritas, dumque (a) Pænorum hostium imminens metus disciplinam veterem continebat. || Postremi centum, quos à Carthagini, Corinthi, Numantiæque excidiis, & Attali regis Asiatica hereditate deduximus in Cæsarem & Pompeium, sequutumque hos, de quo dicemus, Augustum, (b) vt claritate rerum bellicarum magnifici, ita domesticis claudibus miseri & erubescendi. || Quippe sicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, Cappadociam, vberissimas validissima que prouincias, Armenios etiam, & Britannos, *VT NON* in usum, ita ad imperii speciem magna nomina acquisisse, pul-



5 crum atque decorum: || ita eodem tempore di-  
 micasse domi cum ciuibus, sociis, mancipiis, gla-  
 diatoribus, totoque inter se senatu, turpe atque  
 6 miserandum. || (c) AC NESCIO an satius fuerit  
 populo Romano, Sicilia, & Africa contento fu-  
 ille, aut his etiam ipsis carere, dominantem in (d) Ita-  
 lia sua, quam eo magnitudinis crescere, vt (e) vi-  
 7 ribus suis conficeretur. || QUÆ enim res alia fu-  
 rores ciuiles peperit, quam (f) nimia felicitas?  
 (g) Syria prima nos victa corruptit: mox Asiatica  
 Pergameni regis hereditas. ILLÆ opes atque  
 diuitiæ afflixere sæculi mores: (h) meriamque vi-  
 tiis suis, quasi sentina, rempublicam pessumdede-  
 8 re. || Vnde enim populus Romanus à tribunis  
 agros & cibaria flagitaret, nisi per famem, (i)  
 QUAM luxu fecerat? Hinc ergo Gracchana & pri-  
 ma & secunda, & illa tertia Appuleiana seditio.  
 9 || Vnde (k) regnaret (l) iudicialis legibus diuul-  
 sus à senatu eques, NISI ex auaritia, (m) vt ve-  
 ctigalia reipublicæ, atque ipsa iudicia in quæstu  
 haberentur? Hinc rursus & (n) promissa ciuitas  
 10 Latio, & per hoc arma sociorum. || Quid autem  
 bella seruilia? vnde nobis, NISI (o) ex abundan-  
 tia familiarum? Vnde gladiatorii aduersus do-  
 minos suos exercitus, NISI (p) ad conciliandum  
 plebis fauorem effusa largitio, quum spectaculis  
 (q) indulget, supplicia quondam hostium artem  
 11 facit? || Iam vt (r) speciosiora vitia tangamus, NON-  
 NE (s) ambitus honorum ab iisdem diuitiis inci-  
 tatus? (t) Atqui inde Mariana, inde Syllana tem-  
 12 pestas. || Aut magnificus (u) apparatus conuiuio-  
 rum, & sumptuosa largitio, NONNE ab opulentia,  
 paritura mox egestatem? Hæc (x) Catilinam pa-

tria suæ impedit. || Denique illa ipsa principatus  
 & dominandi cupido, V N B E, nisi ex nimis opi-  
 bus venit? Atqui hæc Cæsarem atque Pompe-  
 ium, furialibus in exitium reipublicæ facibus ar-  
 mauit. || Hos igitur populi Romani omnes do-  
 mesticos motus (y) separatos ab externis iustisq;  
 bellis, ex ordine prosequemur.

## NOTÆ IN CAPVT XII.

Peruerterat Florus ante historiarum & temporum ordi-  
 nem, cuius facti causa supra 2, 19, 5. & in hac anacephalaeo-  
 sationem assignat, ut scilicet hos populi Romani omnes motus  
 domesticos, separatos ab externis iustisque bellis ex ordine  
 prosequatur. Continet autem hoc caput compendiose mate-  
 riam 17. capitum immediate precedentium, & 13. immediate  
 sequentium. Plura ex his quæ hoc capite continentur, lego  
 apud D. August. Ciuit. 3, 26. Camers.

Num. 2. (a) *Panorum hostium imminens metus*] Vide Aldum  
 Manutium de quaestis per epist. 2, 9. cui adde Vellei. 2, 1, 2.  
 Claudian. de bell. Gild. Eleganter Iuuenal. 6, 291.

*Nunc patimur longa pacis mala: seuior armis*

*Luxuria inenbuit, victumque vlciscitur orbem:*

Elucet igitur hinc, quam prudens fuerit Nasicæ consilium, de  
 quo supra 2, 15, 8. i. Scite autem Camers explicat auctorem  
 dicere mala sequentia ex ocio accidisse Romanis. Appiique  
 Claudii dictum ex Val. Max. 7, 2, 1. citat; *Negotium populo  
 melius quam otium committi*. Huc igitur respexerit Horatius cum  
 cecinit:

*Otium reges prius & beatas*

*perdidit urbes.*

Non sunt hinc aliena, quæ notauit Berneggerus ad Iustin. 20, 12  
 3. b. & 16, 4, 3. d.

3. (b) *ut claritate*] V. e. & *celeritate*, quod & in Pal. pr. secun-  
 dus enim, *in claritate*. Gruterus, Haud obscure est ex prioribus  
 scriptura legendum *celebritate*.

6. (c) *ac nescio an satius &c.*] Vide oratione discursuam Gru-  
 teri in Tacitum decimum octauum.

Ibid. (d) *in Italia sua*] Quidam Imp. *Italia sua*, non minus  
 bene, nisi forte melius fit, *Italia sua*.

Ibid. (e)

*Ibid. (e) viribus suis ] Horat. Epod. 16.*

*Suis & ipsa Roma viribus ruit. Camers.*

7. (f) *nimia felicitas ] Infra 4. 2. 8. Causa tanta calamitatis eamdem qua omnium, nimia felicitas. Seneca epist. 91, 14. Cladi causas, si alia desunt, nimia sibi felicitas imminuit.*

*Ibid. (g) Syria &c. ] Vide omnino notas Berneggeri ad Iustia. 31, 8, 9. & 36, 4. 12. ipsamque Iustinum 2, 14, 6. Nec non Piccartum obsequi, historicopol. 13, 4.*

*Ibid. (h) marsamque vitis suis ] Petronius carmine de bello civili: Hoc marsam cano Romam.*

8. (i) *quam luxu fecerat ] Sic edidi, volentibus O. Pall. & ed. vetustissima. Similis locutio in Livio 2, 34, 12. rapiant frumenta ex agris nostris, quemadmodum tertio anno rapere: fruuntur utantur annona, quam furere sua fecere. Vbi tamen non dubitem referbere, quam furto suapte fecere. Sic Apule. Metamorph. 7. pag. 223. Pistor ille, qui me pretio suam fecerat. Prius erat, quam luxu fecerat. Adde infra 4. 1, 1. b.*

9. (k) *regnaret ] Apposite, nam, quod Memmius ait, apud Sallust. lug. 31, 32. impune qualibet facere, id est regem esse. Iam autem tale erat iudiciorum hoc regnum, ut iterum appellat noster 3, 13, 3. ut ea potestate subiret, fata fortunaeque principum haberent in manu. infra 3, 17, 3. totum autem locum sic edidimus, ut erat in veteri quodam impresso, quem diligenter collatum fuisse bonae notae Mss. multis argumentis deprehendimus.*

*Ibid. (l) iudicariis legibus ] de quibus latius Livius 70. 71. 97. Appianus bell. Civ. lib. 1. Plut. Gracchis. Aescenius in diuinationem Cicronis. Suetonius Caesare 41, 8. [vbi Berneggerus] & noster mox auctor. Vinetus. Adde Tacit. 11, 22. Ex quibus auctoribus latius apparet, quantum è rep. petiitum sit istis legibus, quantumque turbatum saepius in urbe concitauerint. Vide etiam Sigoniam de antiquo iure Italiae 2. 18.*

*Ibid. (m) vestigalia reip. ] Infra 3, 17, 3. Equites Rom. interceptis vestigaliis suo iure peculabantur rempublicam.*

*Ibid. (n) promissa ciuitas Latio ] Per Drusum infra. 3, 17, 6.*

10. (o) *ex abundantia familiarum ] Aliquot exempla huic re concessit Arnicaus de rep. 1. 3. 29. Quibus iunge notam Berneggeri ad Iustia. 13. 3. 6. e. & nostram supra 1. 21. Auctori belle accommodes verba Plinii 33, 1. Hoc profecere mancipiorum legiones, & in domo turba externa, ac seruorum quoque causa nomenclataz adhibendus. Iuuenalis 14, 305. vocat cohortes. Seneca pater & Petronius greges seruorum. filius de tranqu. animi cap. 8. excessus. Tacit. 13, 63. 1. agmina. & 14, 14. 6. & G. 38, 1. patroles.*

*Ibid. (p)*



Ibid. (p) *ad conciliandam plebis favorem* ] Vide Lipſium Saturnal. 1, 9. Plebs enim Romana talibus ſpectaculis ad furorem uſque dedita fuit; eoq; nomine paſſim apud ſcriptotes vapulat: quos inter inſignis eumprimis locus eſt, quem adſcribimus ex auctore de cauſſis corruptæ eloquentiæ 29, 4. *Propria & peculiaria huius uerbi vitia pane* [ *malim vitia, que pane* ] *in utero matris conſeipi mihi videntur; hiſtrionali fauor, & gladiatorum equorumque ſtudia.*

Ibid. (q) *indulget, ſupplicia quondam hoſtium artem facit* ] Scripſerim indulget, & &: Ceterum ſimile de coquina in Liuius 39, 6, 9. *quod miſerium fuerat, arti haberi cepta.*

11. (r) *ſpectioſora vitia tangamus* ] Vetus illa, quam laudat ſæpius, editio. *ſp. uſi ea tang. vnde legerim ſpec. uicera tang.*

Ibid. (f) *ambitus honorum ab iſdem dimitit* ] Salluſt. Catilin. 10, 3. *Primo pecunia, deſu imperii cupido creuit: ea quaſi materies omnium malorum fuit.* Nam ut ait Tacit. H. 2, 28, 2. *rebus modicis æqualiter facile habebatur.*

Ibid. (t) *atque* ] Malim, atque.

12. (u) *apparatus conuiuiorum* ] Obuia, ubiuis exempla, que recenſere piget. Vide tamen Lipſium admirand. 4, 7.

Ibid. (x) *Catilinam patria ſua impedit* ] Expunxi vocem que erat in aliis edd. ſuaſu Pall. & v. c. nam ante, *Catilinam hoſtem patri. ſ. impedit.* Gruterus.

14. (y) *ſeparatos ab externis iuſtiſque bellis* ] Vide ſupra 2, 19.

## *Seditioſitas tribuniciæ poteſtatis.*

### *CAP. XIII.*

**S**editionum omnium (a) cauſſas (b) Tribuni-  
cia poteſtas excitauit: quæ s p e c t e quidem  
plebis tuendæ, cuius in auxilium comparata eſt,  
re autem dominationem ſibi acquirens, ſtadium  
populi ac favorem, agrariis, frumentariis, iudi-  
ciariis legibus aucupabatur. || I N E R A T omni-  
bus ſpecies æquitatis. Quid enim tam iuſtum,  
quam

quã recipere plebem ius suum à patribus? (c) ne  
populus gentium victor, orbisq; possessor, extor-  
3 ris (d) aris ac focis (e) ageret. || Quid tam æquum,  
quam inopem populum (f) vivere ex arario suo?  
Quid ad ius libertatis æquandæ magis efficax,  
quam vt senatu regente prouincias, ordinis eque-  
4 stris auctoritas saltem (g) iudiciorum regno ni-  
teretur? || SED HÆC ipsa in perniciem redibant:  
& misera respublica (h) in exitium suum merces  
erat. Nam & à senatu in equitem translata iudi-  
ciorum potestas, (i) vectigalia, id est, imperii pa-  
trimonium, supprimebat: & emptio frumenti,  
ipso Reipublicæ nervos, exhauriebat (k) ara-  
5 rium. || Reduci plebs in agros vnde poterat sine  
possidentium euersione? qui ipsi pars populi  
erant, & tamen relictas sibi à maioribus sedes,  
(l) ætate, quasi iure hereditario possidebant.

NOTÆ IN CAPVT XIII.

De tribunicia potestate lege Fenestellam tit. 25. & quos ibi  
citauimus. Huc faciunt quæ supra i. cap. 23. annotata sunt.  
Gracchanas leges tres fuisse constat: *Frumentariam*, vt scilicet  
semis & triente frumentum plebi daretur: *Agrariam*, vt nemi-  
ni liceret ultra 50. (iūo 500.) telluris iugera possidere: *Tertiam*  
vt equester ordo bis tantum virium in senatu haberet, quam  
senatores ipsi. Statuerat enim vt 300. senatores essent, equites  
600. Sic enim equestrem ordinem cum senatu consentientem,  
corrupte nitebatur. Auctores sunt Lilius 58. & 65. & Ap-  
pian. bell. Ciu. lib. 1. Agraria lex quando & à quo primum la-  
ta, docet Lilius 2, 14, 4. quam tandē M. Tullius penitus sustulit.  
Extant plures Cic. orationes. Quæ mala ex agraria lege sequan-  
tur, docet idem Cic. Offic. 2, 21. Camers. Hinc autem orditur  
lib. quartum Pal. tert. & ed. antiquissima, nec male. Gruterus.

Num. 1. (a) *causæ*] Editio mea vetus *causæ*, vnde suspicari  
licet ita legendum: *Seditionum omnium causæ tribunicia potestas,*  
vt illud *extant* abiciatur, quod certe stylum auctoris non

mediocriter respicit. Sic enim ille 2, 6, 1. *Pest primum Puni, cum bellum vix quadrienni requies. & 1, 17, 1. Hactenus P. R. cum singula gentium, mox acervatim: tamen sic quoque par omnibus. amat inquam noster ellipticas istas loquendi formas.*

Ibid. (b) *Tribunicia potestas* ] Idem queruntur Quintius Cof. apud Liu. 3, 19. Cofs. apud eundem 4, 2, & Appius Claudius apud eund. 5, 3.

4. (c) *ne pap. gentium victor &c.* ] Quibus hæc periodus tota videtur excrucanda, tanquam quæ iisdem concipiatur verbis cap. seq. auctoris partitionem excrucant. pertinet enim hæc sententia ad ll. agrarias; vt sequens ad frumentarias; tertia deinde ad iudiciarias: quod ipsum tam clarum est, vt pudeat monere. sequenti cap. isthæc plane esse superuacua, omnia fere vociferantur. Et hæc quidem adhuc mea est opinio; eam mutare paratus, vbi rationes audiuerō. Gruterus.

Ibid. (d) *arua ac focu* ] Ita quidem scripsere quibus nefas putabatur isthæc duo dirimi, quod alias soletent coniungi. Sed hinc loco nihil cum aris. quin igitur *arua* rescribendum sit, non dubito, neq. quisquam, puto, dubitabit.

Ibid. (e) *egeret* ] Sic Pal. pr. at sec. & tert. *ageretur*, minus recte. Gruterus. Optimum iudicium, non enim hic de conferenda in agris plebe, sed reducenda in eos quaritur: vt oporteat eiectam intelligi. Diuersum in suetonia. Aug. 12, 3. *Nursini extorres oppido egi.*

5. (f) *vivere ex arario suo* ] Nam ex isto depromebatur pecunia, qua colimeretur frumentum, quod postea vilissimo pretio vendebatur plebi. Vide de tota hæc re, Frumentaria Romanorum largitione, librum Vincentii Contareni.

6. (g) *iudiciorum regno* ] Vide supra 3, 12, 13. 1.

7. (h) *in exitium suum merces erat* ] Acute quomodo etiam Vellei. 2, 22, 7, vt sui quisque periculi merces foret. Idem 2, 28, 4. *feretque quisque merces mortu sua.* Seneca de benef. 1, 9. *qui pretium se sui fecit.* Petron. carmine de bello civili vers. 50. *Roma ipsa sui merces erat.* Claudian. princ. Paneg. de consul. Malli Theodori: *Ipsa quidem virtus pretium sibi.* Et elegantissimus Barclaius de populo suo Siculo, *proditor sui & proditoris merces.* Idem plane cum nostro dicit Val. Max. 7, 6, 4. *quo tempore non resp. vitia quaerebatur, sed in amium vilitatis erat publica.*

8. (i) *uestigalia* ] Veditigal pecunia erat, quæ vel portus, vel venditionis, vel circumuentionis nomine exigebatur. Hinc nomina *uestigalium*, Portoria, Decumarum, & Scriptura, vel Salu & Macelli, vel *Vicesima* apud scriptores obuia sunt. Portoria pecu-



nix erant, quæ portitoribus pendebantur, id est, iis qui mercedem ex mercibus deprehendis aut traiciendis exigebant. *Decima* soluebant fructuum, qui agrum publicum arabant. *Servitia* erat vectigal, quod ab iis pendebatur, qui siluis & pascuis publicis fruebantur. *Mucelli* nomine res omnes quæ ad victum hominum pertinebant, comprehenderunt, ea vectigalia ut civibus ditato ærario remissa sunt; ita *Vicesima*, quæ ab iis qui manumittebantur, exigebatur. [de cuius origine Livius 7. 16. 9.] semper remansit. At vectigalia provinciis sunt imposita, quæ aut certa erant, & *stipendia* dicebantur: aut incerta, quæ iis, quæ exposuimus, nominibus pendebantur, eaque publicani ad hastam à censoribus redimebant, idque quaestus sui causa, ut ea à provincialibus suo periculo exigerent, & reip. dâris sponforibus repræsentarent, atque quum publicani fere equites fuerint, & ad ipsos iudicia lege Gracchi translata essent, facile erat sua societati favendo vel iudificare locationem, vel remittere, vel redemptionis parte releuare: atque tali coitione pecuniam publicam depeculati. *Stadius*. Porro eleganter vectigalia, *patrimonium imperii* vocat auctor, his enim *Resp. sustinetur*, ut apud *Tacitum* 13. 51. 2, Senatores Neroni, abolitionem eorum molienti inculcant. *Nam* (verba Taciti H. 4. 74. 2.) *neque quiete gentium sine armis; neque arma sine stipendiis; neque stipendia sine tributu haberi queunt*. Igitur augendi potius quam minuendi redditus, si tamen honeste, & absque subditorum incommodo possit fieri. Pertinet huc Augusti factum apud *Dion.* lib. 56. pag. 674. *Adrianus tamen Cæsar SESTERTIVM. NOVIES. MILLIES. CENTENA. MILLIA.* fisco debita remisit, teste veteri inscriptione apud *Gruterum* pag. 10. num. 6. & *Spartiano* in vita cap. 7.

9. (k) *ararium*] *Locus* erat, in quo pecunia publica in æde Saturni custodiebatur, quod triplex apud scriptores observauit *Stadius*. Vide latius *Demsterum* ad *Antiquitates Rosini* 7. 31.

10. (l) *atate quasi hereditario iure possidebant*] *Lipsius* dicit. cap. XIX. dicit abesse Ms. suo dictionem *atate*, quo duce deinceps conicit, *hereditario iure possidebant*, tanquam *Florus* exponat quid pro electa plebe dici posset. at ego alibi in suspicionibus lib. 20. cap. 7. defendi lectionem vulgatam; subnixam nunc quoque *Pall.* trium auctoritate. arbitror enim omnino propugnari à *Floro* possessores, utique cum plebis ius supra explicuerit, illis, *quid enim tam iustum. &c.* *Gruterus*. Cuius opinio vel inde firmatur, quod hac posteriore capituli parte recenset incommoda & iniquitatem quæ sequerentur leges istas, cum prius commodarum æquitatemque proposuisset. Hoc addo. videri volulana tamen traiciendam, ita; *que tamen ipsi pars populi erant, & relicta sibi &c.* Porro similes in sua Rep. turbas, optimo sane modo, sed aliis non semper perinde prompto, discutat *Ataxus* *Sicyonius* apud *Cicronem*, de officiis 2. 23.

*Seditio Tiberii Gracchi.*

## CAP. XIV.

PRImam certaminum facem Tiberius Gracchus accendit, (a) genere, forma, eloquentia (b) facile princeps. || Sed hic, siue (c) Manciniana deditio, quia sponsor fœderis fuerat, contagium timens, & inde popularis; || siue æquo, & bono ductus, quia depulsam agris suis plebem (d) miseratus est, || quacunque mente, rem ausus ingentē, postquam rogationis dies aderat, (e) ingenti stipatus agmine Rostra conscendit: nec deerat obuia manu tota inde nobilitas, & tribuni in partibus. || Sed ubi intercedentem legibus suis (f) Cnæum Octauium videt Gracchus, contra fas collegii, ius potestatis, iniecta manu depulit Rostris: adeoque præsentī metu mortis exterruit, vt abdicare se magistratu cogeret. sic (g) triumuir creatus diuidendis agris. || Quum ad perpetranda cœpta, die comitorum prorogari sibi vellet imperium, obuia nobilium manu, eorumque quos agris mouerat, cædes à foro cœpit. || Inde quum in Capitolium profugisset, plebemque ad defensionem salutis suæ, manu caput tangens, hortaretur, (h) præbuit speciem regnum sibi & diadema poscentis: atque ita duce Scipione Nasica, concitato in arma populo, quasi iure oppressus est.

## NOTÆ IN CAPVT XIV.

Seditionem Tib. Gracchi scribunt Lii. epit. ss. Larius Appianus

nus de bell. civ. lib. 1. Auctor de vir. illustr. cap. 64. Plura Plut. in vita Gracchorum. August. Civit. 3, 24. Val. Max. L. 4, 2. 3, 2, 17. 4, 7, 1, 7, 2, 6. Oros. 5, 7. & 8. Camers.

Núm. 1. (a) *genere, forma, eloquentia*] De Gracchis plerique ductores; sufficiat impraesentiarum breue iudicium *seneca*, sed solidum; is igitur consol. ad Marciam cap. 16. de illis: *quos etiam qui bonos viros negauerit, magnos fatebitur.* Adde Plutarch. in vita cap. 27.

Ibid. (b) *facile princeps*] Hoc est, egregius, eximius. Hoc enim verbi ciuilitate capiendum est, non ita striete, quasi Florus cum omnibus aliis, ipsique fratri praeponat. Quem ei errorem vir doctus ad Velleium impingit. Sic cum aliquem fortissimum, doctissimum &c. dicimus, non continuo sequitur, neque ad idem fortitudinis, doctrinae ue peruenisse. Sic Cicero pro Cluentio cap. 5. *A. Cluentius homo non solum municipi Larinatus, ex quo erat, sed etiam regionis illius, & vicinatus, virtute, existimatione, nobilitate facile princeps.* Idem Cicero Gracchum hunc summum Oratorem fuisse dicit. Bruto cap. 27.

2. (c) *Manciniana deditio*] Locum hunc tibi Vellei. 2, 2. explicet. Vincet. Porro causas, quae non huius modo, sed sequentium etiam seditionum concitatores impulerint, refert Cicero de harusp. responsi. cap. 20.

3. (d) *miseratus est.*] Sequebantur quaedam ex precedenti capite repetita; *ne pop. gentium victor, &c.* quae omisi, secutus iudicium Gruteri, cuius ipsa verba subnectam. Miror tot huius auctoris correctores, tot editores, ne suspicatos quidem, & verbo vno indicasse, totam hanc periodum transcriptam fere verbatenus ex precedenti capite. ego sane id iam nunc ununcio, obelo etiam fixuras, nisi festinatio isthac veraret. Conspiciuntur quidem in Pall. sed quid tum; non hodie & heri primum nata librorum sinistra liberalitas. haecenus Gruterus.

4. (e) *ingenti stipatu agmine*] AGell. 2, 13. recitans verba Semprouii Afellionis de Tib. Graccho, Gracchus, inquit, *acmo cum proficisceretur, nunquam minus terna aut quaterna millia hominum sequebantur.* Camers.

5. (f) *Cn. Octavianum*] Linius 38. & Appianus ciuilium 1. pag. 356. & Plut. in vita cap. 14. *Marcum pro Cn.* vocant hunc Octavianum. Trib. pl. erat & hic, atque ita Tib. Gracchi Collega. Tribunorum autem plebis, inquit in hac historia Plut. haec potestas erat, vt vno intereunte alii, etiam si plures essent, nihil agent. Vincet. Idque solum patribus aduersus vim tribuniciam telum erat; *publico* [verba sunt Liiii 6, 35, 9.] *privato, quo consilio nullo remedie alio, praeter exportam multis iam ante certaminibus*



tribus intercessionem inuento. Intercedentium sollempnis vox erat, *urto*, ut colligitur ex eodem Libii loco num. 12.

Ibid. (g) *triumuir* } Sic Palli duo meliores. Nam tert. ut & v. e. *triumviratus*. quod quamvis haud improbem, alteri tamen non præposuerim, ob antiquitatem & fidem librorum calamo exaratorum, quibus, ut iam aliquoties dixi, inferior est Pall. tert. Gruterus.

7. (h) *præbuit speciem regnum sibi & diadema poscenti* } Similem ex gestu errorem prodit Suetonius Cæs. 33, 2. & 3. ubi Cæsar ex-  
stimatur equestres census pollicetur singulis (militibus) quod accidit  
opinione falsa. Nam cum in alloquendo exhortandoque sapius digi-  
tum laue manus ostentans, affirmaret se ad satisfaciendum omnibus,  
per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque æque ani-  
mo detrahendum sibi: extrema cæcitas, cui facilius erat videre con-  
ditionantem, quam audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur; pro-  
heissimumque eius anulorum cum nullibus quadringenti fama distulit.

## Seditio Caii Gracchi.

### CAP. XV.

**S**Tatim & mortis, & legum fratris sui vindex  
non minore impetu incaluit Caius Gracchus.  
¶ (a) qui cum pari tumultu atque terrore plebem  
in auitos agros arcelleret; & recentem Attali he-  
reditatem in alimenta populo polliceretur; ¶ iam-  
que nimius, & potens (b) altero tribunatu, secun-  
da plebe volitaret: ¶ obrogare auso legibus suis  
Minucio tribuno, fretus comitum manu, (c) fata-  
le familiae suæ Capitolium inuasit. ¶ (d) Inde pro-  
ximorum cæde pulsus, quum se in Auentinum  
recepisset; inde quoque obuia senatus manu, (e)  
ab Opimio consule oppressus est. ¶ Insultatū quo-  
que mortis (f) reliquit: & illud (g) sacrosanctum  
caput Tribuni plebis percussoribus auro pensa-  
tum est.

NOTÆ IN CAPVT XV.

Quæ hic scribuntur, habentur latius à Liuiò lib. 6. & 67. Appiano de bell. ciu. lib. 1. Plut. in vita Gracchorum. Oros. 5, 22. Val. Max. 1, 7, 6. 4, 7, 2. 6, 8, 3. 8, 10, 1. 9, 4, 3. Distingue tu historias prudens lector, quoniam studium breuitati, & præcipua in citandis auctoribus nostra in præsentiarum versatur intentio. Item Agell. 11, 13. meminuit Plin. 33, 2. Auctor de vir. illust. cap. 65. August. Ciuit. 3, 24. lege quæ notauimus supra 3, 13. Camerens.

2. (a) *paritumultuatq; terrore*] Comparatio hic inter Gracchos est, non inter tumultum & terrorem. Vide supr. 1, 13, 14.

3. (b) *altero tribunatu, plebe secunda vol.*] V. e. habet altero trib. *cretus comitum manu &c.* exclusis intermediis, quomodo & Palteræ seruant tamen duo Pall. reliqui, & recte Gruterus.

4. (c) *fatale familia sua Capirolium*] Sic supra 1, 14, 7. *sollennem familiae sua consecrationem.* & infra 4, 7, 5. *fatalis Cn. Pompeii harena.* Apud Lucan. 7, 597. *fatalis Philippos.* apud Sueton. Cæs. 59. 4. *inicitum in Africa fataliter Scipionum nomen.* Credebant enim veteres, quibusdam gentibus, familiis, hominibus, loca aliis aliis feliciora esse, aut iniquiora.

5. (d) *Inde*] Cum mox sequatur eadem dictio, *κακοφορίας* vitanda causa, malim hic, *Vnde.*

Ibid. (e) *ab Opimio consule*] Sallust. Iug. 16, 3. *L. Opimius qui* [Sic forte apertius, quam *quit*] *Cos. C. Graccho & M. Fulvio interfectu aceruunt vilitatem nobilitatis in plebem exercebat.* Refert autem Val. Max. 6, 8, 3. à seruo suo interfectum, ne deueniret in hostium potestatem, cuius rei exemplum infra 4, 7. de Cassio & Bruto; & passim apud auctores. Auctor de vir. illust. cap. 65. Gracchum *suas vel serui manu interfectum* scribit. vt ita in medio relinquat.

6. (f) *reliquis*] Schedæ Pall. *reliquis.* reliqua hic auctor non semel vsurpauit, *ὄντε τῶν λειψάνων.* Salmasius.

Ibid. (g) *sacrosanctum caput Trib. pl.*] Tribuni quippe plebis *ἱεροι* erant *ἡγέτουλοι,* verbis Appiani de bell. ciu. lib. 1. pag. 370. Hinc apud Plin. 7, 44. cum Catinius Labeo Trib. pl. summum virum & honoratissimum Metellum ad Tarpeium præcipitandi causa raperet, *resistendis sacrosanctum repellendi us non fuit.* Sic ad Scipionem criminis insinulatum missi tribuni pl. vt eum comprehendere suberent, ac iure sacrosanctæ potestatis reducerent. Liuius 29, 20, 10. De iure sacrum sancienti vide Liui. 33, 55. & auctores quos notauimus supra 3, 13. & 1, 23, 1. b.

Ibid. (h) *Tribuni pl.*] Errat in eo Florus. iam enim tribunatus abiectus

abierat Gracchus, quare abdicato magistratu sacrosanctus esse desierat. *Stadius.*

*Ibid.* (i) percussoribus auro pensatum est] *Plin.* 33. 3. *Septimuleius C. Gracchi familiaris, auro repensum caput eius excisum, ad Opimium tulit; plumboque in os addito, patricio suo temp. etiam circumscripsit. Extat elegans in hunc Septimuleium iocus Sezuola apud Cicer. de orat. 2, 67. qui roganti, Septimuleio, ut se in Africam profectum duceret, Qu. d tibi vis, inquit, insane? tanta malorum est multitudo civium, ut tibi ego confirmem, si Roma manserit, te paucis annis ad maximam pecuniam esse venturum.*

## *Seditio Appuleiana.*

### *CAP. XVI.*

**N**ihilominus Appuleius Saturninus Gracchanas asserere leges non destitit. Tantum animorum viro Marius dabat. qui (a) nobilitati semper inimicus, consulatu suo præterea confusus, occiso palam comitiis (b) Annio competitori Tribunatus, subrogare conatus est in eius locum (c) Caium Gracchum, (d) hominem sine tribu, sine nomine: sed subdito titulo, in familiam ipse se adoptabat. || Quum tot, tantisque ludibriis exultaret impune, rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, ut Senatam quoque cogeret (e) in verba iurare; quum abnuentibus aqua & igni interdictionem se minaretur. (f) Unustamen extitit, qui mallet exilium. || Igitur post Metelli fugam omni nobilitate percussa, (g) quum iam tertium annum dominaretur, eo veteranæ progressus est, ut consularia quoque comitia nota cæde turbaret. || Quippe (h) ut satelitem



litem furoris sui Glauciam, consulem faceret, Caium Memmium competitorem interfici iussit: & in eo tumultu (i) regem ex satellitibus suis se appellatum, lætus accepit. || Tum vero iam conspiratione Senatus, (k) ipso quoque iam Mario consule, QUIA tueri non poterat, aduerso; directæ in foro acies. expulsus (l) inde, Capitolium inuasit. || Sed quum (m) abruptis fistulis obsideretur, Senatuiq; (n) per legatos pœnitentiæ fidem faceret, ab arce degressus, (o) cum ducibus factionis receptus (p) in curiam aggressus, est. || (q) Ibi eum facta irruptione, populis fistibus saxisque coopertum in ipsa quoque morte lacerauit.

## NOTÆ IN CAPVT XVI.

DE Apuleiana seditione scribunt Liu. 69. Appian. de bell. ciu. lib. 1. Plut. in Mario. Val. Max. 3, 2, 18. Auctor de vir. illustr. cap. 67. & 73. Oros. 3, 17. Camers.

Num. 1. (a) nobilitati inimicus ] Forte scripserit auctor, *inicus h, e, iniquus*. Idem enim mendum in Sallust. Iug. 54, 5. *inimicum sibi certamen cum hostibus*. vbi patet *iniquum* esse legendum. Sicut apud Virg. 10, 889. *pugna congressus iniqua*. præterea hoc vocabulo in ea re vti amant scriptores. Varro apud Nonium in *Biceps: senatus iniquus*, vt recte citatur à Stadio, infra 3, 17, 3. Tacit. 14, 52, 4. *oblectamentum principum palam iniquum*. Horat. carm. 1, 2, 51. *te nostris vitium iniquum*. Sic ex diuerso, *æquus* apud Tacit. 4, 4, 3. *Drusus æquus adolescentibus*, aut certe non aduersus habebatur. Rem quod attinet, restantur id omnes fere. Val. Max. 2, 2, 1. *C. Marius enim alioquin magnificus, sed nouitatu sua conscientia vetustati non sane propitius*. Tangit Sallust. Iug. 84, 8. *hortandi causa simul & nobilitatem, uti consueuerat, exagrandi, concionem populi aduocauit*.

Ibid. (b) Anno ] Aduertendum, plurimum differre scriptores in nomine huius. Auctor de vir. illust. cap. 73. vocat *C. Mumium*; Litiuus epit. 69. *A. Numitum*; [ Val. Max. 9, 3, 8. ] Orosius, 17. Appianus de bell. ciu. lib. 1. pag. 367. *C. Nonium*. Camers. *A. Mumium* vocari etiam Gruterus mallet.

Ibid. (c) *C. Græchum* ] *Quinctium* quendam, qui se Græcho-

eum fratrem ob oris similitudinem mentiebatur. *Q. Metellus ut insitium censit, contra vim incitata multitudinis prohibuit: eunt Saturninus, quia populo gratum ob Graecorum memoriam sciebat, sibi collegam, tertio quem ceperat tribunatu, cooprauit: quem primo magistratus sui die periisse in seditione inuenio. Hæc ex Cicer. pro Sextio cap. 47. Val. Max. 9, 7, 2. Appian. de bel. ciu. lib. 1. pag. 369. Stadius. Val. Max. citato loco & 3, 2, 18. & 3, 8, 6. hominem L. Equitum appellat: Cicer. pro Sextio cap. 38. Numerum & Quintium.*

Ibid. (d) *hominem sine tribu* ] Hoc est seruum, aut vt alii scribunt, fugitiuum. Libertini enim tribum habebant Esquilinam, aut quamcunque Urbanam, in qua cæsebantur. Stadius.

2. (e) *in verba iurare* ] Sic o. Pall. & c. v. Gruteri, itemque nostræ. alix *in verba sua iurare.*

Ibid. (f) *Metellus Numidicus* ] Vide Cicer. pro Sextio cap. 18. Vellei. 2, 15, 7. Val. Max. 3, 8, 4. Appia. de bell. ciu. lib. 1. pag. 369.

3. (g) *quem iam tertium annum dominaretur* ] Idem Appianus Claudius apud Liuium de tribunis sapius refectis, L. illum Sextium & C. Licinium, perpetuos (si Diis placet) tribunos, tantum licentia nouem annis quibus regnant, fuisse, &c.

4. (h) *ut Clauicium Cos. faceret* ] Eadem Appianus de bell. ciu. lib. 1. pag. 369. Quod tamen non pertendit: Cic. Bruto 62, 8. nec Florus id ait. sed de conatu tantum testatur, secus quam locum hunc intellexit vir doctus in animaduers. 2, 7. qui fallitur ipse, dum Florum autumat falli.

Ibid. (i) *regem ex satellitibus suis se appellatum, lætus accepit* ] Summum crimen in libera rep. præsertim Romana, quæ nomen hoc abominabatur: quale etiam Cæsarem afflixit; quamuis nec accepto regis nomine, sed leui quadam suspitione: quasi oblatum non satis bona fide reuiceret. Hinc Cicero Phil. 11, 19, 5. ad Antonium, qui Cæsari Lupercalibus diadema imposuerat: *Ty tu, Cæsarem occidisti Lupercalibus. Suetonius item in vita 80, 1. huic rei necem Cæsaris maturatam adscribit. Quæ causâ contratus, inquit, maturanda fuit destinata negotia.*

Ibid. (k) *ipso quoque iam Mario Cos. quoniam tueri non poterat, aduerso* ] Eandem Mario culpam impingit Epit. Liuriana 69. loco vulnerato, quem ita constituo: *Quibus rebus concitato senatu, in cuius causâ & C. Marius, homo mutabilis, & variis consiliis, ingenij semper secundum fortunam, transferat* cum eum tueri minime possent, oppressus armis, &c. de Saturnino loquitur. Reliqui non attingunt hoc vlcus sed tantum plenis buccis prædicant Saturninum à Mario euersum, quos inter Velleius, 2, 12, 6. Val. Max. 8, 6, 2.

5. (l) *inda Capitalium* ] Sic o. Pall. Gruteri & nonnulli Mss. *Virenti.*

neti. Obseruandum autem sollempne fuisse hoc refugium seditionis & tumultuantibus. Exempla apud Liu. 3, 15, 7. nostrum sup. 3, 14, 7. Tacit. 3, 69, 7. &c.

6. (m) *abruptu fistula*] Cicer. pro Rabirio sine fragm. Vide Ryequium de Capitolio cap. 37.

Ibid. (n) *per legatos*] An hi vere legati fuerint, disputat Gentilis de legat. 2, 9.

Ibid. (o) *cum ducibus factionis receptus in curiam aggressus est*] V. e. *factionis in curiam aggressus est*: vt forte fuerit, *congressus est*, vel aliud quid. nam nec Pall. conspirant. quippe tert. *regressus*. stant tamen duo alii pro vulgata. Gruterus. Editio nostra praefert, *receptus in curiam est*. non ablutae, praesertim cum illud *aggressus*, videatur repetitum ex superiore linea, vbi fuerat *degressus*. &c. consentit historia. Appian. de bell. ciu. lib. 1. pag. 370. *Consul in curiam eos (Apuleium & socios) inclusit, velut legitime sumpturus de eis supplicium*.

Ibid. (p) *in curiam*] *Hospitaliam*, vt patet ex Vellei. 2, 12, 6. modo citato. De hac aliisque curiis vide Pomponium Latum in opusculo de antiqu. Rom. 3, 26.

7. (q) *ibi in eum facta irruptione, populus &c.*] Appian. de bell. ciu. lib. 1. pag. 370. modo citata: *plebs curia regulari conuulsu saecrebat in inclusos*. Quidam tamen nominatim in Rabirium eadem eius conferunt, vt epit. Liu. 69. si modo sana eius loci lectio; nam in antiquioribus edit. est; *bello quodam interfectus est*: ex quo Sigonius effinxit à *Rabirio quodam*, quod ceteri deinceps editores receperunt, temere fortassis; cum non à Rabirio interemptus sit. si Ciceroni in defensione eius credimus, sed Scæua quodam seruo: quod equidem magis credibile est, quam Rabirium immixtum fuisse isti caui. putem igitur potius reformandum fuisse in epit. Liu. *velo quodam interfectus est*.

## Drasiana seditio.

### CAP. XVII.

† **P**ostremo (a) Liuius Drusus non tribunatus modo viribus, sed ipsius etiam Senatus auctoritate, totiusque Italiae consensu, easdem leges afferere conatus, || **DVM ALIVD** capiat ex alio, **TANTVM** conflauit incendium, vt ne prima il-



lius flamma posset sustineri; & subita morte correptus, hereditarium in posteros suos bellū propagaret. || Iudiciaria lege (c) Gracchi diuiserant populum Romanum, & (d) bicipitem ex vna fecerant ciuitatem: Equites Romani, TANTA potestate subnixi, vt qui (e) fata fortunaſq; principum haberent in manu, (f) interceptis vectigalibus, (g) peculabantur suo iure rempublicam: Senatus (h) exilio Metelli, (i) damnatione Rutilii debilitatus, omne decus maiestatis amiserat. || In hoc statu rerum (k) pares opibus, animis, dignitate (VND E & nata Liuius Druso æmulatio accesserat) equitem Seruilius Cæpio, Senatum Liuius Drusus asserere. || Signa, & aquilæ, & vexilla aderant: ceterum sic vrbe in vna, quasi in binis castris diffidebatur. Prior Cæpio in senatum impetu facto, reos ambitus Scaurum & Philippum, principes nobilitatis (l) elegit. || His motibus vt resisteret Drusus, plebem ad se (m) Gracchanis legibus, eisdem socios ad plebem spe ciuitatis erexit. Extat vox ipsius, *Nihil se ad largitionem vlli reliquisse, nisi si quis aut cænum diuidere vellet, aut calum.* || Aderat promulgandi dies; quum subito tanta vis hominum vndique apparuit, vt hostium adventu obsessa ciuitas videretur. || Augustamen (n) obrogare de legibus consul Philippus: (o) sed apprehensum faucibus (p) viator non ante dimisit, quàm sanguis in ora & oculos redundaret. Sic per vim latæ, iustæque leges: || sed pretium rogationis statim socii flagitauere, quum integram imparem Drusum, ægrumque re-

rum temere motarum, (q) matura, vt in tali discrimine, mors abstulit. nec ideo minus focii promissa Drusi à populo Romano reposcere armis desierunt.

NOTÆ IN CAPVT XVII.

Scribant hoc idem Epit. Liu. 70. & 71. Val. Max. 9. 5. 2. Auctor de vir. illustr. cap. 66. Oros. 5, 18. Appian. de bell. ciu. lib. 1. pag. 371. &c. Camers.

Num. 1. (a) *Liuius Drusus* ] Seneca de hoc iudicium vide Consol. eius ad Marciam 16. 5. De hoc Obsequens cap. 114. *Libius Trofo*, P. *Tarquinius* leges ferentes cum bellum Italicum consurgeret. vbi forte legend. *Liuis Druso Pl. tribuno, leges ferente.*

2. (b) *ut ne prima illius flamma* ] Sic o. Pall. quod probat *Salmastius*.

3. (c) *Gracchi* ] Eieci vocem, quam inculcauerant alii. nam omnes quos vidi retinent *Cass Gracchi*, male omnino. quo enim referas illud *diuiserant*? nempe ad vtrumque Gracchum, non alterutrū, multo minus etiam ad equites Romanos. totum igitur locum alio modo interpunxi.

Ibid. (d) *bicipitem ex vna fecerant ciuitatem* ] Varro apud Nonium in dictione *Biceps*, eisdem fere verbis citatur: *Gracchus senatus iniquus, equestri ordini iudicia tradidit, ac bicipitem ciuitatem fecit, discordiarum civilium fontem.* *Stadius.*

Ibid. (e) *fata fortunæque principum* ] Sic v. e. sic Pall. tres. quod quid clarius? & tamen posterius impr. intruserant. *patrum, vitæque. fata fortunæque patrum vitæque principum.* *Gruterus.*

Ibid. (f) *interceptis vectigalibus* ] Vide supra 3, 12, 13. l.

Ibid. (g) *peculabantur* ] Sic rescripti. Pall. o. itemque vet. ed. *virisque doctis* volentibus. Impr. *pecularentur.* male.

Ibid. (h) *exilio Metelli* ] De quo supra 3, 16, 5.

Ibid. (i) *damnatione Rutilii* ] P. *Rutilius Rufus*, qui Cos. fuerat cum C. Manlio anno DCXLIX. vir innocentissimus, lege repetundarum inreprogratus, & conspiratione equitum qui tunc indicabant, ex inuidia condemnatus est: quod cum Q. Mucio Scauola in Asia legatus fuisset, Asiaticos à publicanorum (qui equites erant) iniuriis defendisset: quare omnes ciuitates Asiae, legatos, secessum eius opperientes. & ad se vt veniret inuitantes,

obuiam miserunt. à Sulla etiam reuocatus, longius, ne quid contra leges faceret, in exilium recessit. Smyrnæ eum exulasse in Bruto scriptum est. Stadius ex Vellei. 3, 13, 2. Ascon. in diuinat. Liu. epit. 70. Seneca de prouid. cap. 3. Val. Max. Cicero in Bruto. Egregium huius dictum recenset Senec. de benef. 6, 37. mortem & bona Smyrnæis relicta Tacit. 4, 43, 8. breuem sed egregiam laudem Cicero pro C. Rabirio Posthumo cap. 10. & de oratore 1, 53. & pro Fonteio cap. 13.

Ibid. (k) *pares opibus, animis, dignitate* ] Iustin 16, 3, 1. *inter pares aspidum discordia malum*. adde eundem 13, 2, 3. hinc apud Tacit. 2, 47, 7. cum in Asiam ad introspectiendas sociorum res aliquis mittendus esset, *dilectus est M. Aletus prætorius, ne consulari obtinente Asiam, emulatio inter pares, & ex eo impedimentum oriretur*. Idem 1, 46, 2. *emulis inter se per nobilitatem Volusio atque Africano*. Præter has aliam discordiæ Cæpionis cum Druso causam adfert Plinius 33, 1. cum ait, *cœptam ex anulo in auctione equali*.

5. (l) *elegit* ] Aliæ edd. aut *eligit*, aut *egit*. vetus vero *abegit*, quod vltimum quoque in Pal. tert. Sed primo loco positum adferunt Pall. duo reliqui. Gruterus. Nimis tamen languere videatur oratio retenta hac voce, quapropter ex ductu literarum reformem *erexit*, eleganti sensu; multo tamen meliore illo, quem ex scriptura quam Salmastius indicat, effingo. Veteres enim illi *delegit* habent. vnde legendum aio. *desecit*: consideretur tota loci sententia, huiusque etiam verbi proprietates; nemo negabit quin illi alteri præcellat.

6. (m) *Gracchanis legibus, eisdem socios* ] Altera lectio in vno Pal. quam tamen mendosam censeo, hæc est: *Gracchanis legibus euocauit, socios ad plebem &c*: viderint illi quibus gustus sapientis quid sapiat hæc lectio. nobis religioni est vulgatam sollicitare. Salmastius.

8. (n) *obrogare de legibus* ] Insolens loquendi forma; mihi quidem vsu incognita: supra 3, 15, 4. fuit; *obrogare auso legibus suis Minucio tribuno*, quomodo quin hic quoque scribatur, non video quid veter.

Ibid. (o) *Sed apprehensum &c*: ] Nota immanem Tribunorum potentiam, qui ad eos, etiam summum honorem gerentem, viatorem audebant mittere. Exempla apud Liu. 2, 56, 15. 4, 26, 9. 5, 9, 5. immo censorem in vincula ducere. apud eundem 9, 33, 23. etiam triumphaturos verare. Sueton. Tib. 2, 14. pertinent huc quæ notavi supra 3, 15, 6. g.

Ibid. (p) *viator* ] Dissentit expresse Val. Max. 9, 5, 2. *obtorta gula, & quidem non per viatorem, sed clientem suum*. locum indicauit Camer.



Ibid. (q) Sanguis in ora & oculos redundaret.] Sic Pall. o. & v. e. Videatur tamen etiam legi non male posse, in aures, cur enim in ora potius quam in os auctor scripserit. Plinius 7. 44. tanquam parum esset, faucium certe intortarum, expressique per aures sanguinis penam exactam esse. hoc autem erat obtorto collo duci. Auctor de Vir. illustr. cap. 66. de hoc ipso facto; consili legibus agrarius resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret e naribus, quod alii aliter efferunt. Tacit. 2. 76. 2. quantum obducta veste, & ad strictu faucibus nris poterat. Cicero in Ver. 4. 10. quem obtorta gula de conuiuio in vinula atque in tenebras abripi iussit. Vide Comment. ad Iuuenal. 10, 88.

9. (x) *matura, ut in tali discrimine mors abstulit.]* Similimum illud Liuii 6, 1, 9. de Q. Fabio, cui iudicio eum mors, adeo opportuna, ut voluntariam magna pars crederet, subtraxit. Ceterum de morte Drusi referunt omnes quos vidi, incerto auctore casum; præter Cicero. de nat. deor. 3, 33. qui percussorem eius nominat. Summo cruciatus, inquit, supplicioque C. Varius, homo importunissimus, perit: sed, quia Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat, illos conseruari melius fuit, quam penas sceleris Varii pendere, in quibus tamen expeditior sententia fuerit, particula leuiter trajecta, licet perit, quia Dr. fer. Met. ven. sustulerat: sed illos & c.

## Bellum Sociale.

### CAP. XVIII.

**S**ociale (a) bellum vocetur licet; ut extenuemus inuidiam: (b) si verum tamen volumus, illud ciuile bellum fuit. quippe quum populus Romanus Etruscos, Latinos, Sabinosque miscuerit, & vnum ex omnibus sanguinem ducat; (c) corpus fecit ex membris, & ex omnibus vnus est.

2 || Nec minore flagitio focii intra Italiam, quam  
3 intravrbem ciues rebellabant. || (d) Itaque quum  
ius ciuitatis, quam viribus auxerant, focii iustissime postularent, ad quam spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat; || postquam ille de  
4 mestico scelere oppressus est, (e) eadem fax, quæ  
S 4 illum

illum cremavit, socios in arma, & oppugnationem Urbis accendit. || (f) Quid hac clade tristius? 5  
 quid calamitosius? quum (g) omne Latium, atque Picenum, Etruria omnis, atque Campania, postremo Italia contra matrem ac parentem suam Urbem confurgerent. || quum omne robur fortissimorum fidelissimorumque sociorum (h) sub suis quosq; signis haberent municipalia illa prodigia: (i) Popedius (k) Marfos, (l) & Latinos (m) Afranius; Umbros (n) totus senatus, & consules; Samnium Lucaniamque, Telesinus: || quum 7  
 regum & gentium arbiter populus, ipsum se regere non posset, ut victrix Asiae Europaeque à (o) Corfinio Roma peteretur. || Primum fuit belli 8  
 (p) in Albano monte consilium, ut festo die Latinarum Julius Caesar, & Martius Philippus consules, (q) inter sacra & aras immolarentur. || Post- 9  
 quam id nefas proditione discussum est, (r) Asculofuror omnis erupit, (s) in ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis, qui tum aderant ab Urbe, (t) legatis, hoc fuit impii belli sacramentum. || In- 10  
 de iam passim ab omni parte Italiae, (u) duce & auctore belli discursante Popedio, diversa per populos & vrbes signa cecinere. || (x) Nec Anni- 11  
 balis, nec Pyrrhi fuit tanta vastatio. Ecce Ocriculum, ecce Grumentum, ecce Fesulae, ecce Carseoli; (y) reseratae Nuceria, & Picentia; caedibus, ferro, & igne vastantur. || Fusae (z) Rutilii copiae, 12  
 fusae Capionis. Nam ipse (a) Julius Caesar exercitu amisso, quum in Urbem cruentus referretur, miserabili funere mediam etiam Urbem (b) peruiam fecit. || Sed magna populi Romani fortuna, 13  
 (c) &

(c) & semper in malis maior, totis denuo viribus insurrexit: aggressique singuli populos; Cato discutit (d) Etruscos; Gabinius Marfos; Carbo Lucanos; (e) Sylla Samnites. || (f) Strabo vero Pompeius omnia flammis ferroque populatus, non prius finem cædium fecit, quam Asculi euerisione, Manibus tot exercituum consularium, diruptarumque urbium diis, litaretur.

NOTÆ IN CAPVT XVIII.

Bellum sociale scribunt Epit. Liu. 71. & seqq. Latius Appian. de bel. ciu. lib. 1. pag. 373. &c. Auctor de vir. illustr. cap. 63. & 75. Valer. Max. 8. 6. 4. August. Ciuit. 3. 17. & 26. Plin. 33. 1. Eutrop. 5. 1. Oros. 5. 18. Euseb. lib. temporum. Solin. cap. 2. Plut. Sulla cap. 8. &c. Strabo lib. 5. pag. 156. Camers. Huius belli historiam Lucullus etiam, celeberrimus ille imperator, Græce composuit. Plut. in vita cap. 2.

Num. 1. (a) *Sociale bellum &c.*] Ita edd. antiquæ. nam Stadia-na & Vineti præponit; *Bellum quod aduersus socios gestum est, sociale bellum &c.* sed iis resectis, suus tamen constat auctori sensus; neque agnoscunt illas voces Pall. codd. Gruterus.

Ibid. (b) *si verum tamen volumus*] De hac loquendi forma vide supra 3. 7. 1. 2.

Ibid. (c) *corpus fecit ex membris*] supra 1. 1. 9. *ex variis quasi elementis congregauit corpus unum.*

3. (d) *Itaque quum in ciuitatis, quam*] Sequor ed. Stadii. manifesto & probò sensu. nescio quid sibi velint alix, in quibus: *Itaque quum Tuscia ciuitates, quam. Vellei. hisdem prope verbis, 2, 15, 4. Quorum ut fortuna atrox, ita causa fuit iustissima: petebant enim eam ciuitatem, cuius imperium armis tuebantur.*

4. (e) *eadem fax que illum cremauit, socios &c. accendit*] Sic infra 3, 23. 2. *Fax illius motus ab ipso Sylla rogo exarsit.* Non absimilis locutio in Iustino 11, 1, 4. *nonnulli facem nuptiu filia accensam, rogo patrii subditam dolebant.*

5. (f) *Quid hac clade tristius quid calamitosius?*] Plin. 2, 83. *Bellum sociale, quod haud scio, an funestius ipsi Italia fuerit, quam ciuile.* Vellei. 2, 15, 5. *id bellum amplius C C C M inuentum Italianæ abstulit.*

Ibid. (g) *omne Latium &c.*] Populos qui à Rom. hoc tempore



desiuerunt. recenset Appianus de bell. ciu. lib. 1. pag. 374.

6. (h) *sub suis quosque signis*] Sic rescripti. alii omnes quantum scio, *sub suis quisque signis*. quod ego quidem haud intelligo. Sen- sus est, illa municipalia prodigia (vt vocat duces Italicos) socios aduersus Romanos duxisse, *sub suis quosque signis*. ita Curtius 333, 26. *ultimi erant cum suis quisque ducibus, qui cogerent agmen. leniter armati.*

Ibid. (i) *Popedius*] *Quintum Popedium* vocat Appian. pag. 375. *Pompedium* Strabo lib. 5. pag. 167. in Orofio tamen 5, 9. est *Popedius*. *Silonem* cognomento *Vellei*. 2, 16, 1. Ep. Liu. 76. Diodor. excerpt. ex lib. 37. qui tamen *Q. Pompadium* vocat. Plat. Mar. cap. 54. vbi tamen editur  $\pi\omicron\pi\lambda\iota$ . & pro  $\pi\omicron\pi\epsilon\delta\iota$ , & de fort. Roman. cap. 15. Obsequens cap. 116. vbi *Pompeius Sylo*, pro *Popadius Silo*. est autem alius *Pompeius Silo* in editis *Seneca suaforis*.

Ibid. (k) *Marsos*] Fortissimum *populum de quibus ferunt: ad id temporis nec sine Marsis, nec de Marsis triumphum visum*. Appian. pag. 378. & hinc bellum istud *Marsicorum* appellatum fuit, à præcipua gente.

Ibid. (l) & *Latinos Afranius*] In al. odd. *Pop. Marsos & etiam Latinos, Afranius Umbros &c.* Vt videantur istæ voces & etiam absorpsisse nomen alicuius ducis.

Ibid. (m) *Afranius*] *Titus Afranius* est apud Appian. pag. 375.

Ibid. (n) *totus senatus & consules*] Vellem inuisissent hæc in parte qui mss. codices possident, varietatem lectionum promendo. Quamuis enim non obscurum sit auctorem *Senarum consules* que quos instituerat Itali, dicere, (qua de re Strabo lib. 5. pag. 167. & Diodorus lib. 37.) sed male coherere sententiam, nemo paulum attentior, non videt. Porro consilium est omnium ducum, qui memorantur, nomina subiungere, si qua forte medela hinc auctori inde quaeri possit. Sunt igitur præter iam nominatos, *Herius Asinius* Velleio 2, 16, 1. & Appiano pag. 375. Eutropio lib.

5. *Herius Asinius*: eiusque interpreti Græco  $\lambda\epsilon\gamma\iota\omicron\varsigma$   $\text{Ἀσινίους}$ , pro quo *Hirrus Asinius* est in epit. Liu. 75. vbi prætor *Marrucinum* vocatur. *Insterius*, vt Vellei. appellat, vel, *P. Vettius*, vt Appianus, *Cato*. qui *P. Vettius Cato*, & in aliis exempl. *Vettius Scato* est. *Ciceroni Philippica* 12, 11. *C. Vettius* apud *Senec.* de benef. 3, 23, 6. vbi prætor *Marsorum* dicitur: *Titus Vettius* Eutropio, & eius interpreti  $\text{Τίτιος Βητίος}$ . *C. Pontidius* apud Vellei. *Marius Equatius* apud Vellei. Appian. & epit. Liu. 75. *Pontius Telestinus*. infra 3, 21, 22. Vellei. 2, 27, 1. *Plut. Sylla* cap. 57. Appian. pag. 405. *C. Papirius* apud Appian. cognomento *Mutilius* vt Velleius, & forte *Plut. de fort. Roman.* cap. 15. nam ibi  $\text{Μυλίος}$  vel, ut Orof. 5, 18. habet *Mutilius* vel *Samnitium dux. M. Lamponius* Appian. & nostro infra

infra 3, 21, 22. quem Lucanorum ducem facit Diod. lib. 37. Plut. Sylla cap. 57. & Appian. pag. 405. *P. Ventidius*, Appian. hic videtur pater fuisse Ventidii qui Parthos vicit. vide Vellei. 2, 66, 1, Plin. 7, 43, 2. *Gutta Capuani*, Appian. pag. 405. *C. Iudacilius Apulorum dux*, Appian. vel secundum Orof. & Eutrop. *Picentium*. *F. Praesentius*, App. C. *Aponius Motulus*, Diodor. Tib. *Cleptius*, Diod. de quo idem lib. 36. *Lucius Cleptius vir scientia rei militaris & fortitudine clarissimus*, praerat. *Agamemnon archipirata Marforum dux*, Orof. & Eutrop. *Francus Marforum dux*, Orof. & Eutrop. *Iuuentius*, Eutrop. 5, 9. *Obsidius Orof.* *Titum Herennium*, & *Aulum Cluentium* addit Eutropius. Hi sunt quos reperire licuit, unde si quis auctori lucem foenerari possit, gaudere in vtiq. nam ego minor sum.

7. (o) *Corfinio*] Vrbe Peligna, quam communi consilio muniterant Itali. *Italicamque* vocauerant.

8. (p) *in Albano monte*] Vbi fieri solebat Ioui Latiali feriis Latinis. *Liuius* 21, 63, 10. *ne Latinas indiceret, louique Latialis saluinae sacrum in monte Albano faceret.*

Ibid. (q) *inter sacra & aras immolarentur*] Eisdem conceptus habuit Val. Max. 9, 7, 2. de *Q. Pompeii* cos. nece: *sacrificare insipientem adorti, in modum hostiae necauerunt.* Adde *Casaubonum* in notis ad *Suetonium Augusto* 15, 2.

9. (r) *Asculo furor omni erupit*] Sic etiam Appianus. sed initium belli à Picentibus ortum est in ep. Liu. 72. Appianus idem & Strabo. *Marsos* defecisse primos memorant. Sed potest non magno negotio hic nodus dissolui. Primum enim *Asculum* in Piceno est, auctore *Plinio* 3, 13. neque vllum relinquit dubitandi locum ep. Liu. in qua sic scriptum est; *Italici populi defecerunt, initio belli à Picentibus orto.* hoc autem initium quale fuerit narrans hæc addit. *Q. Seruilius procos. in oppido Asculo cum omnibus ciuibus Rom. qui in eo oppido erant, occisus est.* Deinde *Marsi* reliquis populis auctores defectionis fuere, *Popedius* præcipue, quem Romanos imitati cos. crearunt. *Florus*, *Strabo*, *Diodorus*. Eisdem ante alios arma sumptisse indicare videtur *Paterculus*. 2, 15, 3. has omnes ob causas bellum *Marsicum* est appellatum, non *Samniticum*, quamuis ex ea gente alter esset cos. creatus. Hæc *Vincentius Contarenus* variat. lect. initio.

Ibid. (s) *per ludarum frequentiam*] Idem vult *Obsequens* cap. 114. *Asculi* (sic enim malo, quam quod inibi legitur) *A Sylo per ludos Romani trucidati.* Appian. pag. 374. *Seruilius* prope oppidum ingressus, *Asculanosque, sollempne patrum celebrantes, miris deterree conatus, ab eis interficitur &c.*

Ibid. (t) *legatus*] Orof. 5, 17. *C. Seruilius* prætorum legatum ad se missum apud *Asculum* occiderunt, statimque clausa ciuitate omnes ciues Rom. indicia (an indigna?) eade iugularunt. At qualis ille legatus?

legatus? qua de caussa missus? quo more? an legatus hic est pro praefide, quod posterioribus saeculis nomen obtinuit? videretur, nisi repugnaret veteris reip. constitutio, qua praefides propria habebant auspicia, propriam iurisdictionem ex lege, non de mandata, ut postea Caesariibus imperantibus. Prope igitur est, ut censeam, Florum & Orosium ( modo sic scripserint uterque ) saepos sui saeculi consuetudine, *legatos* appellasse qui pro consulibus, aut pro praetoribus erant. Hoc enim expresse Appianus pag. 374. cum imperio fuisse in iis regionibus; & ne putes oscitantur hoc dixisse, addit: *apparet enim tunc quoque regiones Italia distributas fuisse proconsulibus, quem morem imitatus Adrianus imperator, retulit post aetates aliquot.* Restat alia auctorum pugna de nomine & honore caesorum. Vellei. enim 2, 15, 3. *Seruum praetorem, ut & modo citatus Orosius, vocant. epit. Liu. Q. Seruilium proconsulem;* cui accedit Appianus, qui Fonteium etiam legatum eius caesum refert, quod & ipsum Velleius. Post horum necem omnes qui tum in oppido erant Romanos promiscua exde stratos, omnes consecutiunt.

10. (v) *duce & auctore belli Popedio*] consentiunt epit. Liu. 76, Strabo lib. 5. pag. 167. alii.

11. (x) *Nec Annibalii, nec Pyrrhi fuit tanta vastatio*] Rotundius ita: *Non Annib. non Pyrrhi tanta vastatio.* Sic supra 1, 13, 7. n. *Non Cremera fedior clades.* Sic enim, ut iam monui, lubentius scripserim. ad quas rationes accedit Sidonii auctoritas, quem sic etiam sensisse apparet ex carm. 9, 239.

*Tantum dans lacrymas sui Philippus,  
Ut credat Cremera leuem ruinam,  
Infra & censeat Alliam dolendam.*

Ibid. (y) *referata Nuceria*] Nemo vel de mendo admonuit, quod tamen grauisimum super hoc loco fudit. optimus liber, *referat nuceria.* in uno Pal. *referata.* alter *referata.* omnino debet nomen Italicae urbis reponi, & nisi fallor scribendum, ecce *Cartholi, Reate, Nuceria &c.* alii melius coniciant, & viri sunt. pro *Nuceria*, quidam *Luceria*; & Nuceria & Luceria in Italia sunt. Salmasius.

12. (z) *Rutilii*] Reponendum hoc nomen Obsequenti cap. 115, loco quem Lucilius Lupus obsedit haecenus.

Ibid. (a) *Iulius Caesar*] Alios esse secutum annales Florum oportuit, qui ea de L. Iulio Caesare scribit. quae alii de Rutilio Lupo memoriae prodiderunt. accedit ad criminationem Flori, quod Annales Coss. hunc Iulium censorem cum Licinio Crasso in proximum annum nuncupent, & Rutilium Lupum in proelio occisum testentur. Stadius. Talia consideranti suboritur suspicio. librariis redonandum hunc Iulium Caesarem, quem forsitan ex notis male intellectis effinxerunt; quid enim propius quam



quam ex his litteris *Cos.* fieri *Cas.* nec *Inlius* & *Rutilius* scriptura multum discrepant. præterea quid ista vox *ipse?* cui bono? aut quis ita loquitur? cur ergo diffitear, videri legendum: nam *ipse Rutilius Cos.*

*Ibid.* (b) *perusam fecit*] Ingeniose *Lipſius* dicto cap. XIX. emendabat *permaſefecit*. *Pall.* tres nihil abeunt à vulgare. *Gruterus*.

13. (c) & *semper in malis maior*] Vide supra 2, 2, 22. II.

*Ibid.* (d) *Etruscos*] *Etruscorum* animos, dum moliantur bellum, à *Senatu Romano* in amicitiam ciuitatis donatione fuiſſe preoccupatos alii ſcribunt. [ *Appianus* pag. 379. ] ſed *L. Porcium Catonem Cos.* rebus proſpere geſtis, fuſiſque aliquoties *Martius*, dum caſtra eorum ad *Fucinum lacum* expugnat, fraude *C. Matii*, cuius patris victoriam *Cimbricam* *Caro* diſtertiis extenuauerat, in turba occiſum eſſe. *Oroſius* 5, 17. ſcribit. *Stadius*.

*Ibid.* (e) *Sylla Samnites*] *ſifenna* apud *Cicer.* de diuin. 1. 33. Cum *Sylla* in agro *Nolanò* immolaret, ante prætorium, ab inſima ara ſubito anguis emerſit, cum quidam *C. Poſthumius* haruſpex oraret illum, ut in expeditionem exercitum educeret, id cum *Sylla* feciſſet, tum ante oppidum *Nolam* florentiſſima *Samnitum caſtra* cepit. *Idem Val. Max.* 6, 4. *Plut. Sylla* cap. 17. *Obſequens* cap. 116.

14. (f) *Strabo vero Pompeius &c.*] *Velleius* 2, 21, 1. *Magni pater*, cuius præclara opera bello *Martico*, præcipue circa *Picenum agrum*, uſa erat republ. quique *Aſculum* ceperat, circa quam urbem cum in multis aliis regionibus exercitus diſperſi forent, V. & LXX. M. ciuium *Roma* amplius LX. M. *Italicorum*, una die conſixerant.

## Bellum ſeruile.

### CAP. XIX.

1 V Tcunque, etſi cum ſociis, (neſas!) cum liberis tamen, & ingenuis dimicatum eſt.  
2 QVIS æquo animo ferat in principe gentium populo bella ſeruorum? || (a) Primum *Seruile bellum* inter initia *Vrbis Herdonio Sabino* duce in ipſa *Vrbe* tentatum eſt: quum occupata tribuniſſis ſeditionibus ciuitate, *Capitolium* obſeſſum eſt,

est, & à consule captum: sed hic tumultus magis fuit quam bellum. Mox imperio per diuersa terrarū occupato, quis crederet Sicilia multo cruentius seruili, quam Punico bello esse vastatam? <sup>(b)</sup> Terra frugum ferax, & quodammodo suburbana prouincia, <sup>(c)</sup> latifundiis ciuiū <sup>(d)</sup> Romanorum tenebatur. Hic ad cultum agri, frequentia ergastula, <sup>(e)</sup> catenatique cultores, materiam bello prebuere. || Syrus quidam nomine <sup>(f)</sup> Eunus <sup>(g)</sup> (magnitudo cladium facit, vt meminerimus) fanatico furore simulato, dum <sup>(h)</sup> Syriæ deæ <sup>(i)</sup> comas iactat, ad libertatem & arma seruos, quasi numinum imperio concitauit; || idque vt diuinitus fieri probaret, <sup>(k)</sup> in ore abdita nuce, quam sulphure, & igne stipauerat, <sup>(l)</sup> leniter inspirans, flammam inter verba fundebat. || Hoc miraculum primum duo millia ex obuuis; mox <sup>(m)</sup> iure belli refractis ergastulis, <sup>(n)</sup> sexaginta amplius millium fecit exercitum: <sup>(o)</sup> regiusque, ne quid malis deesset, decoratus insignibus, castella, oppida, vicos, miserabili direptione vastauit. || <sup>(p)</sup> Quin illud quoque (vltimum belli de decus) 7 capta sunt castra Prætorum; nec nominare ipsos pudebit, castra Manilii, Lentuli, Pisonis, Hypsæi. Itaque qui per <sup>(q)</sup> fugitiuarios distrahi debuissent, prætorios duces, profugos prælio, ipsi sequebantur. || Tandem <sup>(r)</sup> Perperna Imperatore supplicium de eis sumptum est. Hic enim victos, & apud Ennam nouissime obsessos, quum fame quasi pestilentia consumpsisset, reliquias latronum compedibus & catenis religauit, <sup>(s)</sup> crucibusque

crucibusque puniuit. fuitque de seruis<sup>(t)</sup> ouatione<sup>(u)</sup> contentus, ne dignitatem triumphu seruili inscriptione violaret. || Vix dum respirauerat insula, <sup>(x)</sup> quum statim serui, & à Syro reditur ad Cilicem. <sup>(y)</sup> Athenio pastor, interfecto domino, familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat.

10 || Ipse veste purpurea, argenteoque baculo, & <sup>(z)</sup> regium in morem fronte redimita, non minorem, quam ille fanaticus prior, constat exercitum: <sup>(a)</sup> acriusque multo, quasi & illum vindicaret, vicos, castella, oppida diripiens, in dominos, in seruos infestius, quasi in transfugas, saueibat. || <sup>(b)</sup> Ab hoc quoque Prætorii exercitus cæsi; capta Seruili castra, capta Luculli. Sed <sup>(c)</sup> Aquilius Perpernae vsus exemplo, interclusum hostem commeatibus ad extrema compulit: communitasque copias armis, fame facile deleuit: dedidissentque se, NISI <sup>(d)</sup> suppliciorum

12 metu voluntariam mortem prætulissent. || Ac ne de duce quidem supplicium exigi potuit, quamuis in manus venerit, quippe <sup>(e)</sup> dum circa deprehendendum eum multitudo contendit, <sup>(f)</sup> inter rixantium manus præda lacerata est.

NOTÆ IN CAPVT XIX.

Seruile bellum, quod in Sicilia gestum est, scribunt ep. Liu. 56. Plut. Crasso cap. 18. Orof. 5. 8. Eutrop. 4. 3. Euseb. lib. temp. August. Ciu. 3. 26. Animaduertendum, hoc bellum gestum ante bellum sociale, vt ex processu scriptorum videre licet. Eutrop. præterea dicit gestum anno DCL. Sociale vero anno DCLXII. ab V. C. Auctor Solin. cap. 2. Tempore igitur sociale bellum posterius est, sed dignitate prius. Camers.

Num. 2. <sup>(a)</sup> *Primum seruile bellum* ] De quo Liu. 3. 15. 7. Dionysius 10, 16.



3. (b) *Terra frugum ferax*] Quo respectu ille M. Cato sapiens, cel- lam penariam resp. nutricem plebis Romana Siciliam nominavit. Cic. in Verr. 2, 2. benignissimam urbem nutricem. Val. Max. 7, 6, 1. καὶ δὴ καὶ καλλίστην αὐτὴν ταμίειον τῆς Ρώμης, atque adeo penum urbem appellant. Strabo lib. 6. pag. 183. & si recte memini, à quodam auctore horreum pop. Rom. vocatur. infra 4, 2, 22. annonia pignus. Plura de eius fertilitate Claudian. de raptu Proserp. lib. 1. Lucretius lib. 1. Silius 14, 23. Diodorus 5, 2. Polybius lib. 1. Solin. cap. 11. Mela lib. 2.

Ibid. (c) *latifundii*] Mss. Vineti, late fundis, quod & in vet. no- stro, non male, ut opinor, imo optime.

Ibid. (d) *ciuium Romanorum*] Sic mss. Vineti, sic Pall. sec. ad terr. etiam pr. sed additur *Latinorum*. quod vltimum *Latinorum*, occupauit omnes retro editiones, omisso illo *Romanorum*. ita- que Lipsius electorum 2, 15. *Latinorum* mutabat in *lauriorum*, ad- modum dextre. Gruterus.

Ibid. (e) *catenatique cultores*] Vide Lipsium electorum 2, 15.

4. (f) *Eunus*] Huius meminit etiam Marcellinus sine lib. 14. & fuscè Diodorus lib. 34. Ecloga 2.

Ibid. (g) *magnitudo cladum facit, ut meminerimus*] Similis se- re sententia supra 2, 6, 25. *Canna, ignobilis vicus, sed magnitudinis cladis emerit, & XLM. eade parte nobilitas*, Plutarch. Sylla cap. 77. inter eos Eunum hunc numerat, qui nulla quidem virtute, nobilitati sunt tamen.

Ibid. (h) *Syria dea*] De hac vide Salmasii Plinianas exercitati- ones in Solinum pag. 574. &c: Eam attingit vetus inscriptio apud Gruterum pag. 5. num. 1. IOVI. O. M. ET. DEÆ. SVRIÆ.

Ibid. (i) *comas*] Passim edd. *ceremonias*. at vetus, *comas*. verum que quomodo defendatur habet. sed admissi illud *comas*, quod ita quoque extaret in mss. Vineti & Palatinis. Gruterus. Pontio autem rescribendum videtur *comos*. *comus* enim est salratio- nis genus, quod tibia & fistula in comisationibus, cuiusmodi erant Syriæ istius deæ, passim agitabatur.

5. (k) *in ore abdita nuce &c.*] Idem Diodorus vbi supra. Sic Bar- thochabas auctor seditronis Iudaicæ, stipulam in ore succensam anhelitu ventilabat. ut flammam euomere putaretur. D. Hieronym. apologia aduersus Ruffinum.

6. (l) *Hoc miraculum*] Non dubito quin scripserit Florus, hoc miraculo. ut sequentia. *fecit exercitum*, referantur ad Eunum. Sic Sallustius apud Senec. epist. 114. *exercitum argento fecit*. Auctor de vis. illust. cap. 67. *rupsit ergastulum exercitum fecit*.

Ibid. (m)

Ibid. (m) *iure belli*] Quod igitur ius belli seruus? aut porro ius belli consistit in refringendis & armandis ergastulis? nihil tamen expedit, nisi debiles coniecturas. quid si *more belli*? nam hoc sapius factum legimus, nullo tamen iure. nec enim continuo nos in ius transit. quid si *iure belli*? quid si *vi & bellor* aut inferamus vocem, vt solet Florus, *quasi iure belli*? elige vel corrige.

Ibid. (n) *sexaginta*] Sic v. e. vulg. *quadraginta*. quod reieci ob msl. Vin. qui alterum firmabant. neque secus Pall. duo meliores, nam tert. retinet XL. Gruterus. Gros. 5, 6. LXX dicit, quia CC Diodorus lib. 34.

Ibid. (o) *Regisque &c.*] Insuper mutato nomine. *Antiochum* se vocauit, alios seruos sibi subditos *Syror*. Diodorus. Sicut apud eundem alter seruorum dux *Tryphonem* se dici iussit. Nam in hac quoque re nonnihil est momenti. tangit Iustinus 10, 3, 5. *Codomannus quidam rex a Persis constituitur, Darii nomine, ne quid regia maiestati deesset, honoratus.*

7. (p) *Quin illud quoque (ultimum belli dedecus) capta &c.*] Ita distinxi, quod totidem literis verba inuenissem in vet. ed. Gruterus.

Ibid. (q) *fugitiuarius*] Græci eleganter *φυγάδοδους*. [Plur. Demosth. cap. 40.] recentior Hellenismus etiam *δωροπλάτας*. (qui forte fuerint *Diocmita* Marcellini 17, 20.) Metaphrastes in vita S. Athanasii. *Ἐπιπέλας ἑστὶν ὁ φεύγειν τὰς δωροπλάτας, εἰ μὴ τὸν Ἀθανάσιον ἑστὶν ἡ παρὰ τὸν νόμον.* Iustinianus *εφευγάδας* Græce nominat illos Quæstores à se institutos, quorum officium describit Nouella 30. Hæc Casaubonus ad Sueton. Cas. 1, 2. ibi sequit ab inquisitoribus pecunia redimere. De *fugitiuarius* porro proprie sic dictis vide Gothofredi notam ad l. 12. de præser. verb. Quod autem ex l. 15. eod. tit. *fugitiuarius* eos etiam quidam faciunt, qui nouerunt ubi doliteat seruus, eumque indicant, causam non video. nec enim magis isti fugitiuarius, quam quouis alius, qui latentem latronem, aut prædonem quemcumque indicat, quod omnes facere tenentur per l. 1. de receptat.

8. (r) *Perperna*] Florum Romanæ historiæ callentissimum, hæc non de *M. Perperna*, qui paulo post cum Aristonico delinquit; sed de *P. Rupsilio* scripsisse, mihi persuadeo, qui omnium auctorum consensu hoc bellum seruile confecit. Ceterum in Flori vulgatis exemplaribus librariorum culpa lata *perperam* *Perperna* nomen pro *Rupsilio* ibidem irrepsisse videtur: sicut etiam Sigonium, aliosque historiæ Romanæ peritos opinari intelligo. Hæc Fighius in annalibus Romanis sub anno DCXXI.

Ibid. (s) *crucibusque puniuit*] Seruili supplicio. Vide Lipsium de Cruce 1, 12.

Ibid. (t)

Ibid. (t) *Ouatione*] Minoris triumphi genus est, quod concedatur imperatoribus, cum aut bella non rite indicta, neque cum iusto hoste gesta essent: aut hostium nomen humile & non idoneum est, ut seruorum piratarumq; aut deditioe repente facta impulerent (ut dicitur solet) incruentaque victoria evenit. Agell. 5, 6. Quans nec curru vectus, nec trabeam, nec togam pictam indutus, pedibus urbem exercitu præcunte ingreditur, ut Dionysius 5, 46. [qui pedestrem triumphum vocat ouationem, extremo lib. 9.] testatur. itidem Massurius Sabinus apud Agell. dicto loco prodidit: sequentibus eos non militibus, sed vniuerso senatu. Myrtea coronatos fuisse, & iuos, qui ouantes ingrederentur, ut qui triumphantes veherentur, laurea; Plutarchus Marcello cap. 35. & 36. Plinius 23, 29. Festus, Agell. testantur. Ouationem Plut. ab oue, quam immolabant ouantes, ut triumphantes in Capitolio taurum, dictam contendit. Stadius. Dionysius 5, 46. à *Græco iudæorum vocabulo in obscuritatem corrupto* deducit.

Ibid. (u) *contentus*] Sic Aquilius apud Cicer. de orat. 2, 47. Crassus apud Plin. 15, 29. ex hac causa ouantes urbem ingressi.

9. (x) *quum statim seruis*] Repræsentati lectionem Pal. pr. & sec. itemque mss. aliquot Vineri. hæcenus impr. *quum statim à seruis*, nullo sensu.

Ibid. (y) *Athenio pastor*] Nam varia seruorum erant officia, quæ copiose exequuntur Pignoriæ in tractatu de seruis, & Popma de operis seruorum.

10. (z) *regium in morem fronte redimita*] Hoc est diademate reuincta. Diadema enim erat fascia candida, qua frontem circumligabant. Hinc illud Fauonii in Pompeium apud Val. Max. 6, 2, 7. Vide omnino Lipsium ad Tacit. 6, 37, 3. & Briffonium de regno Pers. lib. 1. pag. 35.

Ibid. (a) *acriusque multum &c.*] Si mei res sit arbitrii (quod sine mss. ope non licere noui) constituerem periodum hanc hoc modo: *acriusque multum, quasi & illum vindicaret, sauisque in seruis infestius, quasi transfugas.* Habes auctoris stylum. pauculis transpositis, aliis quæ ex superiore numero 6. attexta videbantur eliminatis.

11. (b) *Ab hoc quoque*] Diodorus lib. 36. tribuit hæc Saluio cuidam, cui Athenio, velut imperator regi audiens fuerit.

Ibid. (c) *Aquilius*] Quem ab egregia fortitudine laudat Diodorus sine narrationis huius, & Athenionem sua manu concessisse scribit. Hic est, quem mox Mithridates cepit, necauitque, de quo Athenæus 5, 14. *Manius Aquilius qui consulatum gessit, & de Sicilia triumphauit.* Qui capiendus de minori triumpho, hoc est, ouatione, quod etiam Casaubonus monuit. vide supra 3, 19, 3, t.

Ibid. (d)



Ibid. (d) *suppliciorum metu*] Sic editio nostra vetus: bene si quid video. quod eo fidentius recepi, quod Salmasius ita legi vellet; & veto Naz. etiam habeat, nisi quod adnectit, *suppliciorum metu at vol.* ex quo idem Salmasius. *metu atq; vol.*

12. (e) *dum circa deprehendendum*] V. c. & alia, *dum circa ad depreh.* neque aliter Pall. *deprehendendum* illud, habuerim pro scribæ glossa. Gruteris.

Ibid. (f) *inter rixantium manus prada lacerata est*] Sic infra 3; 21, 26. *Babius inter manus laceratus est.* Simile in Pausania mihi lectum memini. de quodam formoso puero, duarum partium manibus, dum utrinque trahitur, distracto.

## *Bellum Spartacium.*

### CAPVT XX.

1 **E**Nimvero seruilium armorum dedecus feras.  
NAM & ipsi per fortunam in omnia obnoxii,  
tamen<sup>(a)</sup> quasi secundum hominum genus sunt;  
2 & in bona libertatis nostræ adoptantur: || bellum  
Spartaco duce concitatum, quo nomine appel-  
lem, nescio. quippe quum serui militauerint, gla-  
diatores imperauerint: illi infime sortis homines:  
(b) hi pessimam auxere ludibrio calamitatem.  
3 || Spartacus, Crixus, Oenomaus, effracto Lentuli  
ludo, (c) cum triginta haud amplius eiusdem for-  
tunæ (d) viris eruperunt Capua; (e) seruisque ad  
vexillum & ad auxilium vocatis, quum statim  
decem amplius millia cõissent hominum, NON  
MODO effugisse contenti, iam (f) vindicari vole-  
bant. || Prima velut (g) harenâ viris mons Vesu-  
uius placuit. Ibi quum obsiderentur à (h) Clodio  
4 Glabro, per fauces cani montis (i) vitigineis de-  
lapsi vinculis, ad imas eius descendere radices: &

exitu (k) inuio, nihil tale opinantis ducis subito  
 impetu castra rapuere. inde alia (l) castra. || Dein-  
 ceptus Coram, totamque peruagantur Campaniam.  
 nec villarum atque vicorum vastatione conteni-  
 ti, Nolam atque Nuceriam, Thurios atque Me-  
 tapontum terribili strage populantur. || Affluen-  
 tibus in diem copiis, quum iam eisset iustus exer-  
 citus; (m) è viminibus, pecudumque tegumen-  
 tis inconditos sibi clipeos; è ferro ergastulorum  
 recocto, gladios ac tela fecerunt. || Ac ne quod  
 decus iusto deesset exercitui, domitis obuiis gre-  
 gibus paratur equitatus, captaque de prætoribus  
 insignia & fasces ad ducem detulere. || Nec ab-  
 nuit ille (n) de stipendiario Thrace miles, de mi-  
 lite defector, inde latro, deinde in honore virium  
 gladiator. || qui defunctorum quoque prælio du-  
 cum funera imperatoriis celebrauit exequiis,  
 captiuosque (o) circa rogam iussit armis depu-  
 gnare: quasi plane expiaturus omne patetium  
 dedecus, si de gladiatore (p) munerator fuisset.  
 || Inde iam (q) consulares quoque aggressus, in A-  
 pennino Lentuli exercitum percecudit: apud Mu-  
 tinam Caii Cassii castra deleuit. || Quibus elatus  
 victorius, de inuadenda vrbe Romana (quod factis  
 est turpitudini nostræ) deliberauit. || Tandem  
 etiam totis imperii viribus (r) contra mirmillo-  
 nem confurgitur: pudoremque Romanum Li-  
 cinius Crassus asseruit. à quo pulsus fugatique (pu-  
 det dicere) hostes, in extrema Italiae refugerunt.  
 || Ibi circa (s) Bruttium angulum (t) clusi, quum  
 fugam in Siciliam pararent, neque nauigia sup-  
 peterent,

14 peterent, ratesque ex cratibus, & dolia connexa virgultis in rapidissimo freto frustra experiretur; tandem eruptione facta, dignam viris obiere mortem: & quod sub gladiatore duce oportuit, (u) sine missione pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine fortissime dimicans, (x) quasi imperator occisus est,

NOTÆ IN CAPVT XX.

De bello contra Spartacum gesto scribunt ep. Liu. 95. Orof. 5, 25. Eutrop. 6, 2. Front. 1, 5, 20. & 21. 1, 7, 5. [2, 5, 34.] August. Ciu. 3, 26. Copiose Plut. in Crasso. Appian. de bel. ciu. lib. 1. pag. 423. Claudian. de bello Getico vers. 155. Lucanus 2, 554. Camers. Meminit & l. 3. §. 10. deacquir. possess.

Num. 1. (a) *quasi secundum genus hominum sunt* ] Sic ille apud Iuuen. 6, 227. *Q. de nens, ita seruus homo est.* Homines autem eos esse, parumque discriminis inter eos & dominos, pulere ostendit Seneca epist. 47.

2. (b) *hi pessimam* ] Quid si legas: *illi infima sortu homines, hē pessima, nam &c.* & auxere ludibrio calamitatem huc facit, cum enim calamitosissimum sit seruire, miserius adhuc est gladiatorem esse: cuius vita, vilisque sanguis, iudicris & spectaculis impenditur.

3. (c) *cum triginta haud amplius* ] Ita Mf. Vingtī ac Pall. vt & v. c. ideoque malui, quam quod hactenus cusi. *cum septuaginta*: etsi ita plerique scriptorum. immo adhuc illud aut mutarim in *haud* [obsecutus sum iudicio] vt neget, amplius fuisse quam XXX. quem numerum inuenies quoque apud Cicer. lib. 6. epist. ad Atticum. Gruterus. Ciceronis ad Atticum 6, 2. verba sunt hæc: *non amplius, inquit, quinquaginta. cum Spartaco minus multi prima fuerunt.* De numero porro isto varietatem auctorum proponere libet. LXXIIIX. fuisse Plutarchus Crasso cap. 14. scribit: Appianus de bel. ciu. lib. 1. pag. 423. LXX. Epit. Liu. 95. Vellei. 2, 30, 6. Eutrop. 6, 2. Orof. 5, 25. & Frontin. 1, 5, 21. LXXIIII. Tacatus Paneg. Theod. cap. 23. indefinite. *effraeto Cn. Lentuli ludo mirmillonum agmen emicuit.* Idem postea accidit imperante Probo, vt effraeto ludo LXXX. gladiatores turbas darent. Zosimus sine primi libri quod extat.

Ibid. (d) *virū* ] Ita Pal. princ. acter. nam sec. *ludū*: quod proclive quidem mutare in *ludū*; sed an idea etiam con-



uenit? mihi non videtur Flori suo id nomen datum gladiatoribus; etsi negare nolim potuisse inualuisse seculo sequenti. Haud eis disconuenire nomen *virorum*, liquet ex sequentibus, ubi iterum num. 6. iisdem tribuitur. Gruterus. Sic Plutarcho pastores, qui postea Spartaco aggregati sunt, appellantur *πληκται καὶ ποδάκεις ἐνόστεις*.

Ibid. (c) *seruisque ad vexillum vocatis*] Sic omnino legendum fide Palat. sec. ac tert. Gruterus.

6. (f) *iam vindicari volebant*] Ita Pal. pr. ac sec. nam tert. editioque princeps, *iam vindicare vol.* sequentes *iam vindicare etiam volebant*. Pal. pr. habebat à manu recentiori; *quin iam vind.* sed annon *quin* superfluum? Gruterus. Ceterum ex præcedentibus etiam, *nam modo eff. cont.* istud *modo* eiecerim, nisi forte, pro non modo non positum est? cuius rei exempla in Indice Iuliano notauimus. Sed isto sensu non reperi, nisi subsequenti-  
bus *sed ne*, aut aliquo simili, vt in illo Cicer. in Pis. cap. 40. *non modo quid gesseris, sed ne quibus in locu quidem fueris, dicere audeat.*

4. (g) *harena*] Nemo me accusabit, opinor, si veram lectio-  
nem reddam auctori, tamen sine libris. Igitur eiecta *ara* harenam substitui. Quid enim cum *ara* gladiatoribus, aut quænam ista comparatio? non dubito quin ipsa veritas sit nostra coniectura. Sic idem seq. cap. princ. & 4, 2, 18. cum ciues gladiatorio more concurrisse ait, *arenam* vocat, iisdem præne verbis. quantum enim ad gladiatores pertineat harena, vulgo notum est.

Ibid. (h) *Clodio Glabro*] In epit. Liu. 95. *Cladius Pulcer* est. Appiano *Varinius Glaber*.

Ibid. (i) *vitigineis*] Ita Vineti Mss. al. *vixinis* aut *vixinens*, partes legendum, *Vimineis*. Frontinus 1, 5, 21. *ex vimine siluestri catenas* conferuit. Sed quodnam illud *vimen siluestre*, cur ea differentia additur? Plur. Crasso cap. 15. *e labrusca contextas* fuisse catenas istas ait. esset igitur in Frontino scribendum; *ex vite siluestri*.

Ibid. (k) *exitu iniurio*] Pall. tres *exitu in uno*, aut *in uno*, quod facile mutetur in, *exitu iniurio*, sed aliud quid latet, quod coniectura non adsequetur; certe non mea, qui *Dannus* sum, non *Oedibus*. Gruterus. Salmasius tamen valde probabiliter corrigit, *non uno*; nisi forte obftet, quod videatur hæc lectio dicere, dispersos fuisse multos in exitus, vt putari queat, non potuisse tam facile rursus coniungi, multo minus propter paucitatem pluribus ex partibus castra aggredi. Forte non absurdum fuerit legere; *exitu in ipso* vt referatur ad castra in ipso exitu opposita. malium *exitu in uno*, nisi modo præcessisset id vocis.

5. (l) *castra. Deinceps*] Videtur utique non expers iniuria locus.

Ad sensum rectius constituendum hæc scriptura profecerit: *Inde alia castra, deinceps Coram, totamque peruagati Campaniam, nee uill. &c.*

6. (m) *è viminibus* ] Nota conficiendorum scutorum ratio, & urgente necessitate sæpius usurpata. Cæsar de bel. Gall. 2, 33. de Atuaticis: *Scutus ex cortice factus, aut viminibus intextus, qua subito (ut temporis exiguitas postulabat) pellibus induxerant.* ad talia scuta tyrones exercebantur apud antiquos. De Spartaco loquitur Frontinus 1, 7, 6. Sallustius etiam uidetur accipiendus H. 4, 3, 14. *Hi locorum perignari,* (sic enim legendum est; non *perignari*) & *solius necere ex viminibus uasa agrestia;* ibi tum quod inopia scutorum fuerat, ad eam artem sã quisque in formam parue equestru ar- enabat.

8. (n) *de stipendiario Thrace miles* ] Similis climax supra de *Vi- xiato*, 2, 17, 15.

9. (o) *circa rogam* ] *Cixi*. Vide Appian. de bell. ciu. lib. 1, pag. 424.

Ibid. (p) *munerator* ] Hoc est qui præbet spectacula, munus, gladiatores. *ἀγάρω*. Sensus est Græcis. Augustus *munerarium* dixit. Vide Iulius Lipsium Saturn. 1, 7.

10. (q) *consulares* ] Sidonius carm. 9, 249.

*Vel qua Spartace consulum solebat*

*Virtrici gladios fugare, sicam.*

sic enim in Sidonio malim, quam *Vel quos & sicam*, ratio corre- ctionis est in contextu.

12. (r) *contra mirmillonem* ] Species pro genere. Nec enim mir- millo fuit iste Spartacus, *Thrax* genere, & ut Sidonius mox & dicebat, *sicam armatus*, propria Thracibus ornatura. vide Lip- sius Saturn. 2, 9. & 13.

13. (s) *Bruttium angulum* ] Sic supra 2, 6, 51. *Nero in ultimum Italiae angulum* (iudem Bruttii erant) *submouerat Annibalem.* Li- uius etiam fine libri 27. *extremum Italiae angulum Bruttios dixit.*

Ibid. (t) *clusi* ] Sic Naz. & v. ed. nostra. alia *occlusi*, male. nam & reliqui Palatini, *clausi*.

14. (u) *sine missione* ] Hoc est ad necem usque. Missio enim erat gratia deserendi pugnam, quæ dabatur quandoque victis gladiatoribus: cum autem placeret, ut consueque pugnaretur, quoad alteruter occumberet, dicebatur pugna *sine missione*. Vi- de Lipsium Saturn. 2, 21. qui sicut in alijs multis, ita hic quoq; loci, erit initar omnium. Hoc addo, quæ reperiuntur apud Apulei. lib. 2. uideri ipsissima uerba. gladiatoribus occini solita, ab iis forte, à quibus producebantur: *occide moriturus, pugna hæc non habet missionem.*

19. (X) qu. si imperator] Simile est supra 2. 14. 9. de Pseudophilippo; ut de eo pop. Rom. quasi de vero rege triumpharet.

## *Bellum ciuile Marianum.*

### CAP. XXI.

**H**Oc deerat vnum populi Romani malis, iam  
 vt ipse intra se parricidiale bellum domi  
 stringeret; & in vrbe media ac foro, quasi harena,  
 ciues cum ciuibus suis, gladiatorio more concur-  
 rerent. || **ÆQVIORE** animo vtcunque ferrem,  
 si plebei duces, aut si nobiles, mali saltem, ducatum  
 sceleri præbuisent: (a) quum vero, pro faci-  
 nus, qui viri! qui imperatores! decora & orna-  
 menta sæculi sui Marius, & Sylla, pessimo faci-  
 nori suam etiam dignitatem præbuerunt. || Tri-  
 bus, vt sic dixerim, sideribus agitatum est: primo  
 & leui, & modico, (b) tumultu magis quam bello,  
 intra ipsos armorum duces subsistente sæuitia:  
 || mox atrocius, & cruentius, per totius viscera se-  
 natus grassante victoria. || vltimum non ciuicam  
 modo, sed hostilem quoq; rabiem supergressum  
 est; quum armorum furor totius Italiae viribus  
 niteretur, eousque odiis sæuiantibus, donec de-  
 essent, qui occiderentur. || Initium & causa bel-  
 li, inexplabilis honorum Marii fames, dum de-  
 cretam Syllæ provinciam Sulpicia lege sollicitat.  
 Sed impatiens iniuriæ statim Sylla legiones cir-  
 cumegit: dilatoque Mithridate, Esquilina, Col-  
 linaque porta geminum agmen Vrbi infudit.  
 || Vnde quum (c) consulto Sulpicius, & Albinoua-



nus obiecissent cateruas, (d) fudesq; & saxa undique à mœnibus ac telaiacerentur, ipse quoque iaculatus incendio viam fecit, arcemque Capitolii, (e) quæ Pœnos quoque, Gallos etiam Senones euaserat, quasi captiuam victor infedit.

8 || (f) Tum ex consulto senatus aduersariis hostibus iudicatis, in præsentem tribunum, aliosque diuersæ factionis, iure sæuitum est. Marium feruiliis fuga (g) exemit; IMMORTALIS fortuna alteri bello referuauit. || Cornelio Cinna, Cnæo Octaui

9 consulibus, MALE obrutum resurrexit incendium: & quidem ab ipsorum discordia, quum de reuocandis, quos senatus hostes iudicauerat, ad populum referretur. || Cinctâ quidem gladiis

10 concione, sed vincentibus quibus pax & quies potior, profugus patria sua Cinna confugit ad partes. Redit ab Africa Marius, (h) clade maior, siquidem CARCER, catenæ, fuga, exilium, (i) horrificauerant dignitatem. || Itaque ad nomen

11 tanti viri late concurritur: (k) seruitia (pro nefas!) & ergastula armantur: & facile inuenit exercitum miser imperator. || Itaque VI PATRIAM

12 reposcens, vnde vi fuerat expulsus, poterat videri iure agere, nisi (l) causam suam sæuitiæ corrumpere. Sed quum diis hominibusque infestus rediret, statim primo impetu cliens & alumna Vr-

13 bis Ostia, nefanda strage diripitur. || mox in urbem quadruplici agmine intratur. diuisere copias Cinna, Marius, Carbo, Sertorius. Hic postquam manus omnis Octauii depulsa Ianiculo est, statim (m) ad principum cadem signo dato, ali-

quanto sæuius, quam aut in Punica, aut in Cim-  
 brica vrbe, sæuitur. || (n) Octauii consulis caput 14  
 pro Rostris exponitur; (o) Antonii consularis in  
 Marii ipsius mensis: (p) Cæsar, & Fimbria in pe-  
 natibus domorum suarum trucidantur; (q) Crassi  
 pater & filius in mutuo alter alterius aspectu:  
 || Bæbium atque Numitorium per medium fo- 15  
 rum vnci traxere carnificum: (r) Catulus se ignis  
 haustu ludibrio hostium exemit: || (s) Merula fla- 16  
 me Dialis in Capitolio Iouis ipsius oculos vena-  
 rum cruore resperfit: (t) Ancharius ipso vidente  
 Mario confossus est, quia fatalem illam scilicet  
 manum non porrexerat salutanti. || Hæc tot se- 17  
 natus funera (u) intra calendas & idus Ianuati  
 mensis, (x) septima illa Marii purpura dedit. Quid  
 futurum fuit, si annum (y) consularis impleffet?  
 || Scipione & (z) Norbano Quinto consulibus, 18  
 tertius ille turbo ciuilibus insaniæ toto furore deto-  
 nuit, quippe quum (a) hinc octo legiones, inde  
 quingentæ cohortes starent in armis, & inde ab  
 Asia cum victore exercitu Sylla properaret. || Et 19  
 sane quum tam ferus in Syllanos Marius fuisset;  
 quanta sæuitia opus erat, vt Sylla de Mario vindi-  
 caretur? Primum apud Capuam sub amne Vul-  
 turno signa concurrunt: & statim Norbani  
 fusus exercitus. statim omnes Scipionis copias,  
 ostentata spe pacis, oppressæ. || Tum (b) Marius iu- 20  
 uenis, & Carbo consules, quasi desperata victo-  
 ria, (c) ne inulti perirent, in antecessum sanguine  
 senatus sibi parentabant. (d) obsessaque curia,  
 sic de senatu quasi de carcere, qui iugularentur,  
 educti.

- 21 (e) educiti. || Quid funerum in foro, in circo, in patentibus templis? (f) Nam Quinctus Mucius Scauola pontifex (g) Vestales amplexus aras, tantum non eodem igne sepelitur. || (h) Lamponius atq; Telefinus Samnitum duces, atrocius (i) Pyrrho & Annibale Campaniam Etruriamque populantur: ET SVB specie partium se vindicant.
- 22 || (k) Apud Sacriportum, Collinamque portam debellata omnes hostium copia. Ibi Marius, hic (l) Telefinus oppressi. (m) Nec idem tamen cædium, qui belli finis fuit, Stricti enim & in pace gladii: animaduersumque in eos, qui se sponte dediderant. || Minus est, quod apud Sacriportum, & apud Collinam portam septuaginta amplius millia Sylla concidit. bellum erat. (n) Quatuor millia deditorum inermium civium (o) in villa publica interfici iussit. || Isti tot in pace, (p) non plures sunt, quis autem illos potest computare, quos in Vrbe passim, quisquis voluit, occidit? donec admonente (q) Furfidio, *Viucere aliquos debere, vt essent, quibus imperarent*, proposita est (r) ingens illa tabula, & ex ipso Equestris ordinis flore ac senatus, duo millia electi, qui mori iuberentur.
- 26 noui generis edictum. || Piget post hæc referre, ludibrio habita fata Carbonis, fata Sorani Prætoris, atque Venuleii; Bæbium sine ferro, ritu ferarum, (s) inter manus laniatum: (t) Marium ducis ipsius fratrem (u) apud Catuli sepulchrum, (x) oculis, manibus, cruribusque defossis, seruatam aliquandiu, vt per singula membra moreretur.
- 27 || Positis singulorum hominum fere pennis, (y) municipia



300 LIB. III. CAP. XXI. *Bellum ciuile Marianum*  
 nicipia Italiae Splendissima, sub hasta venierunt,  
 Spoletium, Interamnium, Præneste, (3) Florentia,  
 || Nam (a) Sulmonem, vetus oppidum socium at-  
 que amicum (facinus indignum!) nõdum expu-  
 gnatum, vt obsides iure belli, & modo morte da-  
 mnati duci iubentur: (b) sic damnatam ciuita-  
 tem iussit Sylla deleri.

NOTÆ IN CAPVT XXI.

Bellum Marianum scribunt fere omnes. Epit. Liu. 77. & seqq.  
 Plutarchus in vitis Marii & Syllæ August. Ciuit. 3, 27. & 28.  
 Eutrop. lib. 5. per totum. Oros. 5, 19. Auctor de vir. illustri-  
 capp. 67. 68. 69. & 75. Copiose Appianus de bell. ciu. lib. 1. pag.  
 383. &c. Val. Max. 1, 5, 5. 2, 3, 1. 6, 8, 2. 6, 9, 14. 9, 2, 2. Solin.  
 cap. 40. Plura Lucanus 2, 67. Camers.

Nun. 2. (a) *quum vero*] Parum congruere periodum istam  
 quilibet attentus facile perspiciet. putem autem concinnio-  
 rem fore, si legatur; *iam vero*.

3. (b) *tumultu magis quam bello*] Ita v. e. nam seqq. *tumultu ma-  
 iore quam bello*. quomodo item tres Pall. at & infra 4, 12, 40. fuit:  
*sub meridiano tumultuatum magis quam bellatum est*. immo supra  
 3, 19, 2. sed hic *tumultus magis quam bellum*. Gruterus. Cum hac  
 autem periodo confer, quæ scribuntur infra 4, 2, 2. & 3.

7. (c) *quum consulto*] Hæc est lectio trium Pall. immo & primo-  
 genia editionis. male posteriores; *cum subito*. Gruterus.

Ibid. (d) *sudes & saxa*] Tela tumultuaria, quæ mihi quoque  
 coniunxisse videtur Virg. in illis, Æn. 1, 154.

*Iamque fizes & saxa volant*, — Videtur inquam scripsisse,  
*Iamque sudes*. nam quomodo illud alterum explicari possit, non-  
 dum video. Sic idem Æn. 7, 506. vbi iterum tumultum depingit:  
*hic torre armatus obusto*, *Striptus hic grauidi nodis &c.* Sic Statius  
 Thebaid. 5, 352. *saxa sudesque*.

11. (e) *quæ Pannonos quoque, Gallos etiam*] Pal. tert. *quæ Pannonos, quæ  
 quæ Gallos etiam*. non absurde. Gruterus.

12. (f) *Tum ex consulto senatus*] Sic tres Pall. nisi quod pr. *Curs  
 ex consulto senatus*, Gruterus. Porro morem *hostes iudicandi* mul-  
 tis exemplis illustrat Brissonius formularum lib. 2. pag. 292.

Ibid. (g) *exemit*] Pal. pr. *eximit* nec male, Gruterus.

10. (h) *clads maior*] Vide supra 1, 16, 7. g.

Ibid. (i) *horrificauerant*] Sic Pal. pr. & text. & q. i. Pulcra autem est huius verbi hoc loco notio. *horrificauerant dignitatem* est, quasi dixisset, admirabiliorem fecerant Marium, & quodam quasi facto hortore auerant; reuerentiamque conciliarant. quod, cum tot periculis appetitus esse, non potuerit extinguere. *horror* enim ad res sacras refertur, & venerationem. Virgil. *Æn.* 1, 169. — *horrentique atrium nemus imminet umbra.* Lucan. 3, 411. *Arboribus suis horror inest.* Vide Taubmannum ad istum ex Virgilio locum, & Berneggerum ad Suet. Aug. 6, 2. g. Diuersa sunt ab his quæ apud Tacit. 1, 4. 1. & H. 1, 21, 4. de exilio effectatis leguntur.

11. (k) *seruitia armantur*] Non incommode Val. Max. 8, 6, 2.

12. (l) *causam suam*] *Causam sanam* legit Barthius aduers. 18, 18. Ut ut sit, animaduertendum est, bonam quoque comædiam indecenter agendo corrumpi: quod de Lutheri causa dixisse fertur Erasimus. Plautus. *Bacchid.* 2, 2, 36.

*Eriam Epidicum, quam ego fabulam æque ac me ipsum amo,  
Nullam æque inuitis specto, cum agit Pellio.*

13. (m) *ad principum cedes*] Eleganter & historica fide Lucanus 2, 99.

14. (n) *Octauia*] Vide Appian. pag. 393. d. Cuius necem præcessit prodigium, quod referunt Val. Max. 1, 6, 10. Obsequens cap. 117.

Ibid. (o) *Antonii*] Vide Val. Max. 9, 2, 2. Appian. pag. 394. b. Plut. Mar. cap. 74. Vellei. 2, 22. 4. Hunc Cicero ut eloquentissimum, prudentissimum, sapientissimumque virum ubique commendat. ut de orat. 3, 3. Fuit autem auus triumuiri, si credimus Plur. in vita Antonii cap. 1.

Ibid. (p) *Cesar & Fimbria*] Locus varie vexatus, cui tamen nemo melius (meo quidem animo) subuenit, quam Andreas Schottus in obseru. histor. 3, 34. qui legendum censet; *Cæsares à Cinna; aut; Cæsares fratres*, iuvante etiam Gicerone de orat. 3, 3. & Tulcul. quatit. 5, 19. Idem Augustinum Ciuit. 3, 27. ita corrigit.

Ibid. (q) *Craffti*] De horum morte variant scriptores: Appianus pag. 394. refert filium ne veniret in potestatem persequentium à patre occisum. Ep. Liu. 80. filium ab equitibus Fimbriæ interfectum, patrem sua manu. quod postremum etiam Cicero de orat. 3, 3. recenset, de filio nihil.

15. (r) *Catulus*] Qui cum non incolunitatem, sed exilium deprecaretur, sæua illa Marii voce, *morsatur*, finire vitam coactus est. vide Cic. Tulcul. quatit. 5, 19. & de orat. 3, 3. *Conclusit autem se loco, nuper tunc arenæque perpolito, illi quoque tunc qui vni adque ex-  
estates,*

citaret, simul exitiali hausto spiritu, simul incluso suo, mortem magis voto quam arbitrio inimicorum obiit. Vellei. 2, 22, 5. Val. Max. 9, 12, 4. Appian. pag. 395. Similem huic vitæ exitum fortitus, vnus, quod sciam, legitur Iouianus Imp. apud Victorem in Epitome.

15. (s) *Merula*] Incisis venis, supersusoque altaribus sanguine, quos saepe pro salute resp. flamen Dialis precatus erat deosceos in execrationem Cinna pariumq; eius tum precatus, optime de repub. meritum spiritum reddidit. Vellei. 2, 22, 3. Val. Max. addit, factum hoc in Iouis sacratio. Porro in nece Merulae hoc etiam notat Appianus pag. 395. antequam venas secaret, scripsisse in tabella, se deposito apice id fecisse, quod nefas esset flaminem apicatum mori. Notandum præterea, duobus & septuaginta annis post huius cadem neminem flaminem susceptum. Tacit. 3, 58, 5.

Ibid. (t) *Ancharius*] Accedentem se ac salutantem Marius occidi iussit, secundum Appian. pag. 394. Plut. Mario cap. 72. addit eam postea fuisse testera Bardiarorum (sic vocat seruos qui ad Marium transfugerant) vt quem ille non resalutaret, interficerent. Hinc Seneca de benef. 5, 16, 3. trucidationis non tantum dedit signum, sed ipse signum fuit. vt recte explicat Lipsius. Qui autem isti Bardia sint, non frustra dubitatur, cum eius hominis ratio non appareat. nec ex Græcia peti possit, à Mario inditum; proinde mihi in mentem venit suspicari corrupte scriptam eam vocem *Bardia*. & reponendum *Magia*, ex more plane Romano, quo serui liberi effecti præferabant nomen eius, cuius beneficio ciuitatem nacti fuerant sic Sylla X. M. habuit quos *Cornelios* appellauit, apud Appian. pag. 413. nec in seruis tantum hoc obseruatum, sed aliis peregrinis quibuscunque. Hinc regnante Claudio multi deferebantur, qui Claudii nomine non vterentur. apud Dion. lib. 60. pag. 778. Exemplum eius rei in Cæs. de bell. Gall. 1, 47. Cicæ. in Verrem, & aliis.

17. (u) *intra calendæ & idus*] Nam Marius decessit. idibus. Ep. Liu. 80. Plut. tamen cap. 80. septimodecimo die defunctum scribit, Appian. pag. 396. primo consularis septimi mense. Vellei. 2, 23, 1. initio septimi consularis morbo oppressus decessit.

Ibid. (x) *septima illa purpura*] Marius enim primus omnium septies Cos. fuit. auctores qui supra, & Plin. 11, 45.

Ibid. (y) *consularis*] Nondum video cur, quod in aliis extare dicitur, *consularis*, verior scriptura negetur nam *consulares* dictos qui consules essent, nusquam reperi, quod meminero.

18. (z) *Norbanus Quintus*] Sic edidi volentibus Pall. o. & q. I. non eo sensu, quasi quinquies cos. fuerit Norbanus (nec etiam hoc ita extulisset Florus, sed *quintum*) sed ut intelligatur Norbano prænomen fuisse *Quinto*. nec obstat quod alii *Catum* vocat.



non enim ignota est scriptorum in nominibus propriis, prænomini-  
 bus cum primis, variatio. Porro nec ista nominum *uolū-*  
*thiois* noua est, sed passim nota, multis etiam notata, inter co-  
 gnomina quidem, & agnomina, sed memini me huius etiam  
 exempla legere.

Ibid. (a) *hinc octo legiones, inde quingenta cohortes*] Certum est  
 hoc loco de Marianarum partium copiis agi nam Sylla cum suis  
 in Asia erat, vt sequitur. Apparet igitur illud *inde* nullius esse  
 pretii: quin legimus, *atq; quingenta cohortes*. Plur. etiam Mario cap.  
 51. afferit quadringentas & quinquaginta cohortes habuisse.  
 Porro cum legiones & cohortes opponuntur vt hoc loco, illæ ad  
 ciues Romanos, hæ socios & auxiliares referuntur, sic apud Sueton.  
 Vespas. 4, 13. *additu ad copias duabus legionibus, octo aliis, cohort-*  
*tibus decem*. Sic apud Tacitum saepe.

20. (b) *Marius iuuenis*] C. Marius supradicti C. Marii septies  
 cos. filius, Liuius, Diodoro, Paterculo, Plutarcho, Auctore de  
 vir illustr. hoc Anno. Eutropio, Augustino, omnibus, puto,  
 auctoribus, præter Appianum qui pag. 402. f. eum dicit filium  
 fratris illius septies cos. Marii: Ita fratris filium hic fortassis  
 adoptauerat. Iuuenem autem Marium, cos. per vim creatum  
 ante XX. ætatis annum, legimus in Ep. Liu. 86. anno ætatis  
 XXV. in viris illustribus: XXVI. apud Vellei. 2, 26, 31. XXVII. apud  
 Appianum. Vinerus.

Ibid. (c) *in antecessum*] Sic omnibus literarum apicibus Pal-  
 fert. nec discrepat. pr. nisi quod is *in antecessum*: nam secundus  
 male *in accessum*, hætenus abfuit illud edit. nostris. porro iidem  
 tres mis. habent *sanguinem pro sanguine*. Gruterus. Hanc autem  
 vocum bigam primus restituit Lipsius ad Senec. epist. 7. in fin.  
 Respicit huc Liuius 9, 14, 12. *ne desperata venia hostes cacos in sup-*  
*plicia eorum* (equitum Roman.) *ageret; perdere prius, quam perire*  
*optantes*. Huius tamen sceleris inuidiam vni Damasio impin-  
 gere videtur Vellei. 2, 26, 3. & Val. Max. 9, 2. & fortasse Sallust.  
 Cat. 51, 28. Appian. pag. 403. f. Marium Bruto pratori urbano  
 hoc per litteras imperasse scribit.

Ibid. (d) *obsessaque curia*] Sic sub Domitiano memorat Tacit.  
 Agr. 45, 1. *obsessam curiam, & clausum armis senatum*.

Ibid. (e) *eduisti*] Immo in ipsa curia confossi, si credimus  
 Appiano.

21. (f) *nam Q. Mucius Scauola*] Sic & Pal. sec. nam tert. abest  
*Mucius*, forsân non male. at pr. maluit, *nam cum Mucius Scauola*.  
 vulgatum hætenus, *namque Q. Muc. Sc. sono auribus in amce-*  
*niore*. Gruterus.

Ibid. (g) *Vestales amplexum aris*] Cicero de orat. 3, 3, & de nat.  
 deorum

deorum. temperantia prudentiaque specimen, ante simulacrum dea vestra trucidatum, quod suo etiam sanguine resperferit, eoque aeternum illum ignem (quod addit Augustinus) virginum cura commissum, prope extinxerit, Vinetus.

22. (h) *Lamponius atque Telesinus*] De his supra 3. 18. 8. m.

Ibid. (i) *Pyrrho & Annibale*] Eadem comparatio supra 3. 18. 11.

23. (k) *Apud Sacripontum*] Pal. pr. *Nec apud Sacrip. sec. sed apud Sacrip. tert. adharet publicatis. media lectio non mala est. Gruterus. Porro Velleius 2, 26. 1. & Lucanus, & Auctor de vir. illust. & Orofius. ita appellant locum hunc. Appianus vtraque voce integra ἱερόν λιμένας, id est, Sacrum portum. Vinetus.*

Ibid. (l) *Telesinus*] Memorabili imprimis pugna, quam praeteris eleganter describit Vellei. 2, 27.

Ibid. (m) *nec idem tamen cadium &c.*] Sallust. etiam de Rep. 1, 25. memorat; *Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in praelio belli iure, sed postea supplices per summum seclurum, relictos plebem Romanam in villa publica pecoru modo conscissam. Confer omnino Tacitum principio historiae quarta.*

Ibid. (n) *quatuor millia*] Svatim agunt historici, cum in nominando aut numerando discrepant. nil igitur mirum hoc quoque loco exempli sui tenaces fuisse. Consentunt autem soli omnium cum nostro Dionysius 3, 87. & Strabo. Orof. minuit numerum III. M. fuisse dicens. reliqui augent; & VI. M. quidem habet Plut. Sylla cap. 60. VII. M. Seneca de element. 1, 12. 3. Firmicus lib. 1. cap. 3. Augustinus. VIII. M. Epit. Liu. 88. & Appian. pag. 407. IX. M. Auctor. de vir. illust. Alii per legiones componunt & Panegyristes quidem vnam numerat: duas Seneca de benef. 6. 4. IV. autem Val. Max. 9. 2. 1. numero immane aucto.

24. (o) *in villa publica*] Livi Ep. 88. Valerius 9, 2. 1. Panegyricus Constantino dictus cap. 21. Augustinus, omnes in villa publica. Quid Plutarchus? Sylla cap. 60. ἐν ἱεροῦ λίμνῃ, quod reddunt in circo maximo: male, cum ille abiunctus sit. intelligitque *Circum Flaminium*. Lucanus dicit in *Ovili*, sive in *Septu*: 2, 97.

— & misere maculavit *Quilia Roma*. alibi. 7. 306.

*Septorumque nefas, & clausi praelia campi.*

Hæc Lipsius ad Senec. de elem. 1, 12. 4. in Strabone lib. 5. pag. 172. est eis τὴν δημοσίαν ἐπιβολὴν, quod vertunt, in *Ovile*.

25. (p) *non plures sunt*] Aperte pugnat hæc lectio cum mente Floti: malim, *num plures sunt?* quibus egregie respondent sequentia.

Ibid. (q) *Fursidis*] Hic est C. *Fursidius*, s. pro F, quarta nominis

Orosio meo, *Afidius*, in *Sylla* Plutarchi cap. 62. Alii autem hoc *Sylla* tradiderunt dictum à *Cato* quodam *Metello*; alii à quodam *Q. Catulo*. *Vinerus*.

*Ibid.* (r) *ingens illa tabula*] Non potuit non esse magna, quæ dunt millium *Rom.* nomina contineret. Eandem autem numerum habet *Augustinus*. *Appian.* cit. 1. pag. 409. XL. senatores. & MDC. equites. *Val. Max.* de eodem: IV. M. & DCC. diræ proscriptio- nis editto iugulatores in tabulas publicas retulit. *Vellei.* 2. 28. 3. *Primus* ille, & *utramque* ultimus, exemplum proscriptio- nis inuenit. *Vinerus*. minor fuit illa triumviralis, quæ *Ciceronem* rapuit; de qua infra 4. 6. 3.

26. (i) *inter manus laceratum*] vide supra 3; 19; 12.

27. (r) *Marium dicitur ipsius fratrem*] *M. Marius Gracidianus* fuit, ut patet ex *Cicer.* de petit. consul. cap. 3. *Seneca* de ira 3; 18: *Cuius* autem *Marii*, senioris he an iuuenis frater fuerit, ambigitur, puto fuisse iunioris fratrem, tam ex verbis auctoris, quam aliis argumentis. potuit autem hoc modo factus esse frater *ipsius*, ut quidem *Marii* septies eos, frater sustulit *Marium* iuuenem, deinde *Gracidium* illum de quo iam sermo est; in adoptionem acceperit, suum autem filium fratri adoptandum dederit, quod postremum utriusque vel inde satis apparet, quod omnibus præter *Appianum* auctoribus, *Marius* iunior, celebris *ipsius* *Marii* filius vocetur; ille, fratris eius filius, quod hac ratione utrumque verum sit. Porro ne quis moleatur eo quod iste *Marii* maioris frater habuerit naturales liberos; eoquæ non putet quemdam alienæ familiæ adoptaturum fuisse, nouum id *Romano* more non esse discat ex l. 17. §. 3. de adopt. & illustri exemplo *Claudii*, qui *Britannico* ex legitimo; fratrem *Neronem* adoptione iunxit. *Tacitus*, *Suetonius*; *Dio*; alii.

*Ibid.* (u) *apud Catuli sepulcrum*] vide infra 4; 6; 6.

*Ibid.* (x) *oculis, manibus, cruribusque defossis*] *Hiattus* & *deser- tus*, quem sanaturum se promiserat *Lipsius* ad *Senecam* de ira 3; 18; 1. *Viueres* autem *Lipsii*, & *fanares*! Nam lectio quam *Fig- gius* in *Annalibus* adfert, nescio quomodo *Florum* non respit, est autem ista; *effossis oculis, manibus, cruribusque defossis*. Malim pro *defossis* legere *perfossis*: Hanc autem crudelitatem passim me- morant & detestantur. Inprimis *Lucanus* 2; 172. cui per similes est illa, quam in *Hannonem* ciuem suum exercuerunt *Carthagi- nienses*. nam ita *Iustinus* 21; 4; 7. *virgu* caesus, *effossis oculis, & mani- bus, cruribusque fractis*; velut à singulis membris *patris* excerpentur, inciditur.

28. (y) *municipia Italiae splendidissima sub hasta venierunt*] Tan- quam hostilia, & bello capta; nam etiam vrbes ut cetera bello capta vendebantur. Huius generis est quod *Plinius* 4; 20. f. scri-



bit; *Emilium Paullum uno die LXXII. Macedonia vrbes direptas vendidisse. Sic Vespasiani totam Iudæam vendiderunt, auctoribus Iosepho de bell. Iud. 7; 26. & Zonara sub finem tomi primi.*

*Ibid. (7) Florentia.] Editi Fluentia, sed illud est in o. Pal. iteni mss. Vineti, & quibusdam impressis. est autem hodieque nobilis illa Florentia, Tusciæ caput: de qua vide Paullum Merularum Cosmogr. 2; 4; 21.*

*29. (a) Sulmonem &c.] Qui totam hanc periodum leget, seriem eius male connexam, hiulcam, & ἀρυσάρον nullo negotio deprehendet; cui si ordinem suum, ἢ ὁ βέλτερον reddere voles, ita debebis scribere; nam Sulmone (vetus oppidum, socium atque amicum,) nondum expugnato; ut obsides iure belli, & mox morte damnati duci iubentur. partim ingenio; partim ex veteris scripturæ vestigiis hanc lectionem eruimus. Salmasius. Ut ut sit, sensus certe est, deletum oppidum, non obsides necatos; ut videatur Florus comparasse Sulmonem hanc cum obsidibus, qui si fidem fallant eorum civis, occidi solent. ut videatur propior coniectura; si legamus; iam Sulmonem vet. opp. soc. atque amicum, (facinus indignum) nondum expugnatum; ut obsides rebellium odio, morti (hoc enim æque bonum quam morte, immo melius) damnati duci iubentur: sic &c.*

*Ibid. (b) sic damnatam civitatem insit Sylla delens] V. e. sed damnatam: ego istam periodum habuerim pro spuria. Gruterus. Videtur tamen necessaria, & ad hoc factum respicere Plin. 3, 5. ubi Sulmonem hanc inter deletas Latii vrbes recenset. Diversa ab hac est Sulmo Nasonis patria.*

## *Bellum Sertorianum.*

### *CAP. XXII.*

**B**ELLUM Sertorianum quid aliud, quam Syllanae proscriptionis hereditas fuit? (a) hostile potius, an civile dixerim, nescio: quippe quod Lusitani Celtiberique Romano gesserint duce. ¶ Exul & profugus feralis illius tabulae, vit summae quidem, sed calamitose virtutis, malis suis maria terrasque permiscuit: (b) & iam Africae,

*iam*

iam Balearibus insulis fortunam expertus, (c) mis-  
susque in Oceanum, Fortunatas insulas penetra-  
uit: || tandem Hispaniam armavit. (d) **VIRO**  
cum viris facile conuenit. Nec alias magis appa-  
ruit (e) Hispani militis vigor, quam (f) Roma-  
no duce. || Quanquam ille non contentus Hispania,  
(g) ad Mithridatem quoque Ponticosque re-  
spexit, regemque classe iuuit. || (h) Et quid futu-  
rum fuit? satis tanto hosti vno imperatore resiste-  
re res Romana non potuit. additus Metello Cna-  
us Pompeius, hi copias viri diu, & ancipiti sem-  
per acie attriuere: (i) nec tamen prius bello, quam  
suorum scelere & insidiis, extinctus est. || Copias  
eius prope tota Hispania persequuti, diu & ancipiti  
semper acie (k) domauerunt. Prima per le-  
gatos certamina habita, quum (l) hinc Domiti-  
us, & Thorius; inde Herculeii proluderent: || mox  
his apud (m) Segouiam, illis apud Anam flumen  
oppressis; ipsi duces cominus inuicem experti,  
apud Lauronem, atque Sucronem æquauere cla-  
des. || Tum illis ad populationem agrorum, his ad  
vrbium excidia conuersis, (n) **MISERA** inter Ro-  
manos duces Hispania discordiæ pœnas dabat:  
|| donec (o) oppresso domestica fraude Sertorio,  
victo deditoque Perperna, ipsæ quoque in Ro-  
manam fidem venire vrbes, (p) Olca, Terme, Tu-  
tia, Valentia, Auxima, & (q) infame nihil non ex-  
perta Calaguris. || Sic recepta in pacem Hispania.  
**VICTORES** duces externum id magis quam ci-  
uile bellum videri voluerunt, (r) vt triumpharent.

## NOTÆ IN CAPVT XXII.

Quæ hoc capite scribit Florus, lege apud Appian. de bell. ciu. l. pag. 418. Ep. Liu. 90. & seqq. Plura Plut. in vita Sertorii. Valer. Max. l. 2. 4. 7. 3. 5. Auctor de vir. illust. cap. 63. & 67. Eutrop. in princ. sexti. Hic Sertorius ceruam candidam insignis formæ per Lusitaniam ducebat, & ab ea quæ agenda aut vitanda essent, moneri se assueverat, vt barbari ad omnia tanquam diuinitus imperata obedirent. Frontin. l. II. 13. l. 5. l. 1. 10. l. 2. 13. 4. 7. 6. Oros. 5. 22. Camers. Posterius hoc recensent etiam Plin. 8. 32. Plut. Sertor. cap. 16. Val. Max. l. 2. 4. Agell. 15. 22.

Num. 1. (a) *hostile potius an ciuile*] Ciuile bellum, quod inter se gerunt ciues, & eiusdem loci incolæ: *hostile*, quod hostes, id est, peregrini, & diuersarum ciuitatum regionumque homines. Ita enim *hostes* sunt dicti prius, qui postea peregrini, auctore Cicer. off. l. 12. & Varrone quarto de lingua Latina. Quod autem *hostile* hoc loco appellatur, idem etiam externum bellum dicitur in fine huius capituli, & infra 4. 2. 4. Vinetus.

2. (b) *Et iam Africanam Balearibus*] Accedo sententiæ Salmasti, veram lectionem censentis: etiam *Africa, etiam Balearibus*.

Ibid. (a) *missusque in Oceanum, Fortunatas insulas penetravit*] Falsa manifesto scriptura, à quo enim missus, iam sui iuris, & imperator ipse? Præterea non penetravit insulas Fortunatas, sed meditatus est tantum id consiliu, non exequutus. testor Salmast. Incest. 9. 22. ab Acrone citatum, qui tradit Sertorium viduum voluisse fugere ad insulas fortunatas. Testor Plut. Sertor. cap. 13. qui idem voluisse tantum scribit, efficere non potuisse. Quid ergo? scribendum, *missusque in Oceanum, Fortunatasque insulas penetrare*, eo magis, quod illud *Fortunatasque* etiam extet in veter. nostra editione.

3. (d) *viro cum viris*] Sic v. e. & mss. aliquot Vineti, omnesque Pall. alia edd. præponunt, *ubi viro &c.* Gruterus. Vulgatissimum autem est illud *ομοιω ομοιω φιδου, Simile simili gaudere; & exempla dictaque in hoc genus trita.*

Ibid. (e) *Hispani militis vigor*] Etiam supra 2. 17. 13. dictum est, Hispanos non tam animis viribusque, quam ducibus defectos, nihil egregium ausos.

Ibid. (f) *Romano duce*] Non minus in duce, quam exercitu reponendum, supra 2. 18. 11. m. monuimus.

4. (g) *Ad Mithridatem quoque respexit*] Cum Mithridate etiam foedus iunxit: cuius capita in Plutar. Sertor. cap. 40. & Lucull. cap.

5. (h) *Et quid futurum fuit?*] Veteres libri ita distinguunt; Et  
quid



quid futurum fuit satis tanto hosti. sed male. alii, *Et quid futurum fuit satis: etiam male.* Salmastus. Mihi videntur excidisse quædam hoc loco: quomodoenq; enim componas reliquias istas, parum fani sensus elicias. putem Florum hoc voluisse dicere, quibus quibus verbis id fecerit, & quid futurum fuit, si tanti duces coniungerentur? Mithridates nempe & Sertorius. sic supra 2, 8, 7. *Et quod illud fuisset periculum, si se consiliis eius rex tradidisset?*

Ibid. (i) *Nec tamen prius &c.*] Eieci quæ præcellerant; *hi copias viri diu & ancipiti semper acie attriuere.* nam eadem mox sequuntur conuenientiori sede.

Ibid. (k) *deuenerunt*] Est à Pal. pr. *nec diuerrunt alii duo,* quam quod ii *damuerunt.* editi prius, *amicauerunt.* Gruterus. *In nostra etiam est domauerunt.*

6. (l) *hinc Domitius & Thorius, inde Hercules*] Secutus sum editionem Stadii, & Salmastii iudicium, volentibus veteribus omnibus: in quibus, & *herius,* aut. *Ethorius.* *Thoranius* est Plut. Sertorio cap. 18. vt idem Salmastius notat. Porro Pal. pr. habet *Hirtulei* quomodo editur in fragm. Sallust. Hist. 2, 2, 9.

7. (m) *Segouiam*] De hac vrbe locisque aliis Hispanis, quæ hic memorantur, consulendus omnino Ludouicus Nonius.

8. (n) *miseræ &c.*] Sepulchrum est *miseræ Hispania* dabat *pæna: discorsia* inter Romanos. Solet autem ita fieri: nec egemus exemplis.

9. (o) *appresso domestica fraudes Sertoria*] In conuiuio illo quod descripsit Sallust. H. 3, 5, 22.

Ibid. (p) *Oscæ, Termes, Tutia*] Sic fere Pall. nempe, *Termestudia,* aut *Oscæter Messudia.* editi antea, *Termo.* Gruterus. *Nostra vetus oscæter, messudia.*

Ibid. (q) *in fame*] Ita Vineti mss. quidam: editi enim omnes, & *infame,* vnica dictione; quomodo fere Pall. quod neq; omnino adeo damnauerim. Gruterus. Prior lectio stabilitur simili loco infra 4, 5, 1. & eo, quod de fame Calaguritana Val. Max. 7, 6, 3, ext. recenset; *Eps uxores natosque ad usum nefaria dapus vertere, & reliquias salire non dubitasse.* quod idem firmat Sallustius H. 3, 8, 10. nam de his ipsis loquitur; *eo deuenisse, vt vxoribus libalique mactatis, eorumque parte consumpta, reliqua cadaverum ad futuritatem usus fallerent.* Vide quo scelerum homines adigat necessitas. Adde quæ notamus supra 2, 18, 14. Z. & Berneggerum ad Sueton. Augustus 14, 1.

15. (r) *vt triumpharent*] Nam ex ciuilibus bellis non triumphatur, quia vt *necessaria ista, ita lugubres semper existimata vitioria sunt: utpote non externo, sed domestico parte cruore.* Val. Max. 2, 17. Hinc Lucanus princ. operis:

*Belli veri placuit nullos habitura triumphos. hoc est, ciuilia.*

Sic Cæsar de ciuibus non triumphauit. quo respexit noster, infra 4, 2, 89. *Pharsalia, & Thapsos, & Munda nusquam. & quanto maiora erant de quibus non triumphabat?* Rationem reddit Appian, de bell. ciu. lib. 2. pag. 491. nec ipsi honestum futurum fuisse, & ciuibus luctuosum & infaustissimum. nam ob externas victorias galia fieri solita; *domestica mala tristitia operienda, ut ait Tacit. 3, 18, 3.* Cæsar tamen Augustus triumphauit ex Adriaca victoria, Ep. Liu. 133. Nisi fortè & ille externum bellum videri voluisset.

## *Bellum civile sub Lepido.*

### *CAP. XXIII.*

**M**arco Lepido, Quinto Catulo consulibus, civile bellum pæne citius oppressum est quam inciperet: (a) sed quantum, lateque fax illius motus (b) ab ipso Syllæ rogo exarsit! || Cupidus namq; rerum nouarum per insolentiam Lepidus, acta tanti viri rescindere parabat; nec immerito, *SI TAMEN* posset sine magna clade Reipublicæ. || Nam quum iure belli Sylla dictator proscripisset inimicos: qui supererant, reuocante Lepido, quid aliud, quam ad bellum vocabantur? quumque damnatorum ciuium bona, addicente Sylla, (c) quamuis male capta, iure tamen, repetitio eorum proculdubio labefactabat compositam ciuitatem. || *EXPEDIEBAT* ergo quasi agræ faucibusque Reipublicæ requiescere quomodo-cumque; (d) ne vulnera curatione ipsa rescinderentur. || Ergo quum (e) turbidis concionibus, velut classico ciuitatē terruisset, profectus in Etruriam, arma inde & exercitum Vrbi admoerat. || Sed iam Miluium pontem, collemque Ianiculum.

lum Lutatius Catulus, Cnæusque Pompeius, Syllana dominationis duces atque signiferi, alio exercitu infederant. || A quibus primo statim impetu retro pulsus, hostisque à senatu iudicatus, incruenta fuga (f) Etruriam, inde Sardiniam recessit: ibique (g) morbo & pœnitentia interiit. Victores, (h) QVOD NON temere alias in ciuilibus bellis, pace contenti fuerunt.

NOTÆ IN CAPVT XXIII.

Scribunt hæc Ep. Liu. 90. Plutarchus Pompeio cap. 25. Appian. de bellis ciu. lib. 1. pag. 416. Val. Max. 2. 3. Lepidus Cæsaris fuit anno vrbis DCLXVI. Euseb. lib. temp. dicit Olympiade CLVII. hostem publice iudicatum. Camers.

Num. 1. (a) *Sed quantum lateque*] Quid sibi velint hæc quisquiliæ, non exputo. Istud contendere ausim, sequentia Florum absque exclamatione, narratiue, vt loquuntur, concepisse hoc modo; *Fax illius motus ab ipso Sylla rogo exarsit.* Idem iustus supra 3. 18. 4. *eadem fax, que Drusum eremauit, socios in arma & oppugnationem vrbis accendit.* Ceterum quod de positione verborum diximus, multis auctoris locis possemus adstruere. sic enim solet ille primo proponere, quale bellum narraturus sit: mox causam eius subiicere, eo quem dixi modo: demum ipsam historiam exequi. Sic supra 2. 3. 5. 2. 14. 2. 2. 15. 3. 2. 16. 2. 3. 5. 1. 3. 14. 1. &c.

Ibid. (b) *ab ipso Sylla rogo*] Vere, nam oreinatus hic primus omnium Corneliorum, cum maiores eius terra conderentur. Aduertit Stadius ex Cicer. de leg. 2. 22. vbi causam eius rei dicit fuisse, quod Sylla Marii reliquias dissipari iusserat (quod etiam Val. Max. 9. 2. 1. refert. eoque rationem metuebat. Insurgens est sententia apud Saxonem, vt est iste auctor vltra sæculum suum, Hist. Dan. lib. 5. pag. 79. *Par est, vt alieni corruptor cineris, nullo funeri obsecratio donetur, sortemque proprio referat corpore, quam in alieno perpetrarit.*

3. (c) *quamuis male capta, iure tamen*] Apparet igitur non idem ius esse, & iustum. Ius enim posituum vt appellant, à iubendo dictum lex est, arbitrio imperantis lata. quapropter euenit, vt tales plerumque leges sint. quales earum auctores. Egregia est in hanc rem disputatio Alcibiadis & Periclis apud Xenophontem



memorabilem lib. 1. pag. 718. quam attente legisse & confiderasse, opera pretium fuerit. Ideo secundum Cicer. de leg. 1. 15. stultissimum est, existimare omnia iusta esse, quae scita sint in populorum instituta & legibus. Hinc intelligitur, quid in animo habuerit Tacit. 3. 27. 2. cum XII. tabulas finem equi iuru diceret. Affine est huic quod in l. pen. de iust. & iur. scribitur, praeorem sui dicere etiam cum inique decernit.

4. (d) ne vulnera curatione ipsa rescenderentur ] Elegans translatio, & frequens scriptoribus. Ad eum sensum Senec. de benef. 3. 16. Ingratus L. Sylla, qui patriam durioribus remediis, quam pericula erant, sanauit. Tacit. 3. 28. 1. Cn. Pompeius grauior remediis quam delicta erant. His talibus accidit saepe, quod de malis oratoribus est apud Cicer. de orat. 2. 75. ut quae sanare non possunt, exulcerent.

5. (e) turbis concionibus ] Extat vna concionum eius apud Salust. Histor. primo.

7. (f) Etruriam ] Ita Fall. tres. Ita v. e. [ etiam nostra ] alia, in Etruriam. Gruterus.

Ibid. (g) morbo & parentis ] Plinius firmat 7. 53. vbi maligni quem euentus anxietate didicimus mortuum. quamuis nec eorum iudicium damnum qui legunt; quem diuortis anxietate diximus ingressum. Plut. Pompeio cap. 26. morbo correptus expirauit, fractus animo non obres perditus, (ut autumant) sed quem esset nactus epistolium, ex quo stuprum uxoris comperit. Perlit igitur incruenta morte; quamuis diuersum videatur velle Sueton. Caes. 5. 2. vbi; post necem consultu. (Lepidi) Sed aduertendum, necis vocabulum etiam pro morte non violenta sumi, sicut ad Iustin. 42. 1. 1. notauit Berneggerus

Ibid. (h) quod non temere alias in ciuilibus bellis. ] Sic v. e. & nouissima aliquot. [ item mss. Vineti ] antea inepte legebatur, quod non tenuere alii in ciuilibus &c. Gruterus.

Ibid. (i) pace contenti fuerunt ] Alias enim dominatio, vel saltem vindicta peti solet.

## LIBER QVARTVS,

*Bellum Catilinarium.*

## CAP. I.



1 Atiliam (a) luxuria (b) primum, tum  
 hinc conflata egestas rei familiaris,  
 2 (c) simul occasio, quod in extremis  
 finibus mundi arma Romana pere-  
 grinabantur; in nefaria consilia opprimenda; pa-  
 triæ suæ compulere; || Senatam confodere, con-  
 3 sules trucidare, distringere incendiis Urbem, di-  
 ripere ætarium, totam denique rempublicam  
 funditus tollere, & quicquid nec Annibal (d) vi-  
 4 deretur optasse. || Quæ omnia quibus (o nefas!)  
 sociis aggressus est? ipse patricius; sed hoc minus  
 est: Curni, Porcii, Syllæ, Cethegi, (e) Autronii,  
 Vargunteii atque Longini. quæ familiæ? quæ  
 senatus insignia? Lentulus quoque (f) cum ma-  
 xime prætor; hos omnes immanissimi facinoris  
 5 satellites habuit. || Additum est pignus coniu-  
 rationis, (g) sanguis humanus: quem circumlatum  
 patris bibere: summum nefas, nisi amplius esset,  
 6 propter quod biberunt. || Actum erat de pulcher-  
 rimo imperio, nisi illa coniuratio in (h) Cicero-  
 nem & (i) Antonium consules incidisset: quo-  
 rum (k) alter industria rem patefecit, alter manu  
 7 oppressit. || Tanti sceleris indicium per Fulviam  
 emerfit, vilissimum scortum, sed (l) parricidii in-  
 8 nocens. || (m) Tum Consul habito senata, in præ-

sentem reum Cicero peroravit: sed non amplius profectum, quam vt hostis euaderet, <sup>(n)</sup> seque, palam professo, <sup>(o)</sup> *incendium suum restincturum ruina* minaretur, || Et ille quidem ad preparatum 8  
à Manlio in Etruria exercitum proficiscitur, signa illaturus Vrbi. Lentulus destinatum familiae suae Sibyllinis versibus regnum <sup>(p)</sup> sibi vaticinans, ad praestitutum à Catilina diem, vrbe tota viros, faces, tela disponit. || Nec ciuili conspiratione contentus, legatis Allobrogum, qui tum 9  
forte aderant, in arma sollicitatis, iisset vltra Alpes furor, nisi <sup>(q)</sup> altera proditione Vulturcii, praetoris literae tenerentur. Statim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus. || Palam praetor 10  
in senatu conuincitur. De supplicio agentibus, <sup>(r)</sup> Caesar parcendum dignitati; Cato animaduertendum pro scelere censebat. Quam sententiam sequutis omnibus, in carcere parricidae strangulantur. || <sup>(s)</sup> Quamuis parte coniurationis oppressa, tamen ab incepto Catilina non destitit: sed infestis ab Etruria signis patriam petens, obuio Antonii exercitu opprimitur. || Quam atrociter dimicatum sit, exitus docuit. nemo hostium bello superfuit. <sup>(t)</sup> quem quis in pugnando ceperat locum, eum amissa anima corpore tegebat. || Catilina longe à suis inter hostium cadauera reperi- 13  
tus est; pulcherrima morte, si pro patria sic concidisset.

## NOTÆ IN LIBRVM IV. CAP. I.

Bellum Catilinarium scribunt fere omnes. Ep. Liu. 102. & 103. Item Sallustius. Appian. de bel. ciu. lib. 2. pag. 428. Plutarch. in vitis Syllæ, Ciceronis, Caesaris. Val. Max. 5. 8. 5. & 5. 12. 5. 11.

August.



Augusti. de ciuit. 1, 5, 7, 23. Orof. 6, 6. Extant quatuor Cicero-  
nis inuestiuarum in L. Catilinam libri, quibus rem totam si-  
mul, & eleganter complexus est. Meminit Euseb. lib. temp. &  
Plin. 7, 28. Iuuenalis sat. 10. Gestum est autem bellum hoc  
anno DCXXGIX. ab V. C. auctore Eutropio 6, 4. Sed videtur le-  
gendum DCXCIX. Deprauatus est numerus annorum apud Oro-  
fium DCCXCIX. pro DCXCIX. Plinius 9, 33. dicit Ciceronem  
fuisse Cos. anno V. C. D CC. in cuius consulatu hæc gesta sunt.  
Camers.

Num. 1. (a) *Catilinam*] Continuat ista cum præcedentibus v. e.  
stem Pal. text. recte. neque enim hinc commode liber nouus  
auspicandus. Gruterus.

Ibid. (b) *luxuria primum, tum hinc constata egestas*] Plautus in  
pr. Trinummi fabulæ, facit *luxuriam inopia matrem*. Hinc Clau-  
dianus in Ruffin. 1, 35.

*Et luxus populator opum, cui semper adhasens  
Infelix humili gressu comitatur egestas.*

Camers.

Adde supra 3, 12, 13, 1. & omnino Sallustium huius Catilinaris  
libro, loco non vno. item Heraldum ad Martialem 3, 10, 3,

Ibid. (c) *simul occasio*] Vide supra 3, 5, 7, 8. Idem dicit Sallust.  
Cat. 16, 6. in Italia nullus exercitus: Cn. Pompeius in extremis terris  
bellum gerebat. Et hic est morbus magnorum imperiorum, vt late  
diffusa non vbique æqualiter regi possint. vide quæ notamus in  
Tra 4, 12, 29.

2. (d) *videretur optasse, quibus (ò nefas!) sociis*] Sic v. e. sic Pall.  
• & proxime his seqq. edd. quibus id nefas fosis. nam Vineti  
videtur optasse. *Quæ omnia quibus (ò nefas!) sociis*. satis licenter,  
si præter libros: Gruterus. Præter istos autem socios quos nume-  
rat Florus, erant complures paullo occultius consilii huius participes  
nobiles; quos magis deminationis spes hortabatur, quam inopia, aut  
alia necessitudo. Sallust. Cat. 17, 6. vt nominatim M. Crassus eo-  
dem loco. item *Caesar*. Plutarchus *Cæsare* cap. 11.

3. (e) *Antonis*] Sic clare Pal. pr. ac sec. [ & q. mss. Vineti ]  
non vt in hunc diem vulgati, *Antonii*. Gruterus. Vide de hoc  
Cicer. pro Sylla.

Ibid. (f) *cum maxime*] Sic Naz. *cum maxime* autem est *òti μέ-  
γιστα*, glossæ: *cum maxime, αυτοδεν*. Salmasius. Sæpius autem  
occurrunt exempla huius deprauationis, quæ sollicitè collegit  
Zinzerlingius promulsi de critic. iuuen.

4. (g) *sanguis humanus*] Recenset hoc Sallust. Cat. cap. 22. ita  
vt propior videatur non credenti. De more hoc sanguine sanc-  
tendi fœdera & amicitias, vide omnino Lipsiū in Tacit. 12, 47, 3.  
ad cuius exempla adde Plut. Poplicola cap. 6. de Brutis Aquiliis  
& Vitelliis. omnibus visū est. hominum iugulati sanguine libato, & visce-  
ribus tactu, magnum & diuum susurrandum concipere. & Saxonem  
Grammat.

Grammat. Histot. Dan. lib. 1. pag. 11. *Spoliarum* nutrice *Andin-*  
*gum grandaeus* forte quidam, altero orbus oculo, solitarium miseratus,  
*hisero* cuidam piratae, sollempni pactione iure conciliat. Siquidem ibi-  
 ti sedes veteres, vestigia sua mutui sanguinis asperione perfunderet  
 consuenerant, amicitiarum pignus alterni cruoris commercio firmaturi.  
 Solin. cap. 12. de Scythia: *haustu* mutui sanguinis *fadus* sanciant,  
 non suo tantum more, sed *Medorum* quoque *visitata* disciplina.

5. (h) *Ciceronem*] Pro Ciceronis gestis lege qua scribit Plinius  
 7, 30. Ob id factum Cicero Pater patriae a Catone Vticensi pri-  
 mum appellatus est. Plin. ibid. Plut. Cicero, cap. 31. Iuuenal. 8, 244.  
 Lucan. 7, 62. Gamers.

Ibid. (i) *Antonium*] Hic tamen parum ad opprimendum Ca-  
 tilinam contulisse legitur. immo pactione provincia vix persua-  
 sum a Cicerone, ut cum Rep. sentiret; nec ipsum adeo pugnasse  
 in hostes. sed bellum id per Petreium legatum suum confecisse.  
 Hæc ex Cicerone passim, & Sallustio.

Ibid. (k) *alter industria &c.*] Pertinet huc quod ille Cicero di-  
 xit Off. 1, 22. *Parus sunt foris arma, nisi sit consilium domi.* qua de re  
 videndus late Lipsius Polit. 3, 3. & 5, 2.

6. (l) *parricidii innocens*] Lectionem quæ inter omnes sensum  
 & explicationem commodissimam habebat, iamque pluribus  
 editionibus inserta erat, amplexus sum. Nam ex diuersa scri-  
 ptura, ut amat fieri, diuersa etiam coniectura natae sunt. alii  
 enim, *patriæ innocens*; alii, *præ patriæ innocens*; alii, *patri-  
 cius innocens* legunt. quibus omnibus vna hæc ratio facile obli-  
 terit, quod ipsa *Fulvia nobilis fuerit*. Sallust. Cat. 23, 3. *Erat et-  
 iam Fulvia, muliere nobili, stupri vetus consuetudo.* Ea autem quam  
 ponimus lectionem ita commode potest explicari; ut *Fulvia* qui-  
 dem vile scortum & infamis vitæ fuerit. *innocens* tamen patri-  
 cidii. *Parricidium* enim vocari senatus eadem, consulumque  
 immo ipsius patriæ subuersionem, quæ omnia peracturus erat  
*Catilina*, multis auctorum locis adstrui possit: quorum pauca  
 in indicem transcripsimus. Nescio quid sibi velit nostra vetus,  
*patriæ nominis*. quæ utique non contemnenda est lectio; vale-  
 ret enim, scortum quidem vulgare fuisse, sed gente *patriam*.  
 priori tamen adque scimus.

7. (m) *Tum consul &c.*] Corrupta sunt & hæc, ut nemo non  
 videt. vetus nostra editio, *Consul habito senatu in presentem patri-  
 cidam reum Cicero perorauit. scripserim: habito senatu in presentem  
 parricidam Cicero perorauit.* Nam quæ supersunt, non videntur  
 auctoris. De re. passim Cicero.

Ibid. (n) *seque palam professo*] Sic omnino distinguunt, qui  
 sensum saluum velint. nam illud seque refertur ad *resoluiturum* pro-  
 fesso

sejso ponitur adverbialiter, quod vſitatiffimum eſt auctoribus, multa eius generis exempla in indice Taciti notauimus: aliqua etiam in Iuſtiniano, voce *cogniſto*, &c.

ibid. (o) *incendium ſuum reſtincturum ruina*] Eadem Salluſt. Cat. 31, 10. Cicero pro MURINA cap. 25. Val. Max. 9, 11, 3. Reſpexit huic vt opifitor Seneca Tragedus, cum Medeam ſuam ita faceret loqui, in cognomine fabula verſ. 427.

*ſola eſt quiete.*

*Mecum ruina cuncta ſi video obruta.*

Sic apud Plut. Dionie cap. 55. *Dionyſius uentem tyrannidem intendit in tuus vrbu ſunere.*

8. (p) *ſibi vaticinans*] Salluſt. Cat. 47, 4. dicebat ex libro Sybillinus, regnum Roma tribus Cornelis potendi: Cinnam atque Syllam autem, ſe tertium eſſe; cui ſatum foret vrbu petiri. Idem Cicero in Catilin. 3, 4. Ceterum multos in precipitium impulerunt, ſimilia vaticiniorum interpretamenta: vt hoc loco tuſiffimum ſit illud: *memento diffidere*. Sic Iudaeos apud Tacit. H. 5, 13, 4. decepit illud oraculum, eo tempore Iudae profectos rerum potituros.

9. (q) *altera proditione*] Prius enim patriae proditor erat, coniurando cum hoſtibus eius; mox ipſorum cum quibus coniuauerat.

10. (r) *Cafar*] Eius & Catonis contrariae orationes extant in Salluſtii Catilinaria.

11. (s) *quamuis*] Offendit me iſta oppoſitio *quamuis & tamen* quorum alterutrum ſapius intruſi ſolet auctoribus, cum vno poſito vtrumque intelligatur. malim. *parte conſultatione oppreſſa, tamen &c.* magis Floriane.

12. (t) *quem quis in pugnando*] Non aliter v. e. & mſſ. *Vineticediti, quem quiſque in pugn.* quomodo quidem Pal. tert. ſed duo priores alterum tutantur. Ceterum tota iſthac periodus, vt & pars ſequentis, vel adſuta eſt auctori noſtro ab aliquo ſcriba, aut auctor ipſe eam mutuo ſumpſit à Salluſtio. totidem ſane verbis conſpiciuntur in eius Catil. cap. 61. quod miror nemini haecenus viſum notatumque. Gruterus. Ad hanc autem formam locutos plures notauit Berneggerus ad Iuſtin. 9, 3, 10. e. quibus adde noſtrum ſupra 1, 18, 23. Curt. 3, 11, 9. Güntherum Ligu. 9, 359. & antiquiſſimum omnium Plautum Amphitr. 1, 1.



## Bellum Caesaris &amp; Pompeii.

## CAPVT II.

**I**AM (a) p̄ne toto orbepacato, maius erat im-  
 perium Romanum, (b) quam vt vllis externis  
 viribus extingui posset. ITAQVE (c) inuidens  
 fortuna principi gentium populo, ipsum illum in  
 in exitium suum armauit. || ac Mariana quidem  
 Cinnanaque rabies intra Urbem (d) pr̄luserat,  
 quasi experiretur. Syllana tempestas latius, intra  
 Italiam tamen, detonuerat. || Cæsaris furor atque  
 Pompeii, Urbem, Italiam, gentes, nationes, to-  
 tum denique qua patebat imperium, quodam  
 quasi diluuiio, (e) & inflammatione corripuit:  
 || adeo vt non recte tantum *civile* dicatur; ac ne  
*socialis* quidem; sed nec *externum*: sed potius *com-*  
*mune quoddam* (f) *ex omnibus, & plus quam bellum.*  
 || Quippe si duces eius inspicias; totus senatus in  
 partibus. si exercitus; hinc (g) vñdecim legiones,  
 inde decem & octo, flos omnis & robur Italici  
 sanguinis. si auxilia sociorum; hinc Gallici Ger-  
 manique delectus: inde Deiotarus, Ariobarza-  
 nes, (h) Tarchondimotus, Cothus, omne Thraciæ  
 Cappadociæque, Ciliciæ, Macedoniæ, (i) Græciæ,  
 Ætoliæ, totiusque robur Orientis. || si moram  
 belli; (k) quatuor anni, & pro clade rerum breue  
 tempus. si locum & spacium vbi commissum est;  
 intra Italiam: inde se in Galliam Hispaniamque  
 deflexit: reuersumque ab occasu, totis viribus in  
 Epiro Thessaliaque confedit: hinc in Ægyptum  
 subito transfiliit: inde respexit Asiam: inde Afri-  
 cæ

7 cæ incubuit: postremo in Hispaniam (1) regy-  
uit, & ibi aliquando defecit. || SED NON & odia  
partium finita cum bello. Non enim prius qui-  
euerē, quā in Vrbe ipsa, medio senatu, eorum  
qui victi erant odia victoris sese cæde satiarent.

8 || (m) CAUSSA tantæ calamitatis eadem quæ  
omnium, (n) nimia felicitas. Siquidem Quinto  
Metello, Lucio Afranio consulibus, quæ Romana  
maiestas toto orbe polleret, recentelq; victorias,  
Ponticos & Armenios triumphos in Pompeianis  
theatris Roma cantaret, NIMIA Pompeii poten-  
tia apud ociosos, vt solet, ciues (o) mouit inui-  
diam.

9 || Metellus (p) ob imminutum Cretæ tri-  
umphum; Cato aduersus potentes semper obli-  
quus, detrectare Pompeium, actisque eius ob-  
streperere. (q) HINC dolor transuersum egit: &  
ad præsidia dignitati paranda impulit. || Forte

10 tunc Crassus genere, diuitiis, dignitate florebat:  
vellet tamen auctiores opes: Caius Cæsar elo-  
quentia, & spiritu, (r) ecce iam consulatu alle-  
uabatur: Pompeiustamem super vtrumque emi-  
nebat.

11 || SIC IGITUR Cæsare dignitatem com-  
parare, Crasso augere, Pompeio retinere cupien-  
tibus, omnibusque pariter potentia cupidis, de  
inuadenda Republica facile conuenit. || Ergo

12 quæ mutuis viribus in suum quisque decus ni-  
teretur, Galliam Cæsar inuadit, Crassus Asiam,  
Pompeius (s) Hispaniam: tres maximos exerci-  
tus: & iam sic orbis imperium societate trium

13 principum occupatur. || Decem annos traxit ista  
dominatio. Exinde, quoniam (t) mutuo metu te-  
nebantur,

nebantur, Crassi morte apud Parthos, & (u) morte  
 te Iulie Cæsaris filie, quæ nupta Pompeio, generi  
 fœderique concordiam matrimonii fœdere tene-  
 bat, statim æmulatio erupit. || Iam Pompeio su- 14  
 spectæ Cæsaris opes, & Cæsari Pompeiana digni-  
 tas grauis. (x) Nec hic ferebat parem, (y) nec ille  
 superiorem. NEFAS! sic de principatu labora-  
 bant, tanquam duos (z) tanta imperii fortuna  
 non caperet. || Ergo Lentulo Marcelloque con- 15  
 sulibus, rupta prima coniurationis fide, de suc-  
 cessione Cæsaris (a) senatus, id est Pompeius agi-  
 tabat: nec ille abnuebat, si ratio sui proximis co-  
 mitiis haberetur. || Consulatus abienti, quem 16  
 (b) decem tribuni plebis, fauente Pompeio, nu-  
 per decreuerant, tum dissimulante eodem nega-  
 batur. *Veniret, & peteret maiorum more.* || ille con- 17  
 tra flagitare decreta: ac nisi in fide permanerent,  
 non se (c) remittere exercitum. Ergo ut in hostem  
 decernitur. His Cæsar agitated, statuit præmia  
 armorum armis defendere. || Prima ciuiliis belli 18  
 harena, Italia fuit; cuius arces leuibus præfidiis  
 Pompeius infederat: sed omnia subito Cæsaris  
 impetu oppressa sunt. || Prima Arimino signa ce- 19  
 ciderunt, tum pulsus Etruria Libo, Umbria  
 Thermus, Domitius Corfinio. Et (d) peractum  
 erat bellum sine sanguine, si Pompeium Brundi-  
 si opprimere potuisset. || & cœperat, sed ille (e) 20  
 per oblecti claustra portus, nocturna fuga euasit.  
 TYRPE dictu! modo princeps patrum, pacis  
 bellicque moderator, per triumphatum à se mare,  
 lætera & pane inermi naue fugiebat. || (f) Nec 21  
 Pompeius



Pompeius ab Italia, quam senatus ab Urbe, fugatur prior, quam pæne vacuum metu, Cæsar ingressus, (g) consulem se ipse facit. (h) Ærarium quoque sanctum, quia tardius aperiebant Tribuni, iussit effringi: censumque & patrimonium populi Romani ante rapuit, quam imperium.

22 || Pulso fugatoque Pompeio, maluit prius ordinare provincias, quam ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam, (i) annonæ pignora, per legatos, (k) habet.

23 || Nihil hostile erat in Gallia: pacem ipse fecerat, sed ad Hispanienses Pompeii exercitus transeunti per eam duci (l) portas claudere ausa Massilia est. MISERA, dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit: sed quia tutis muris erat, vinci eam

24 sibi iussit absenti. || Græcula ciuitas, (m) non pro mollitie nominis, & vallum (n) rumpere, & incendere machinas ausa, & congregari nauibus:

25 || sed Brutus, cui mandatum erat bellum, victos terra marique perdomuit. Mox deditibus sese ablata omnia præter, QVAM potiorem omnibus

26 habebant, libertatem. || Anceps, variumque, & (o) cruentum in Hispania bellum cum legatis Cnæi Pompeii Petreio & Afranio: quos Ilerdæ castra habentes, apud Sicorim amnem obsidere,

27 & ab oppido intercludere aggreditur. || Interim (p) obundatione verni fluminis, comitatiibus (q) prohibetur. sic fame castra tentata sunt: obses-

28 sorque ipse quasi obsidebatur. || sed ubi pax fluminis rediit, (r) populationibus & pugnae campos aperuit: iterum ferox instat: & cedentes ad Celtiberiam consequutus, aggere & vallo, ac per

hæc siti ad deditionem compulit. || Sic citerior 29  
 Hispania recepta est; nec vltior moram fecit.  
 (1) Quid enim vna post quinque legiones? Itaq;  
 vltro cedente Varrone, Gades, fretum, Oceanus,  
 (r) omnia felicitatem Caesaris sequebantur. || Ali- 30  
 quid tamen aduersus absentem ducem (u) ausa  
 fortuna est circa Illyricū & Africam; QVASI de in-  
 dustria prospera eius aduersis radiarentur. || Quip- 31  
 pe quā fauces Adriatici maris iussu occupare Do-  
 labella & Antonius, ille Illyrico, hic (x) Curicti-  
 co litore castra posuissent; iam maria late tenen-  
 te Pompeio, (y) repente legatus eius Octavius (z)  
 & Libo ingentibus copiis classicorum, circum- 32  
 uenit vtrumque. || Deditionem fames extorsit  
 Antonio. Missæ quoque (a) à Basilo in auxilium  
 eius rates, quales inopia nauium fecerat, noua (b)  
 Pompeianorum arte Cilicum, actis sub mare fu-  
 nibus, captæ quasi per indaginem. || Duas tamen 33  
 æstus explicuit. vna, quæ Opiterginos ferebat, in  
 vadis hæsit, memorandumque posteris exitum  
 dedit. Quippe vix mille iuuenum manus, cir-  
 cumfusi yndique exercitus per totum diem tela  
 sustinuit. & quum exitum virtus non haberet,  
 tamen ne in deditionem veniret, hortante  
 tribuno Vulteio mutuis ictibus in se (c) con-  
 cucurrit. || In Africa quoque par & virtus, & 34  
 calamitas Curionis fuit: qui ad recipiendam pro-  
 uinciam missus, pulso fugatoque Varo iam su-  
 perbus, subitum Iubæ regis aduentum, equita-  
 tumque Maurorum sustinere non potuit. (d) Pa-  
 tebat victo fuga, sed PVDOR suasisit, vt amissum  
 sua temeritate exercitum, morte sequeretur. || Sed 35  
 (e) iam

- (e) iam debitum par fortuna flagitante, sedem bello Pompeius Epiron elegerat. nec Cæsar (f)
- 36 moratur. || quippe ordinatis à tergo omnibus, quamuis hiems media prohiberet tempestate, ad
- 37 bellum nauigauit. || positisque ad Oricum castris, quum pars exercitus ob inopiam nauium cum Antonio relicta, Brundisii moram faceret; adeo impatiens erat, ut ad arcessendos eos, ardente ventis mari, nocte concubia, speculatorio nauigio, solus ire tentauerit. (g) Extat ad trepidum tanto discrimine gubernatorē vox ipsius: *Quid times?*
- 38 *Cæsarem uelis.* || Contractis in unum (h) undique copiis, positisque cominus castris, diuersa erant ducum consilia. Cæsar pro natura ferox, & conficiendæ rei cupidus, ostentare aciem, prouocare, laceessere; || nunc obsidione castrorum, (i) quæ sedecim millium vallo obduxerat; (sed quid his obesset obsidio, qui patente mari omnibus copiis
- 40 abundarent?) || nunc (k) expugnatione Dyrriachii irrita; (quippe quam vel situs inexpugnabilem faceret.) ad hoc assiduis (l) in eruptionem hostium præliis; (quo tempore egregia virtus Scauæ centurionis emicuit, cuius in scuto (m)
- 41 centum atque viginti tela sedere.) || iam uero direptione urbium sociarum, quum Oricum, & Gomphos, & alia castella Thessaliæ vastaret.
- 42 || Pompeius aduersus hæc neclere moras, tergiversari, SIMVL ut hostem interclusum undique inopia com meatuum (n) tereret, (o) utque ardentissimi ducis consenesceret impetus. || Nec diutius profuit duci salutare consilium. (p) milites
- 43



ocium, focii moram, principes (q) ambitum ducis increpabant. Sic præcipitantibus fatis, prælio sumpta est Thessalia: & Philippicis campis, (r) Urbis, imperii, generis humani fata commissa sunt. || (s) Nunquam vlllo loco tantum virium populus Romanus, tantum dignitatis fortuna vidit. Trecenta amplius millia (t) hinc vel illinc, (u) præter auxilia regum, & Senatus. || Nunquam imminentis ruinae manifestiora prodigia: (x) fuga victimarum; (y) examina in signis; (z) interdium tenebrae; dux ipse & nocturna imagine, theatri sui (a) audiens plausum, in modum planctus circumsonare; & mane (b) cum pullo (nefas!) apud principia (c) conspectus. || Numquam acrior neque alacrior exercitus Caesaris fuit. inde classica prius, inde tela. Annotatum quoque committentis aciem Craffini (d) pilum: qui mox adacto in os gladio, sic inter cadauera repertus, libidinem ac rabiem qua pugnauerat, ipsa nouitate vulneris præferebat. || Sed nec minus admirabilior illius exitus belli. Quippe quum Pompeius adeo equitum copia abundaret, vt facile circumuenturus sibi Caesar. m videretur; circumuentus ipse est. || Nam quum diu æquo Marte contendere, iussuque Pompeii fustus à cornu erupisset equitatus; repente hinc signo dato, (e) Germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere impetum, vt illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. || Hanc stragem fugientis equitatus, leuis armaturæ ruina comitata est. Tunc terrore latius dato, turbantibus inimicem copiis, reliqua

reliqua strages quasi vna manu facta est. **NEC**  
**VLLA** res magis exitio fuit, quam ipsa exercitus  
50 magnitudo. || **MVLTVS** in eo prælio Cæsar fuit,  
mediusque inter Imperatorem & militem. Voces  
quoque obequitantis exceptæ, altera cruenta, sed  
docta, & ad victoriam efficax; (f) *Miles faciens*  
*feri*: altera ad iactationem composita; (g) *Parce*  
51 *ciuibus*: quum ipse sequeretur. || **FELICEM** vt-  
cunque in malis Pompeium, si eadem ipsum, quæ  
exercitum eius fortuna traxisset! Superstes (h)  
dignitatis suæ vixit, vt cum maiore dedecore per  
Thessalica Tempe equo fugeret, (i) vt vna nauicula  
Lesbon applicaretur: pulsus Hedris in de-  
serto Ciliciæ scopulo, fugam in Parthos, Africam,  
52 vel Ægyptum agitaret: || vt denique in (k) Pelu-  
sio littore, imperio vilissimi regis, consiliis (l) spa-  
donum, & ne quid malis desit, (m) Septimii de-  
sertoris sui gladio trucidatus, sub oculis vxoris  
53 suæ liberorumque moreretur. || Quis non per-  
actum esse cum Pompeio crederet bellum? atquin  
acrius multo atque vehementius Thessalici (n)  
54 incendiî cineres recaluere. || Et in Ægypto qui-  
dem aduersus Cæsarem (o) sine partibus bellum.  
55 || Quippe quum Ptolemæus rex Alexandria, (p)  
summum ciuilibus belli scelus peregisset, scelusque  
amicitiæ cum Cæsare, medio Pompeii capite san-  
xisset; vltionem (q) tanti viri Manibus querente  
56 fortuna, causa non defuit. || Cleopatra regis so-  
ror affusa Cæsaris genibus, partem regni repo-  
scebat. (r) **ADERAT** puellæ forma, & quæ du-  
plicaretur ex illo, quod talis passa videbatur (s) in-

iuriarum: || odium ipsius regis, QUI Pompeii cæ- 57  
 dem, partium fato, non Cæsari dederat, haud du-  
 bie idem in ipsum ausurus, si expedisset. || Quam 58  
 ubi Cæsar restitui iussit in regnum, statim ab eis-  
 dem percussoribus Pompeii (t) obsessus in regia,  
 quamuis exigua manu, ingentis exercitus molem  
 mira virtute sustinuit. || Ac primum ædificio- 59  
 rum proximorum, atque naualium (u) incendio,  
 infestorū hostium tela submouit: mox in pænin-  
 sulam Pharon subitus euasit: inde (x) depulsus in  
 maria, mira felicitate ad proximā classē enata-  
 uit: relicto quidem in fluctibus paludamento, seu  
 fato; seu consilio, vt illud ingruentibus hostium  
 telis saxisque peteretur. || (y) Tandem receptus à 60  
 classicis suis, vndiq; simul hostes adortus, (z) de-  
 bellata perfida gente, iusta generi Manibus dedit.  
 quippe & (a) Theodotus magister, auctorque to-  
 tius belli, & (b) ne virilia quidem portenta Po-  
 thinus atque Ganymedes, (c) diuersa per mare &  
 terras fuga & morte consumpti. Regis ipsius cor-  
 pus obrutum limo repertum est (d) in aureæ lo-  
 ricæ honore. || (e) In Asia quoque nouus rerum 61  
 motus à Ponto: PLANE (f) quasi de industria ca-  
 ptante fortuna hunc Mithridatico regno exitum,  
 vt à Pompeio pater, à Cæsare filius vinceretur.  
 || Rex Pharnaces (g) MAGIS discordiæ nostræ fi- 62  
 ducia, quam virtutis suæ, infesto in Cappadociam  
 agmine ruebat: || sed hunc Cæsar aggressus, (h) 63  
 vno, &, vt sic dixerim, non toto prælio, obtriuit;  
 (i) more fulminis, quod vno eodemque momen-  
 to venit, percussit, abcessit. Nec vana de se præ-  
 dicatio



- 64 dicitio est Cesaris; (k) ante victum hostem esse, quam visum. || Sic cum exteris, at (l) in Africa cum ciuibus multo atrocius, quam in Pharsalia. Huc reliquias partium naufragarum quidam furoris æstus expulerat: nec reliquias diceres, sed inter-
- 65 grum bellum. || (m) SPARSÆ magis, quam oppressæ vires erant. Auxerat sacramentum ipsa clades Imperatoris: nec degenerabat ducum successio, quippe satis ample sonabant in Pompeiani nominis locum Cato & Scipio. Accessit copiis Mauritaniæ rex Iuba, videlicet vt latius
- 66 vinceret Cesar. || Nihil ergo inter Pharsaliam, & Thapson, nisi quod (n) amplior, eoque acrior Cesarianorum impetus fuit, indignantium post Pompeium creuisse bellum. Denique, quod alias nunquam ante imperium ducis, (o) sua sponte signa cecinerunt. || Strages à Iuba cœpit. eius elephanti bellorum rudes, & nuper à silua, consternati subito clangore. statim & exercitus in fugam, (p) & duces fortius, quam vt fugerent, non
- 68 inconspicua tamen morte omnium. || Iam (q) Scipio naue fugiebat: sed assequitis eum hostibus, gladium per viscera exegit: & vbi esset quodam requirente, respondit hoc ipsum; (r) Bene se habet
- 69 imperator. || Iuba quum sese recepisset (s) in regiam, (t) magnifice epulatus, postero die cum Petreio fugæ comite, super mensas & pocula interficiendum se ei præbuit. (u) ille & regi suffecit, & sibi: quum interim semesi in medio cibi, & parentalia fercula regio simul Romanoque
- 70 sanguine madebant. || Cato non interfuit bello:

positisque apud Bagradam castris, Vticam, velut altera Africae claustra, seruabat. Sed accepta partium clade, nihil cunctatus, V T S A P I E N T E dignum erat, (x) mortem etiam lætus acciuit. || Nam postquam filium comitesque ab amplexu dimisit, in nocte lecto ad lucernam Platonis libro, qui immortalitatem animæ docet, paullulum quieuit. tum circa primam vigiliam stricto gladio reuelatum manu pectus semel iterumque percussit. || Ausi post hoc virum medici (y) violare fomentis. ille passus dum abscederent, rescidit plagas: (z) sequutaque vis sanguinis moribundas manus in ipso vulnere reliquit. || Quasi non esset vsquam dimicatum, sic arma rursus & partes. quantoque Africa supra Thessaliam, tanto Africam superabat (a) Hispania. || P L V R I M V M (b) quantum fauoris partibus dabat fraternitas ducum, & pro vno duos stare Pompeios. Itaque nusquam atrocius, nec tam ancipiti Marte concursum est. || Primum (c) in ipso ostio Oceani Varus Didiusque legati conflixere: sed acrius fuit cum ipso mari, quam inter se nauibus bellum. siquidem velut (d) furorem cineû (e) castigaret Oceanus, vtramque classem naufragio cecidit. || Quinam ille horror, quum eodem tempore (f) fluctus, procellæ, viri, naues, armamenta configerent? adde fitus ipsius formidinem; vergentia in vnum, hinc Hispaniæ, inde Mauritaniam litora; mare & interitum, & externum; imminentesque Herculis speculas; quum omnia vndique simul prælio, & tempestate sæurent. || Mox circa obsidiones vrbium

bium utrimque discursum est: (g) quæ MISERÆ  
INTER hos atque illos duces societatis Roma-  
78 næ pœnas dabant. || Omnium postrema certami-  
num (h) Munda. hic non pro cetera felicitate,  
sed anceps, & diu triste prælium: V T P L A N E vi-  
79 deretur nescio quid deliberare fortuna. || Sane  
& ipse antè aciem incertior non ex more Cæsar,  
S I V E respectu fragilitatis humanæ; siue nimiam  
prosperorum suspectam habens continuatio-  
nem; vel eadem timens, (i) postquam idem esse  
80 cœperat, quod Pompeius. || Sed in ipso prælio,  
quod nemo vnquam meminerat, quum diu pari  
Marte acies nihil aliud quam occiderent, in me-  
dio ardore pugnantium subito ingens inter utro-  
que silentium, quasi conuenisset. (k) hic omnium  
81 sensus erat. || Nouissime illud inusitatum Cæsar  
oculis (l) nefas, post quatuordecim annos proba-  
ta veteranorum manus (m) gradum retro dedit.  
quod, etsi nondum fugerat, apparebat tamen (n)  
82 pudore magis, quam virtute resistere. || Ita-  
que ablegato equo, similis furenti, primam in  
aciem procurrit. Ibi prensare fugientes,  
confirmare; per totum denique agmen ocu-  
83 lis, manibus, clamore volitare. || Dicitur in illa  
perturbatione & de extremis agitalse secum, &  
ita manifesto vultu fuisse, quasi occupare manu  
mortem vellet; nisi cohortes hostium quinque  
per transversam aciem actæ, quas Labienus peri-  
clitantibus castris subsidio miserat, fugæ speciem  
84 præbuisent. || hoc aut & ipse credidit, aut dux  
callidus (o) arripuit (p) in occasionem: & quasi



in fugientem inuectus, simul & suorum erexit  
 animos, (q) & hostis perculit. NAM HI dum se  
 putant vincere, fortius sequi; Pompeiani dum  
 fugere credunt suos, fugere cœperunt. ¶ Quan- 85  
 ta fuerit hostium cædes, ira, rabiesque victoribus,  
 sic æstimari potest. hoc à prælio profugi, quum  
 se (r) Mundam recepissent, & Cæsar oblidi-  
 tim victos imperasset, (s) ex congestis cadaueri-  
 bus agger effectus est, quæ pilis iaculisque con-  
 fixa inter se tenebantur. PORDVM etiam inter  
 barbaros! ¶ Sed videlicet victoriam desperanti- 86  
 bus Pompeii liberis, Cnæum prælio profu-  
 gum, crure faucio deserta & auia petentem, (t)  
 Celsonius apud Lauronem oppidum consequu-  
 tus, pugnantem (u) (ADEO nondum desperabat)  
 interfecit. ¶ Sextum fortuna in Celtiberiam in- 87  
 terim abscondit; (x) ALIISQVE post Cæsarem  
 bellis reseruauit. ¶ Cæsar in patriam victor inue- 88  
 hitur. Primum de Gallia triumphum transmiserat  
 Rhenus, & Rhodanus, & ex auro capitius Oce-  
 anus: (y) altera laurus Ægyptia. tunc in ferculis  
 Nilus, Arsinoë, & ad simulacrum ignium ar-  
 dens Pharus. ¶ Tertius de Pharnace currus, & 89  
 Ponto. Quartus Iubam & Mauros, & (z) bis sub-  
 actam ostendebat Hispaniam. (a) Pharsalia, &  
 Thapsos, & Munda nusquam. & (b) QVANTO ma-  
 iora erant, de quibus non triumphabat! ¶ Hic ali- 90  
 quando finis armis fuit. reliqua pax incruenta;  
 pensatumque clementia bellum. (c) NEMO cæ-  
 sus imperio præter Afranium. satis ignouerat se-  
 mel, & Faustum Syllam, didicerat (d) generos ti-  
 mere,

- 91 mere. (e) filiamque Pompeii cum patruelibus ex Sylla. hic posteris cauebatur. || Itaque non ingratu  
 92 honores: (f) circa templa imagines, in theatro (g) distincta radiis corona; (h) suggestus in curia; (i) fastigium in domo; (k) mensis in cælo; ad hoc (l) pater ipse patriæ perpetuusque dictator: nouissime, (m) dubium an ipso volente, oblata pro Romanis ab Antonio consule, regni insignia. || **Q**UANTOMNIA (n) velut insulæ in destinatam morti victimam congregabantur. Quippe CLEMENTIAM principis vicit inuidia. (o) grauisque erat liberis ipsa beneficiorum potentia. || Nec diutius dilatio donata est: sed Brutus & Cassius, (p) aliique patricii consenserunt in eadem principis. || **Q**UANTATA vis (q) fati! manauerat late coniuratio, (r) libellus etiã Caesaris datus eodem die. nec perlitare centum victimis potuerat. venit in curiam  
 93 tamen, expeditionem Parthicam meditans. || ibi in curuli sedentem eum senatus inuasit: tribusque & viginti vulneribus ad terram datus est. SICILLE, qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat, tandem ipse (f) sanguine suo curiam impleuit.

NOTÆ IN CAPVT II.

Bellum Ciuile inter Cæsarem & Pompeium scribunt in primis Cæsar ipse tribus libris. Epit. Liu. 109. & seqq. Plut. Cæsare & Pompeio. Appian. de bell. ciu. lib. 2. copiose. August. Ciuit. 3. 30. Auctor de vir. illustr. cap. vlt. Eutrop. 6. Oros. 5. 15. &c. Val. Max. 1. 5. 6. 1. 6. 12. & 13. 4. 5. 5. & 6. 4. 5. 4. 5. 10. Agell. 15. 18. Lucanius. Plin. 7. 25. & 26. Camers.

Num. 1. (a) *pauere toto orbe pacato* Idem Petronius Satyrico, sed magis

magis poetice. *Orbem iam totum victor Romanus habebat.*

Ibid. (b) *quam ut ullis externis viribus extinguisset* ] Sic Petilius apud Tacit. H. 3, 74, 9. de sui temporis imperio; *Ostingenturum annorum fortuna disciplinaque campages hac coaluit: que conuelli sine exitio conuellentium non potest.* Sed accidit hic quod solet magnis imperiis. Nulla enim (verba, sunt Annib. apud Liuium 30, 44, 6.) *magna ciuitas diu quiescere potest: si foris hostem non habet, domi inuenit.* Sed talia late & eleganter profecquitur in disputatione de Monarchia Vniuersali supra citatus Marcus à Rechlingen.

Ibid. (c) *inuidens fortuna* ] Adde supra 1, 13, 1.

2. (d) *praluserat* ] Nihil verius est hac lectione, quam prudenter excogitauerat vir summus, Gruterus noster. ita omnino scripsit Annæus, experiri, praludere, tentare, verba sunt τῶν προπειρῶν ἀυλητικῶν aut κωταρωδικῶν, à quibus metaphora ducta est. Salmasius. Vtitur hoc verbo noster supra 3, 22, 6. vbi tamen praluderent. sed perinde est; eadem enim vtriusque verbi significatio. Sic apud Virg. Æn. 12, 106. ex Georg. 3, 234. repetitum:

— *sparsa ad pugnam proludit arena.* Vbi Seruius, ad pugnam proludit, præmeditatione certaminis. Cicero. *Sin mecum in hac pralusione nihil fuerit, id est, præmeditatione certaminis, quem te in ipsa pugna cum acerrimo aduersario fore putemus?* Seneca natural. quæst. 3, 28. ad inundationes transfert. De prolusionibus gladiatoriiis quædam annotat Lipsius Saturn. 2, 19, quæ ad plentorem huius loci intellectum faciunt. Porro cum hoc loco confer quod scripsit supra 3, 21, 3.

3. (e) *& inflammatione* ] Malim aut *inflammat.* nec enim ista miscntur.

4. (f) *ex omnibus & plusquam bellum* ] Palatinus vetus, *ex omnibus gentibus & plusquam ciuile bellum.* Gentibus illud falsum est. ciuile posset locum habere, nisi ἰμφοδικοῦταγον esset, & plusquam bellum. Salmasius. Respexisse videtur auctor, cum hæc scriberet, Lucanum princ. Pharsal qui plusquam ciuilia bella se canere dicit. Ex quo, an nostro, desumpsit hoc, belloque Artaxerxis & Cyri attribuit, Orosius 2, 13, & ex eo Adonis Chronic. sub anno 4435. *Bellum ciuile, & plusquam ciuile apud Persas gestum.*

5. (g) *undecim legiones.* ] Cum Cesar esset decem legionibus pugnacissimus subnixus. Senec. ep. 104, 40.

Ibid. (h) *Tarchondimotus* ] Lucanus 9, 210 *Cum Tarchon motus linquendi signa Cætonis sustulit.* — Hic vbi primum ab indocto diuisus fuit Tarchondimotus in Tarchon & dimotus, sciolus quispiam audaculus ex dimotus, quod putauit participium à dimoueor, primam syllabam, metri scilicet gratia, erasit: atque sic facta Tarchon & motus pro Tarchondimotus, aut Tarcondimotus, sicut inuenio



nenio scriptum apud Dionem lib. 41. & 47. & 54. Hic autem si forte non sit, qui Tarcondarius legitur in Caesaris commentariis, est saltem Tarcondementus in 14. Strabonis. Tarcondemus in Antonio Plutarchi, superioris Ciliciæ regulus, quem Cicero fidelissimum socium, amicissimumque pop. Rom. appellat. in literis ad S. P. Q. R. scriptis: qua sunt primæ libri quindecimi. Vinetus.

ibid. (i) *Græciæ, & Etolia*] Ita primus restituo, suauis v. e. aliæ namque perperam, *Græciæ, Italia*, quam lectionem retinent etiam Pall. tres. Gruterus.

6. (k) *quatuor annos &c.*] Confer supra 2, 15, 1. Porro pro *pro clade*, *hei pro clade* legit Valens Acidalius ad Velleium 2, 59, 5.

ibid. (l) *regrauit*] Lectionem hanc ante annos tredecim produximus à cubili editionis principis, non ausi etiam restituere dignitati publicæ; quod nesciremus an & agnoscerent eius ingenuitatem membrana calamo depictæ. at enim cum modo repererim in Pal. pr. ac tert. quid ni restituitur in integrum, ipsique cedat hæcens vulgatum? *regrauit*. quod ne quidem in Pal. sec. in quo *regnauit*. Gruterus.

8. (m) *Causa tanta calamitatis*] Has causas eleganter canit Lucanus 1, 67.

*Fert animus causas tantarum expromere rerum. &c.* Vnde has assignat Lucanus causas: Fatū ipsium: nimiam Rom. potentiam: discordem concordiam Pompeii, Crassi & Caesaris: Crassi & Iulii mortem: ducum ipsorum superbiam: & tandem publica Romæ passim vitia. Lege Casarem, Appianum, Suetonium, Plutarchum.

*Pulchri stare diu Partarum lege negatur,*

*Magna repente ruunt, summa cadunt subito.*

Claudianus epigr. 23. & Laberius, *Summum ad gradum*, inquit, *quam claritatu ueneris, consistes ægre, ne citius quam descendas, decidas.* Lucan. 1, 71. — *summisque negatum State diu. Gamers.*

ibid. (n) *nimia felicitas*] Adde supra 3, 12, 8. e. Acute Ennius apud Cicer. de finibus bonorum & malorum 2, 13.

*Nimum boni est, cui nihil est mali.* Seneca de prouidentia 4, 18. *Cum omnia quæ modum excefferant, noceant, periculosissima felicitatu intemperantia est.*

ibid. (o) *mouit inuidiam*] Inuidia potentia comites. Hermocrates Syracusanus apud Thucyd. 6, 13, 17. *Si quis partim inuidia, partim metu aliquo nostri tenetur: utriusque enim sunt obnoxii potentiores.* Sallust. Cat. 6, 4. *coalescente re Romana, sicuti pleraque mortalium habentur, inuidia ex opulencia orta est.*

9. (p) *ob imminutum Creta triumphum*] Non iniuste querent: quippe ornamento

pe ornamentum triumphi eius, captiuos duces Pompeius subduxerat. Vellei. 2, 40, 10. Dio lib. 36. à princ. Maximum enim triumphi-  
phorum decus erant imperatores hostium, supra 3, 10, 26. r.  
adeo vt ne feminæ quidem spernerentur, sicut Augustus ductu-  
rus fuit Cleopatram, vt infra 4, 11, 10. dicemus. & Aurelianus  
Zenobiam duxit, apud Vopiscum in vita cap. 30. Huc respexit  
Luius 30, 45) 4. *Mors subtrahens spectaculo magis hominum, quam  
triumphantis gloriæ Syphax est.*

Ibid. (q) *Hinc dolor*] Sic trias Palatinorum nostrorum, prius  
legebatur, *Hic dolor*, quantum intersit, expeditius quis sentiat,  
quam etiam exprimat. Gruterus.]

10. (x) *eccè iam*] Istud repono ex Pal. pr. & tert. Salmasius. vñ  
de Indicem. extat etiam in vet. nostra editione.

12. (f) *Hispaniam, tres maximos exercitus: & iam sic &c.*] Dis-  
tinguo ac lego; *Hispaniam: tres maximi exercitus, & iam sic &c.*:  
assentiente Berneggero.

13. (t) *mutuo metu*] Thucydides 3, 2, 12. *Tusissimat reddis socia-  
tates mutuo metus, quippe qui eam violare cupit, dum ambigit, an su-  
perior esse possit, absterretur.* Infra 4, 10, 1. *Expertis inuicem Parthis  
atque Romanis, cum Crassus atque Pacorus utrinque virium mutuarum  
documenta fecissent; pari rursus reuerentia integrata amicitia.* Ele-  
ganter Tacitus principio Germaniæ ait Germaniam à Sarmatis  
Dacisque mutuo metu separari. Hoc volunt nostri vulgari pro-  
uerbio *Ein Schwedt heit das ander in der scheyden.* Sed præci-  
pue vbi tres in partes scissa est potentia, durabilior pax est; dum  
etiam qui alterutro se potentiorē credit, tertii accessionem  
formidare cogitur. Sic Laurentius Medicus inter Ferdinandum  
& Ludouicum Sfortiam principes ambitionē ac potentia pro-  
pembdum pares, fuit quasi quoddam *ἀντιπρόσπον*, como un contra-  
pes. Guileciardinus lib. 1. historiar.

Ibid. (u) *mors Iulia*] Quæ pudore quodam continebat co-  
tum animos, ne focer & gener scelestis armis colliderentur. Vellei.  
1. 2, 47) 3. *Male coherens inter Cn. Pompeium & C. Cesarē concordia pignus, Iulia uxor Magni decessit.* Adde Lucan. 1, 111. &  
Val. Mal. 4, 6) 4. *Nostrates, vt secundi sunt prouerbiorum  
hoc exprimunt ita: Wann das Kind tod ist, so was die gevat  
terschafft ein ende.* Itaque Cicero pro P. Sextio cap. 1. tanquam  
aliquid non vulgare cum cura recenset; *Ademit Albino sacerē  
uomen mōri filia, sed caritatem illius necessitudinis & benevolentiam  
non ademit.* Porro Iulia huic comparari meretur Octauia, quæ  
itidem inter fratrem & virum concordie vinculum fuit; do-  
nec inducta Cleopatra repudiaretur Antonio.

14. (x) *nec his forebat parem; &c.*] Lucanus 1, 125.

*Nec quemquam iam ferre potest Casarue priorem,*

*Pompeiusue parem.* —

Queritur & ipse Casar belli ciuili, 4, Pompeius neminem dignitate secum exaequari uolebat. Vellei. 2, 33, 4. neque Pompeius, ut primum ad remp. aggressus est, quemquam animo parem tulit. Idem 2, 29, 5. cuius in toga, nisi cum uerere-  
tur, ne quem haberet parem, modestissimus. & mox indignatus, cur  
omnes ciues iure haberet pares, quemquam aequalem dignitate consti-  
ca- re. Hæc Acidalius ad Vellei. 2, 33, 4.

Ibid. (y) nec ille superiorem ] Hunc animum suum ipse Casar  
detexit apud Plut. Apophth. cap. 43. nam oppidulum in Alpi-  
bus transiens nullius nominis, amici dubitantibus an ibi quoque tumultus  
& contentiones essent de principatu? mallem, inquit, hic primus  
esse, quam Roma secundus.

Ibid. (z) tanti imperii fortuna ] Sic ed. nostra uetus, ut olim  
malebat Salmasius. Ceterum totidem fere uerbis sententiam  
hanc expressit Lucanus 1, 110.

*Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem,*

*Non cepit fortuna duos. — & Minucius Felix;*

generi & socii bella toto orbe diffusa sunt; & tam magni imperii dura  
fortuna non cepit. Aliud apud Curtium 6, 6, 6. ut apparet, unum  
animum duorum non capere fortunam.

15. (a) Senatus, id est Pompeius ] Sic nullo apice minus Naz.  
exemplar. neque abit Pal. alter, nisi quod illud, id est, vna ex-  
presserit litera .i. punctis hinc inde cineta. nam text. habet, sen-  
natus & Pompeius: publicati prius; senatus, idemque Pompeius:  
quod inficetum. præ elegantia scripturæ alterius. Gruterus. Vi-  
de omnino Casarem principio ciuilium.

16. (b) decem tribuni plebis ] Lega Cicer. ad Atticum 7, 3. & 8, 3.  
Vinetus. malim præterea abesse plebis, quod magnopere neces-  
sarium non est, & uidentur hoc uelle alii libri, qui tantummo-  
do tribus habent.

17. (c) remittere ] Sic v. e. & Mss. aliquot Vineti. alii habe-  
bant dimissurum, Pall. accedunt scripturæ primæ. Gruterus.

19. (d) peractum erat &c. & ceperat ] Hoc est peractum fuisse, &  
cepisset, frequens ista temporum enallage. Sic apud Tacit. 1, 35, 8.  
elatumque (gladium) deferebat in pectus, ni proximi prensam dex-  
tram ui attingissent. & 3, 14, 7. Populus officines Pisoni traxerat  
in Gemonias, ni iussu principis protecta forent. & 13, 26, 2. Nec de-  
erant qui conferrent, sed Cast. relationem incipere non ausi. Plin. pa-  
negyr. cap. 8. atque adeo temere fecerat Nerua, si adoptasset alium.  
adde infra 4, 3, 2.

20. (e) per obsessi claustra portus ] Vide Frontinum 1, 5, 5.

21. (f) Nec Pompeius &c. ] Fuit cum conlicerem restauran-  
dum; Nec Pompeii ab Italia, quam Senatus ab Irbæ, fuga surrior.



verum nulli harioiationem istam alleuant codices scripti. Gruterus.

Ibid. (g) *consulem se ipse facit*] Immo postea hoc fecit, cum ex Hispania victor reuenteretur. vide Appian.

Ibid. (h) *Ararium quoque sanctum*] In quo pecunia Gallici belli causa seruabatur, cum execrationibus publicis, eam motum non iri, nisi Gallicum bellum impenderet. [de quo Linius 27, 12, 10.] hoc Caesar, frustra obsistente Metello trib. pl. effregit, pecuniamque abstulit. cauillans populum ea religione solutum, quia nihil esset quod amplius de Gallis metueretur, quos ipse perdomuisset. Dio lib. 41. pag. 181. Plut. Caf. cap. 53. & in apoph. cap. 43. Appian. ciuil. 2. pag. 453. Lucan. 3, 153. vniuersum ab eo ararium expilatum scribunt. Plin. 33, 3. eum primo introitu in Urbem XXVI M. laterum aureorum, & in numerato pondo CCC. M. ex arario protulisse scribit. illud si lateres aurei librales fuerint, quinquagies centena & octodecim millia florenorum, istud quinquagies quater centena millia numeramus. Orosius tamen 6, 15. summam istam multo angustius contrahit. Strabon. Vide etiam Rubenium electorum 1, 24. & Dempsterum ad Antiquitates Rosini 7, 31.

22. (i) *annona pignora*] De Sicilia fertilitate supra 3, 19, 3. b. De Sardinia vide Cluuerium, & Iurecum ad Symmachum epist. 9, 39.

Ibid. (k) *habet*] Sic o. Pall. non habuit, vt antea vulgati Gruterus.

23. (l) *portas claudere ausa*] Eapropter *fide melior, quam consilii prudentior* vocatur Velleio 2, 50, 3. Historiam autem praeter eos qui totum hoc bellum describere, pete ex Strabone lib. 4. pag. 225. Sidonio carm. 23, 16. Cic. Philipp. 8, 16.

24. (m) *non pro mollitiae nominis*] Nam Graeci lingua quam viribus promptiores habebantur. vide Lium 8, 23, 9. Ouidius Fast. 3, 102. *Gracia facundum, sed male forte genus.*

Ibid. (n) *rumpere*] Sic Pall. tres. & editio nostra verus. *alae cadere*; sed prior lectio praecipit Grutero.

26. (o) *& cruentum*] V. c. & *incruentum*. cui adsentiunt Pal. sed. ac tert. sed non pr. Gruterus. Forte rectum est, sed *incruentum*, vt dicat anceps quidem fuisse bellum & varium, modo obfessoris Casare, modo ipso quasi obfesso (vt pergit dicere) sed non steritise multo sanguine, cum nulla insignis ibi clades illata vel accepta sit, verum deditioe bellum finitum fuerit.

27. (p) *abundatione*] Pal. pr. *abundatione*. tert. *abundatio*. sec. *abundatio*. an fuit? *abundatione*; vt ab & ob mutuas haec quoque sibi praestiterint vices? idem tamen Ms. pr. nos legere voluit *abundatione*. Gruterus. Consensit postremae lectioni etiam editio nostra.

Ibid. (q)

Ibid. (g) prohibetur ] Sic legendum iam pridem ex ingenio videram; & iam intencio scriptum in veteri editione qua vitor, ideo religioni fuit, auctori suum non restituere. Modus loquendi, quanquam sitinatione non eget, eius tamen exempla adscribamus, ne quid videamur mutare sine graui causa. Polyb. 1. 18. Hanno castrum hostium commeatum, ac quidquid ad necessarios usus requiritur, adimit. unde euenit, ut Romani pariter & obsiderent, & reapse obsiderentur. Dio lib. 49. pag. 456. Antonius quum videretur alios in obsidione habere; ea patebatur qua obses vsueneri solent. & lib. 56. pag. 664. ita ut Tiberius, quum eos in obsidione habere videretur, ipse obsesi mala tulerit. Capitolinus in Maximiano cap. 23. deficiebant commeatu & c. effectum denique est, ut obses si angustia, obsidens ipse, pateretur.

28. (r) populationibus & pugna campos aperuit ] Sic argute Nazarianus. non ut vulgo editi, & pugna aperuit. Gruterus. Notauimus olim, sic forte constituendum locum; populationibusque & pugna, aut; ubi parvum flumini reddita populationibus & pugna & c. nam istud asynderon Sallustianum minus vsitatum Floro.

29. (s) quid enim una post quinque legiones? ] Nam dementia potius quam virtutis sit, ei resistere velle, cui fortiores cesserint. vide supra 1, 19, 2. a. hinc intelligas illud supra 2, 6, 33. Tota insula in una urbe superata est. & elegans istud Livi 1, 25, 12. victusque fratrem ante se strage.

Ibid. (t) omnia felicitatem Caesaris sequebantur ] Curtius 4, 1, 35. Eadem illic quoque fortuna partium. Iustinus 22, 7, 3. Domi forsque eadem fortuna Carthaginensium.

30. (u) ausa fortuna est ] Hausit hæc, sicut alia multa hoc capite, Florus ex Lucano 4, 402.

Nomen eadem belli totum fortuna per orbem

Constitit in partes aliquid sed Caesaris ausa est.

Suetonius Casare 36, 1. Omnibus civilibus bellis, nullam eladem, nisi per legatos suos, passus est.

31. (x) Curictico litore ] Expressi quod erat in Nazari. vtique cum sic quoque esset à secunda manu in tertio. qui prius expresserat Curictico, quod & in mss. Veneti, sed duplici r. Pal. sec. tetinet Curictico. editiones anteriores oggenerant nobis Corcyra; quibus tamen nec suffragantur antiquitus cusi. Gruterus. Est autem Curicticum litus à Curicia qua in faucibus Adria maris sita est. Ptolemaeo, xxxix. Salmasius. Vidit hoc etiam Rubentius in electis 1, 22.

Ibid. (y) repente legatus eius ] Ita Pal. ita v. e. sine voce castra, & utrumque pro utrumque vt antea vulgabat. Gruterus.

Ibid. (z) Sequor editionem Stadii, iubente historia, ad Oceanum. Lib. 1. 216.

32. (a) à *Basilo*] *Mire nomen istud expressum Pall. nam pr. Ablasio. sec. ab Asylio. tert. ab Basilio. Gruterus.*

*Ibid.* (b) *Pompeianorum arte Cilicum actus sub mare funibus*] *Nisi me terreret Lucani 4, 449. auctoritas, unde multa depromere Florum praediximus; rescriberem utique; Pompeianorum arte circumactis sub mari funibus. sed enim Lucanus:*

*At Pompeianus fraudes innectere Ponto*

*Antiqua parat arte Cilix. Sed adhuc suboffendor; matimque; iactis funibus. nam agere funes hoc quidem significatus, illectum mihi. Ceterum ad hoc forte exemplum postea Brutus, quem Xanthum obsedisset. & aliqui fluuium urbem praelabentem, sub aqua tranantes euaderent: retibus excepti transuerso alicui in altum deanti; quorum in summo tintinnabula appensa illico irritum nuntiabant. Plutarchus Bruto, c. 45.*

33. (c) *in se concucurrat*] *Ita legendum ex vetustissimo Nazariano. Cato contra Pisonem: vide hac tempestate concucurrat omnes aduersarios. sic excucurrat Caesaris; praecucurrat Comico, & alia; vide Priscianum lib. 10. Salmasius. Vide etiam indicem, si lubet.*

34. (d) *parebat victo fuga &c.*] *Caesar de bell. ciu. 2, 42. Curio nunquam amisso exercitu, quem a Caesare fidei sua commissum acceperit, se in eius conspectum reuersurum confirmat; atque ibi praetians interficitur. Eulebius numero MDCCCXLIV. Curio in Africa pudore amissi exercitus maluit mori, quam euadere.*

35. (e) *iam debitum par fortuna flagitante, sedem*] *Sic omnes quae nostri mss. nisi quod Pal. pr. à correctrice manu; debitam pari fortuna flagitante sedem. Scias non percipisse elegantiam vulgati, cuius metaphora petita ab athletis aut gladiatoribus. itaque neque eis accedendum qui aliter haec legunt, nulla addita tamen ratione. Gruterus. Sic apud Papinium Thebaid. 11, 125. Nunc par infandum — Seneca de prouid. 2, 12. ecce par Deo dignum, vir fortuicum mala fortuna compositus.*

*Ibid.* (f) *moratur*] *Sic Palat. trias, & edd. vet.*

37. (g) *Exerat ad trepidum &c.*] *Nazarianus liber; Exerat trepidum, & supra ἀπὸ παλαιῶς χειρὸς, excitat trepidum. male. Pal. autem vetus amplius legit; ad gubernatorem Amiclatem. ita etiam Lucano 5, 531. vocatur, & aliis. sed Amielas Amiclantem. igitur Amiclantem non Amiclatem legendum esset. Salmasius.*

38. (h) *undique copiu*] *Ita Pal. sec. ac tert. item v. e. alie amplius; undique omnibus copiu, quomodo solus Nazarianus. Gruterus.*

39. (i) *qua sedecim millium vallo obduxerat*] *Et hoc est à Pall. & vet. ed. alie quippe, qua erant sedecim mil. val. obducta. Gruterus. Cete.*



zus. Ceterum de huius valli mirando opere vide Lipsium in Militia Romana 5, 13.

40. (k) expugnatione] Scribo, oppugnatione, mox enim sequitur in expugnabilem. Idem mendum in quibusdam codicibus fuit supra 3, 18, 4.

Ibid. (l) in eruptionem hostium praeliis] Sic & Pal. sec. ac tert. sed enim primus in eruptione. Gruterus. pr. us præmalim, nam in eruptionem hostium pugnare, idem est, ac si dicas, in erumpentes hostes pugnare.

Ibid. (m) centum atque viginti] Vetera excusa; centum atque quadraginta, quibus non obsequimur, hoc quidem in loco quantum est manu exaratorum librorum; centum atque viginti retinent. etsi varient auctores, hunc tamen retinent numerum Val. Max. 3, 2, 23. Sueton. Caf. 68, 7. Appian. de bel. civ. lib. 2. pag. 465. alique in Cesare de bel. civ. 3, 35. centum & triginta, Salmianus.

42. (n) tereres] Ita malui cum edit. Stadii, quam Vineti, aliorumque; tereret; licet sic quoque Pall. tres. Gruterus. Atque sic etiam legendum conieceram, priusquam Stadianam, aut hanc Gruterianam editionem viderem. nam terere est sensim & progressu temporis imminuere. terrere subito metu auertere. facit huc similimus locis supra 2, 6, 28. maceravit. Annibalem; ut qui frangi virtute non poterat, mora comminueretur. Ex diuerso 3, 55, 25. Campaniam nostram subito aduentu terrere voluit. & 3, 83, 3. prænantes subinde inopinato impetu terrere. Quod etiam causa est, cur apud Tacit. 1, 13, 5. malim legi temporibus Augusti dicendum non desuere decora ingenia; donec gliscente adulatione deterrerentur. non detererentur. contra quam doctissimis viris visum est. Nam ingenia non detererantur, sed manebant eadem quantumuis gliscente adulatione: deterrebantur autem à scribendo, & dicendis temporibus.

Ibid. (o) utque ardentissimi ducis consensesceret impetus] Prudens consilium & sapius vsitatum. Vide supra 2, 6, 28.

43. (p) milites otium] Malim miles, ut sapius solet noster, & alii. Ceterum sapius occurrunt huius generis exempla. sufficiat indicasse vnum Appiani locum huic plane geminum, est autem de bel. civ. lib. 4. pag. 661.

Ibid. (q) ambitum ducis] Qua de causa Domitius Aenobarbus Agamemnonem eum appellavit, & regem regum. Plut. Pomp. cap. 111. quod & ille propter bellum imperitasset regibus. Appian. de bel. civ. lib. 2. pag. 470. Hæc obtrectatio clarissimorum quorumque imperatorum proventus sufflaminauit: ut Metelli apud Sallust. lug. 64, 13. & Veilei 2, 11, 3. & Luculli apud Dion. princ. lib. 35. Interdum tamen ea suspicio non vana est; sicut Annibal amicis sapius dixisse fertur; ideo se bellum trahere, ne debellatis Rom.

tis Rom. ipse imperio priuaretur. apud Appian. pag. 336. in fine. Pertinet ad illustrandum hunc locum Bruti dictum apud Appian. de bel. ciu. lib. 4. pag. 661. *Videtur ut Pompeius Magnus bellum gesturus, non tam imperator, quam imperata faciens.* Vtrum autem moueri debuerit his obiectionibus Pompeius, disputat Plutarchus in vita cap. 137.

Ibid. (r) *urbis, imperii, generis humani*] Elegantius multo fuerit, si ita legas; *urbis, imperii, id est, gen. hum.* nulla litera mutata. nam illud *id est*, alias etiam vnica litera .s. punctis vtrique circumdata scribitur. exemplum supra hoc capite vers. 15. & *imperi* pro *imperii*, notissima librariorum consuetudine. fuerit igitur scriptum *imperi .i. generis humani.* Ex lectioni plane similis in Sueton. Caligula 13. *Pop. Rom. vel ut ita dicam. hominum genus.* adde supra præf. 2. e.

44. (1) *Nunquam vlla loca tantum virium populi Romani tantum & c.*] Sic omnibus literis Pal. pr. ac text. nam sec. expressit duabus literis P. R. antea legebatur. *populus Romanus.* Gruterus.

Ibid. (t) *hinc vel illinc*] Est à Pal. sec. nam pr. *hinc belli illinc tert. hinc illuc.* vulg. *hinc & illuc.* Gruterus.

Ibid. (u) *præter auxilia regum & senatus*] Sic omnes editi, quos ego quidem vidi. nam qui miss. possident, nullum scripturæ dissentium indicant. Nemo tamen non videre potest, *Senatus* hæc in oratione nullas esse partes, quod indicandum videbatur, ut quatenus nos minus proficeremus, saltem alius mederetur. conieceram tamen, *regum & nationum*, nempe liberarum quæ regibus non suberant. Coniungit eadem Sallust. de Rep. 1, 31. *Romanos defessos & exsangues, regi aut nationi præda fururas.*

45. (x) *figa vltimarum*] Nam & hæc inter prodigia habita. Vide Tacit. 15, 7. 4. Papinium Thebaid. 11, 228. Silium 5, 62. & alibi.

*Cum subito abruptu fugiens altaria taurus*

*Exiit vinciu.* Vide Berneggerum ad Sueton. Caf. 59, 2.

Videbantur enim irati dii, & hostiam aspernantes. Sicur è contra argumentum erat insigniter propitiorum, si semet obtulisset victima, quod factum in obsidione Cyzicena. Plut. Lucullo cap. 20.

Ibid. (y) *examina in signis, interdum*] Ita etiam v. e. & tres Pall. neque aliter ediderat Vinerus; quomodo postea ex ms. suo legendum ostendit Lipsius dict. cap. 19. lib. 2. Electorū. antea vulgati, *examina, insignes interdum tenebra.* Gruterus. Ceterum hoc sapius prodigii loco annotatum est. ut supra 2, 6, 14. exempla alia plurima collegit Berneggerus in obseru. miscellis. *Sedere tamen in castris Dr. si imperatoris (& quidem copiosissimo examine, vide Obsequenteru cap. 131.) cum prosperrime pugnatum apud Arbalonem est, haud quaquam perpetua aruspicum coniectura, qui dicitur id ostentum existimant semper.* Plinius 11, 17.

Ibid. (z)

Ibid. (2) *interdum tenebræ*] Hoc etiam sæpius annotatum inter prodigia, ut apud Lium 37, 4, 4. *cælo sereno interdum obscurata lux est.* & 38, 36, 3. & Obsequentem sæpius, sicut contra, *noctæ interluxisse.* apud eund. Liu. 29, 14, 3. & 35, 25, 1. ubi tamen pro nocte interluxisse, & inter noctem lux orta, referendum putem *internoctuluxisse.* & *internoctuluxorta;* in *noctu* inusitatus paulo vocabulum transpositum & mutatum est ab imperitis, profiteor tamen nulpnam me vocem istam reperiisse, sed analogia tam euidens est, res autem tam necessaria, ut non dubitem quin eloquenda fuerit Romanis, & quidem hoc modo.

Ibid. (a) *audiens plausum in modum plæntus circumsonare*] *Pall. res circumsonat.* poterat tota vox abesse, ut & mox dictiuncula est. *Gruterus.* Somnium hoc Pompeianum refert etiam Plut. Cæs. cap. 61. & Obsequens, sed nonnihil corruptus cap. 124. *Ipsè Pompeiu pridie pugna die visus in theatro suo ingenti plausu excipit.* ubi putem scribendum, *pridie pugna sibi visus nempe per somnium sic Sueton. Cæs. 81, 8. ipse sibi visus est per quietem &c.*

Ibid. b) *cum pullo (nefas!) &c.*] Omen præcipue infaustum, & ferale, præsertim apud Rom. qui pullis non utebantur, nisi in luctu vel reatu. Idem obrigit M. Crassio bello Parthico, referente Appiano pag. 142. Quapropter cum Antonius allocutus milites, quo miserabilior esset, pullam vestem peteret; amici id non concesserunt. eodem Appiani libro pag. 164.

Ibid. (c) *conspectus*] Sic rescripsimus monente Salmasio, & Grutero etiam postea probante. prius erat, *conspectus est.* male.

46. (d) *pilum*] Sic *Æneid. 12, 46.*, annotatus est

— *Tollimus augur*

*Primus in aduerso stelum qui torserat hostes.*

Non autem video quid in hoc sit dignum hoc verborum apparatu, & hoc loco, ubi prodigia vel omnia recententur. Conuenientius enim omnino fuerit legi, *dictum.* hoc enim pro omnia annotarunt Plutarch. Pompeio cap. 117. Appian. pag. 479. & ipse Cæsar de bel. ciu. 3, 91. cuius verba, quod & ea Crassini fuisse videntur, adscribam. *Faciam hodie, imperator, ut aut viua mihi, aut mortuo gratias agas.* Nam hoc vel præcipue pertinet ad alacritatem, quam modo Cæsaris militibus tribuerat auctor.

48. (e) *Germanorum cohorte*] Magnus ille Lipsius Milit. Rom. 4, 8, miratur Florum *Germanorum cohortes* dicere, quas Cæsar de bel. ciu. 3, 89. ostendat ex ipsius legionibus detractas. Quod mihi quidem secus videtur, nam Cæsar ibi ex *tertia acie senas* (ita recte Lipsius, *aliquas singulas*) *cohortes detraxit,* tertiam autem aciem videtur dicere, cuius tertio loco mentionem fecerat, nempe cohortium, apud quas Domitius curabat. in quibus Germanos meruisse, nemo dubitat. Si vero cum eodem Lipsio &



Plutarcho Cæs. cap. 64. item Pomp. cap. 115. legere uelis; *extrema acie*, idem sensus prouenerit: aciem enim absolute uocat cohortes illas, ut paullo ante etiam fecerat; nam legiones in cornibus constituerat; extrema igitur acie, hoc est ab auersa cohortium parte, detraxit quartam istam aciem. ab auersa inquam parte, ne uidelicet à Pompeianis animaduerti posset, eique nodo cuneus aliquis quæri. Hæc igitur tota Cæsaris acies fuit; Dextrum cornu ipse cum sua decima legione tenuit; ut aperte Plutarchus, nam quod in Cæsaris commentariis dextrum cornu P. Sulla præficitur, uereor ut ipsius uoluntate factum sit, cum utique mox subiiciat, *se contra Pompeium constitisse*; at Pompeius in cornu suo sinistro, ipso Cæsare teste; restat igitur, ut in dextro Cæsar fuerit. Sinistrum cornu tenuit Antonius. Media acies ex cohortibus constitit, XXXX. numero, ut quidem sensus poscit, quamuis LXXX. scribatur: additur enim effecisse XXII. *millia*. ut cohortes fuerint quingenarum circiter, quod apparet etiam ex Pompeii copiis supra apud eundem Cæsarem, quarum CX. dicuntur effecisse XLV. *millia*. aut sicut in aliis exemplaribus est, LV. *millia*. Ex hac igitur tertia sua acie, hoc est media, Cæsar detraxit sex cohortes, numero tria millia militum, qui certe contra Germani non esse potuerint, non uideo. Nam cohortes in tota ista, etiam Pompeianæ aciei, descriptione, pro auxiliariis non legionariis accipio, quod latius hoc loco deduci, instituti ratio non patitur. Ceterum Dio etiam lib. 41. pag. 204. ait fuisse *pedites, qui inter equitatum præliari consueuerant*, quod certe alienum à Romanis militibus, Germanis tribuit Tacitus Germ. 6, 6. *mixti præliantur: (equites peditesque) congruente ad equestrem pugnam uelocitate pedum*.

50. (f) *miles faciem ferri*] Auctores ueteres huius præcepti rationem fingunt eam; in exercitu Pompeiano fuisse iuuenes formosos, quibus præcipua uultus cura, & deformationis metus. Sed eos quidem eleganter refellit Rutgersius var. lect. 1, 4, quem uide. Nec tamen eius sententiæ accedimus, qua putat eo factum id esse, ut noti uultus turbarentur, neue quis suis, si agnouisset, parceret, eoque pugnandi ardor senesceret, nam illud nihilo fecius accidere poterat, cum & priusquam se mutuo cæderent, in conspectu essent; & si maxime deformata facies esset, ex ipsis armorum insignibus, notoque uocis sono nosci inuicem potuissent; sicut autem potuerunt, Dione quidem referente, multos interfecto-ribus suis mandata ad suos referenda dedisse. Restat igitur, ut credamus, hanc pugnandi formam, in quibuslibet proclis efficacem esse, cum hoc modo, dum uitantur uulnera, facies auertatur, eoque metus crescat, & aduersariis reperiendi facultas adimatur, quo pertinet oculorum esse præcipuam homini curam; quos ideo natura quoque diligentissime munit. Ideo Tacitus G. 43, 11. *præmi in omnibus præliis acuti uincunt*.

sur. Nec primus Caesar hoc advertit, sed iam ante Romani non casum ferendo, sed punctim subinde veluti gladiis utendo, qui mucronibus valent, crebro repetitis ictibus pectora & facies hostium exdebant. Auctor Polybius 2, 13.

Ibid. (g) *Parce civibus*] Recenset hoc factum etiam Polyanus lib. 8. & vt opinor. hæc verba: nam quod ibi *Φείδιδος τῶν πολιτῶν* legitur; nescio quomodo tolerari possit: cum ea vox nihil habeat, quod persuadere militem ad parcendum possit; vt vero efficax est vox *civium*, putem igitur ibi rescribendum *Φείδιδος τῶν πολιτῶν*, vt hæc ipsa verba exprimantur. sequentia autem, *quum ipse sequeretur*, valent, insequeretur, persequeretur. hoc sensu supra 1, 10, 8.

51. (h) *dignitatis*] Ita Pall. o. & ed. nostra vetus. Sic Tacit. A. 33, pauci, & vt ita dixerim, non modo aliorum, sed etiam nostri superstites sumus.

Ibid. (i) *vt vna nauicula Lesbion applicaretur; pulsus Hedru in deserto*] Reuocandam putavi lectionem primæ editionis, confirmatam & nostris, & mss. Vineri. etsi non me expedio illo Hedru, quod & in Pal. pr. ac tert. nam sec. Hefdris, pro eo cupiebat Vinerus, Syndrus. Salmasius noster, littera minus, Syedru. neuter male. Gruterus. Salmasii lectionem veram puto, quam & ipse firmat latius in Solinum pag. 771. c. Porro etiam pro istis applicaretur pulsus, rescribo, applicaret; vt pulsus, nisi quod illud pulsus in superiorem potius lineam reiciendum videtur. *applicare dictum pro asperere*, sicut apud Iustinum 2, 4, 21. & 2, 1, 2. ceterum dictio vt repetenda est, vt apparet ex toto contextu.

52. (k) *Pclusio*] Est à tribus Pall. prius publicati. *Pelusiaco*, quod eodem redit: nisi videretur redonanda scriptori cuique scriptura sua germana. Gruterus. Sic etiam habebant mss. Vineri, & q. editiones.

Ibid. (l) *spadonum*] Qui potentes eo in regno plerunque. tangit Seneca de benefic. 5, 16. fine capituli. Idque ex moribus Persarum, de quibus Curtius 3, 3, 24. *spadonumque grex*, haud sane illis gentibus vitium.

Ibid. (m) *Septimii*] Hic est L. Septimius apud Casarem. de bel. ciu. 3, 104. & Dionem lib. 42. Vinerus.

53. (n) *incendii cineres*] Eodem simili de incendio, vtitur supra 3, 5, 14. x.

54. (o) *sine partibus*] Partes enim proprie dicuntur vnus resp. in factiones scissæ ciuis; exteri, hostes, quæma imòdum antiqui vocabant peregrinos omnes, auctore Festo.

55. (p) *summum ciuili belli scelus*] Pompeii necem.

Ibid. (q) *santi viri*] Ita v. c. reliquæ hæctenus, *Clarissimi viri* prorsus

profus præter scripturam Pall. in quibus & videtur altera, Gruterus.

55. (r) *Aderat puella forma* ] In qua quantum patrociniis sit, expressit Petronius his verbis; *Iam Gniton mirabilis forma exarmanerat nauta: & ceperatque etiam sine voce sciendes interrogare.*

Ibid. (f) *iniuriam: odium* ] Videtur excidisse particula *tum*, sine *sam*, aut quæ similis. dicit enim Cleopatræ patrociniis fuisse formam, iniuriam, tum odium regis. Ad iniuriam quod attinet, eam misericordie, & inde fauorem conciliare, notat etiam noster infra 434, 4. *Augustum atate & iniuria fauorabilem.* Sic apud Tacit. 3, 75, 5. *Labeoni commendatio ex iniuria.* Adde Velleium 2, 34, 3.

58. (t) *obsessus in regia* ] Casum hunc, totumque istud bellum luculenter descripsit Cæsar sine bellorum civilium, & Hirtius, siue quis alius auctor est belli Alexandrini.

59. (u) *incendio* ] Quo conflagrauit instructissima Lagidarum bibliotheca. Sed hæc necessitas adegerat: alias haud dubie percussisset, sicut Demetrius rex propter *Lalysum Protogenem*, ne cremata tabulas, cum ab ea parte sola posset Rhodum capere, non incendit: parantemque pilluram fugit occasio victoria. Plinius 35, 10.

Ibid. (x) *depulsus* ] Alter Pal. *delapsus*, nihilo deterius.

60. (y) *Tandem* ] Tres Pall. volunt legamus, *Tum*. Gruterus in v. nostra est, *Tamen*.

Ibid. (z) *debellata perfida gente* ] Admissi lectionem v. e. nec non membranarum Vincti. publicabatur passim, *de imbelli & perfida gente*, non male; nisi obstitarent mss. etiam Pall. quorum etiam duo tuentur prius; primus tamen, qui & melior, adhæret lectioni secundæ. ita sequatur quisque quod libet. Gruterus.

ibid. (a) *Theodorus magister* ] Ptolemæi pueri præceptor. Apian. de bel. civ. lib. 2. pag. 480. fuit autem Samius arte rhetor. Idem. & Plut. Pomp. cap. 127. Hunc postea Brutus cruci affixit. Idem ibid. cap. 133. & in Bruto cap. 48. siue Cassius volente Apiano pag. 484. De notione verbi *magister*, in indice.

Ibid. (b) *ne virilia quidem portenta* ] *Ambigui mares* vocantur eunuchi Claudiano in Entrop. 1, 462.

Ibid. (c) *diuersa per mare & terras fuga & morte* ] Est à vet. ed. nam vulg. *diuersi per mare transfugio & morte*; &c. Liptius dicit, cap. 19. emendabat è libro calamo descripto, *diuisa per mare & terras fuga &c. bene. diuer*, a tamen restabat quoque in mss. Vincti, nec non in o. Pall. Gruterus.

Ibid. (d) *in aurea lorica honore* ] Capitolinus in Maximio iunior. te. cap. 3. *usus est aurea lorica exemplo Ptolemæorum.* Vinctus.

61. (e) *in Asia* ] Hanc historiam scribunt Sueton, Cæs. cap. 35. Plut.



Plut. Cæs. cap. 73. Late commentarius de bello Alexandrino. Eutrop. lib. 6. cap. vii. Epit. Liu. 113. Meminit Plinius 25, 4 & 33, 12. Appian. de bel. ciu. lib. 2. pag. 484. Frontinus 2, 2, 3. & cet quo actu à Casare victus sit. Camers.

Ibid. (f) *quasi de industria &c.*] Similis obseruatio in Iustino 21, 15, 2.

62. (g) *magis discordia nostra fiducia*] Hoc vult Suetonius Cæs. 35, 5. cum inducit Pharnacem occasione temporum bellansorem.] Vide supra 2, 5, 6. f. & g.

63. (h) *uno, & ut sic dixerim non toto pralio*] Simile supra 2, 7, 11, uno, & ne hoc quidem iusto pralio.

Ibid. (i) *mors fulminis*] Eadem comparatio de Alexandro apud Himerium Sophistam de reducendo Æschine. *Hostes confecit instar fulminis & rontitruis, quod saepe antequam expectetur, praecedit.* & de Iuliano apud Marcellin. 17, 17. *subita cunctos aggressus, tanquam fulminis turbo percussit.*

Ibid. (k) *ante victum hostem esse, quam visum*] Suetonius Cæs. 37, 4. ita rem narrat: *Pontico triumpho inter pompe ferula trium verborum protulit titulum, VENI, VIDI, VICI. non acta belli significantem, sicut ceteris, sed celeriter confecti notam.* Plut. in vita cap. 73. ad Amintium quendam amicum tria ista verba scripsisse. Appianus de bell. ciuil. lib. 2. pag. 485. simplicius; in urbem eum scripsisse. Vide & Dionem lib. 42. pag. 234. Suetonio tamen magis crediderim. Errat vir doctus ad Velleium, dum scribit; *Seneca pater imitatione Tusci haec tria protulisse significat.* cum ibi (locus est Suafor. 1, 2. in fin.) *Tuscum irrideat Seneca, quod accommodet Xerxi, quæ multos post (Xerxem nempe, non Tuscum) annos Diuus Iulius victo Pharnace dixerit.* Nam Tuscus ille diu post Casarem vixit. Scaurus enim, quem maiestatis teum fecisse ibi dicitur, extinctus est anno V. C. DCCCLXXXVII. circiter LXXX. annis à morte Casaris. Imitatur hoc Sidonius Carn. 5, 366. de suo principe:

*maximus isse est,*

*Non pugnaſſes, labor, terimus cur tempora verbi?*

*Peruenit & vincit. & fortassis ipse Florus supra 2, 7, 11,*

*Introisse, victoria fuit.* Pertinet huc (potius quam ad fulgorem pectorum, de quo alias exponitur) illud militum Rom. apud Tacitum 3, 45, 3. *vident modo aduersos, & aspicerentur; id satum ad victoriam.* Simile huic exemplum est supra. 2, 7, 6.

64. (l) *in Africa*] Bellum in Africa contra ciues à Casare gestum scribunt Hirtius singulari commentario. Liu. Epit. 113. & 114. Plut. Cæs. cap. 74. &c. & Caton. min. cap. 82. &c. Copiose Appianus lib. 2. de bell. ciuil. Camers.

65. (m) *sparsa magis quam oppressa vires erant*] Hæc itidem ex Lucano 8, 273.

— *sparsit potius Pharsalia nostras,*

*Quam subuertit opes.* — Ideoque duci follicite curandum, ut victis semel hostibus acriter instet, nec vires eorum denuo coalescere patiatur. Sic Cæsar harum artium prudētissimus, apud Appian. de bell. ciuil. lib. 2. pag. 478. *discurrendo per exercitum supplex orabat, ne grauentur tantum laboris insuper impendere, dum castra Pompeii capiant: docens, si patiantur denuo coire hostiles copias, unius tantum diei fore victoriam.* Et hoc est scire victoriam vti, quod ignoratum, aut neglectum Annibali, Carthaginem perdidit.

65. (n) *amplior eoque acrior*] Hoc esset maior, eoque maior, pulcherrimo loquendi modo, & proxime ad auctoris genium! si tamen, ut hoc etiam addam, aliquis Latinorum *amplum imperium* dixit, aut dicere potuit. Dubium mihi non est, quin post illud *amplior* aliquid exciderit, cuius sensum certe reponere promptum fit. est autem hic; *amplior hic hostium exercitus; eoque acrior &c:* nam hoc clamant sequentia: *post Pompeium creuisse bellum.* Aliter ista comparatio inter Pharsaliam & Thapson non constat.

Ibid. (o) *sua sponte signa eccinerunt*] *Dubitante Cesare, atque militum studio cupiditatisque resistente, sibi que, eruptique pugnari, non placere clamitante, & etiam atque etiam aciem sustentante, subito dextro cornu, iniussu Cesaris, tubicem à militibus eactus canere capit.* Ita Hirtius de bel. Afric. cap. 52.

67. (p) *& duces fortius quam ut effugerent*] Ita quidem Naz. & Pal. fec. nec non ed. nostra vetus, & possit explicari, fugisse quidem, sed non ut cuperent effugere, verum ut suo arbitratu morerentur. res tamen ipsa, præcedentiumque & sequentium verborum sensus mouet, ut amplectar Salmasii correctionem, qui pro vulgata lectione *& duces fortius quam ut fugerent,* reponit; *nec duces fortius quam ut fugerent.* nam hoc dicit Florus. & exercitum fugisse. & vero duces ipsos; hos autem fugæ sceditatem emendasse decoro exitu: quorsum enim alias illa particula *tamen;* non inconspicua tamen morte omnium? illa particula *nec in* & corrupta legitur etiam in Arnobii scriptis lib. 3. pag. 133. *Et audeo adseribere causam nobis offensionis deorum: cum, si iudicatio fiat, corrigenda in vobis reperiatur hæc esse, & in contumelia, quam opinamini stare.* Sensus enim inibi vult; *nec in contumelia &c.*

68. (q) *Iam Scipio naue fugiebat*] Lego Nam, ut cohæreat præcedentibus, & reliquis etiam Iuba, Petreio, Catoni, possit applicari. respondet enim præcedenti propositioni; *non inconspicua tamen morte omnium.* cuius partes hic exsequitur.

Ibid. (r) *bene se habet Imperator*] De huius Scipionis interitu præter

præser alios lege Val. Max. 2, 3, 13. & Senec. epist. 24. copiose. Appian. de bel. ciu. lib. 2. pag. 490. & 491. Camers, Senecæ pagis locum, quia vulgo corruptus est, adscribam: est autem Sual. 6. Scipio, cum gladium ponere iussus esset; dicitur abdidisse in se: (optimam correctionem, nescio vnde, depromit Aurelianus ad Tacit. pag. 473. m. 1.) quærentibus, qui in nauem transferant, militibus imperatorem; imperator, inquit, bene se habet. Tollamus eadem opera leue mendum, ex auctore non graui, nec inutili tamen. Chronicon Adonis sub anno 4784. Scipio, qui (sic scribo, vulgo male in) nauim, qua ad Hispanias fugeret, conscendens, vento coactus in Africam redierat; semet ipsum iugulauit. Verum autem est scribendum in eo chronico; Scipio in nau, qua ad Hispanias fugere contendens, vento coactus, in Africâ redierat; semet ipse iugulauit. Nam sic Orosius 6, 16. vnde ista ad verbum ex scripta.

69. (f) in regiam ] Rubenius elect. 1, 10. corrigi; in regnum, optime. nam bellum in prouincia gestum erat.

Ibid. (t) magnifice epulatus ] Diximus supra 2, 18, 12. p.

Ibid. (u) ille & regi sufficit & sibi ] Consentit Liuii Epit. 114. Petreius lubam, seque interemit. Aliter Dio lib. 43. pag. 245. Appianus de bel. ciu. lib. 2. pag. 490. quorum consensum cum Seneca de prouid. 2, 15. qui alterum alterius manu casum ait, notauit ibi Lipsius. Hirtius de bel. Afric. cap. 94. firmior imbecillioem lubam Petreium ( Siue potius vt Rubenius elect. 1, 10. corrigi; lubam Petreius ) facile ferro consumpsit. deinde ipse sibi com conaretur gladio transicere pectus, nec posset; precibus à seruo suo impetrauit, vt se interficeret, idque obtinuit. Orosius 6, 16. & modo citatum Chronicon Adonis; luba percussori iugulum pretio dato prauit: Petreius eodem gladio se perdidit. quem idem Rubenius egregie emendat; iugulum Petreio prauit.

70. (x) mortem etiam latus acciuit ] De interitu Catonis præter supra dictos lege Gellium 15, 18. Lactant. 3, 18. Plura August. 1, 23. Ciuit. Val. Max. 3, 2, 14. Cicero de offic. 1, 31. & Tusc. quæst. 1, 30. & alibi sæpe. Catonem egregie extollit Lucanus 9, 601. Horat. 2, 1, 24. Liui. lib. 114. Plura Hirtius de bello Afric. cap. 88. Camers. Adde Appian. de bell. ciu. lib. 2. pag. 490. & 491. & Plut. in vita cap. 89. &c. Sapissime meminit eius facti cum eximiis e logiis Seneca. Extant & quædam epigrammata non inerudita in catalectis veterum poetarum Scaligeriis.

72. (y) violare fomentum ] Tam mali exempli esse occidere dominum, quam prohibere ( h, e, vtrumque mali exempli esse ) ait Stoicus quidam apud Senec. epist. 77. Alia in hanc sententiam apud Senec. patrem epist. controuers. 3, 9. cuius principio scribendumz ecce herus ( non heres ) iubet, quod tu veras. Lex Cornelia vetat misceri venenum, id iussit herus; legis autem maior potestas quam hominis. Ad Flori locum vide Gruterum in notis ad Sueton. Domit. ca p. 14.



Ibid. (z) *sequutaque vi* ] Si obsequerentur mss. maluissent, *sequutaque vi*. Gruterus. Porro hæc ipsa graphice depingit Seneca de provident. 2, 16. *gladium sacro pectori insigit, viscera spargit, et illam sanctissimam animam, indignamque qua ferro contaminaretur, manu educit.*

73. (a) *Hispania* ] Bellum hoc scribunt Plutarch. Cæf. cap. 79. Appian. de bell. civ. lib. 2. Late Hirtius singulari commentario. Val. Max 7, 6, 5. Camers.

Ibid. (b) *Plurimum quantum* ] Priusquam vidissem scriptos codices, particulam que tollebam, quæ nihil hic facere videbatur. sed illialiter me expedierunt, in quibus [ Pal pr. & sec. vt & ed. nostra vetere ] legitur, vt rescripsimus, omnino recte, *hellenisimus plurimum quantum, πλεῖστον ὄρον*. sic *nimum quantum, mirum quantum, immane quantum*, & similia apud alios vsurpata. in Pal. tert. *plurimum quidem* legitur; sed standum putamus illis, quæ nobis ἀνεπίληπτα videntur. Salmasius.

75. (c) *in ipso ostio Oceani* ] Apud Crantiam, vt legitur in historia Dionis lib. 43. pag. 259. hæc potius *Crantiam*, vt emendat Nonius in Hispania cap. 11.

Ibid. (d) *furorem ciuicum* ] Est à Pal. prim. ac sec. Gruterus. Sic etiam habet nostra vet. editio.

Ibid. (e) *castigaret Oceanus* ] Eadem supra 3, 10, 17.

76. (f) *fluctus, procellæ, armamenta conspigerent* ] Noster codex, *procellæ, viri, naues, scementa conspigerent?* optime. sic tamen, vt *elementa*, restituiam, pro spurca ea *scementorum* voce. Lipsius Elector. 2, 19. Similia nostro quæ adnectuntur libro Hirtii de bello Africo.

77. (g) *qua misere &c.* ] Videntur hæc insita ab alio; extant supra 3, 22, 8. quo refer ea quæ scribit ad senatum Pompeius apud Sallust. Hist. 3, 2, 11. *Hispaniam citiorem, qua non ab hostibus tentatur, nos aut Sertorius ad internecionem vastauimus.*

78. (h) *Munda* ] De hac ciuitate, & bello ibi à Cæsare gesto, multa Strabo lib. 3. pag. 97. Meminit Lucanus 1, 40.

*Vltima funesta concurrant prælia Munda.* Silius 3, 400.

*Et Munda Emathios Italus paritura labores.* Camers.

79. (i) *postquam idem esse caperat* ] Hoc est, postquam ad idem imperii gloriaeque culmen ascenderat. & sane timendi causam habuit; *Maxima enim cuique fortunæ minime credendum est*, ait Annibal apud Liuium 30, 30, 19. Sic *Camillus precatus*, vt sic *deorum nimia felicitas populi Rom. videretur*; eius inuidia suo aliquo encommodo satiaretur. Val. Max. 1, 5, 2. Sic *Æmilias Paullus post enumeratas res prosperrime gestas, subiungit, Mihi quoque ipsi nimia iam fortuna mea videri, cog. suspecta esse &c.* idem Liu. 41, 45, 5. Sic *Alexander illam ipsam fortunam, qua aspirante restam prospera gesserat, verebatur*, Curtius 3, 8, 20. quomodo & eius pater, rebus

ex voto fluentibus, dicitur veneratus fortunam, ut quam minimo incommodo felicitatem istam lueret. Igitur non absurde Carthaginensium legati Romanos per *timendam* felicibus *Nepesin* deprecantur. Non absurde ad idem referas Senecam in Troadibus versu 242. *Suique victor operis exemplum horruit, Didicitque Achilles & dea natos mori.* Confer quæ notauit Berneggerus ad Iustinum 12, 8, 15. *ne fortunam suam nimis onerando fatiget.*

80. (k) *hic omnium sensus erat* ] Putida glossa, vicem explicatiunculæ sustinens ad verbum conuenisset.

81. (l) *nefas* ] In aliis editionibus male concluditur parenthesis. referendum enim est ad illud *inuistatum*, cumque eo construendum; sic supra num. 55. *cædem Pompeii summum ciuiliu bellu scelus appellat, & 3, 1, 5. Iugurthæ consilium, inchoatum nefas, quomodo Tacitus 1, 8, 12. occisus dictator Caesar, aliu pestimum, aliu pulcerrimum facinus videbatur, & Seneca Natural. quæst. 6, 23. de rebus Alexandri; nihil tam magnum erit, quam scelus Callisthenes.* Hic loquendi modus paullo ignotior librariis, forde corrupti Lium 36, 25, 4. de Damocrito; *ob eam ferociam manus victoribus gaudium traditum fuit.* apparet legendum; *traditus, & de ipso Damocrito capiendum.* Adde supra 1, 18, 22. h.

Ibid. (m) *gradum retro dedit* ] Quidam, *gr. r. fecit.* non male. *gradum facere, ut pedem facere, — una omnes fecere pedem.* Salmasius.

Ibid. (n)  *pudore magis quam virtute resistere* ] Videtur viuidiot verborum imago, quæ in trib. Pall. *pudorem magis quam virtutem resistere.* Gruterus. De re adde Vellei. 2, 55, 7. Ad similes euentus respicit Plinius 36, 15. *Pudor Romani nominis proprius, qui saepe res perditas seruaui in præliu.*

84. (o) *arripuit* ] Pall. tres [ *ut & nostra ed. v.* ] *attribuit.* quod annoto, non quia proberis; sed ut ostendam, non statim mordicus inuadendum, quicquid reperitur apud veteres. nimirum & vulgata plurium annorum lectioni etiam sua habenda fides; immo reuerentia. Gruterus.

Ibid. (p) *arripuit in occasionem* ] In hunc modum se habent omnia exempla quæ refert Frontin. Strateg. 2, 7. *Pestinet eo motum Onofandri in Strategico cap. 23. ubi demonstrat; vtile esse in ipso consuetu imperatorem fausta & lata militibus inelamare, et sic ea falsa sunt.* Adde supra 3, 3, 12. o. *Similimum in Lium 2, 64, 7. Romani, quia paucitas durano sentiendo propior erat, gradum retulissent, ut salubri mendacio consul, fugere hostes ab altero cornu clamant, concitasset aciem, impetu facto, dum se putant vincere, vicerunt.* Nam (verba sunt eiusdem auctoris 34, 12, 3.) *Sape vana pro uelut maxime in bello valere: & credens se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa iustitia & sperando atque audendo seruatus est.*

Ibid. (q) &

Ibid. (g) *& hostis percussit*] Sic omnino Pall. tres, firmantque ira veterrimam editionem, nam recentiores; *& hostes percussit*. Gruterus.

85. (r) *Mundam*] Non aliter Pal. tert. nam pr. ac sec. [vt & mss. Vineti] *Munda*. editi; *Munda*. Gruterus.

Ibid. (f) *ex cong. cadaver.*] Sic sec. ac tert. verum pr. non agnoscit illud *ex*, neque admodum requiritur. Gruterus.

86. (i) *Cesonius*] Sic præter Pall. o. itemque mss. Vineti etiam l. q. quemadmodum & Orosius, apud Dionem lib. 43. pag. 265. est *Cesennius Lento*.

Ibid. (u) *adeo nondum desperabat*] Ita omnes Pall. Gruterus, non vt editi, *desperauerat*.

87. (x) *aliisque post Casarem bellu*] Quæ referuntur infra 4, 8.

88. (y) *Alterâ laurus Egyptia*] Sic restitui, auctoritate memorarum Diui Nazarii [quibus consentit nostra vetus editio] nam reliqui duo Pall. *Alterâ laur. Eg.* vti & vulgati. Gruterus.

89. (z) *bis subactam Hispaniam*] Nempe prius legatis Pompei, iam liberis deuictis. Eam enim expeditionem in Lusitaniam, quam post præturam vrbanam suscepit; cum ea totam Hispaniam non pacauerit, sed partem tantum, huc non retulerim.

Ibid. (â) *Pharsalia; & Thapsus; & Mundanusquam*] Rationem vide supra 3, 22, 15. r.

Ibid. (b) *quanto maiora erant*] Nempe non barbaris artium belli rudibus, aut mollibus Asiaticis deuictis; sed ipsis ciuibus, ipsis Romanis. Quæ victoria per se satis magna, splendorem auxit etiam eo, quod non ostentabatur: quomodo apud Tacitum 3, 76, 5. in funere Iunix præfulgebant *Cassius atque Brutus; eo ipso, quod effigies eorum non visebantur*. Eodem redit Cætonis dictum apud Marcellinum 14, 15. qui interrogatus, *quamobrem inter multos nobiles statuam non haberet? Malo, inquit, ambigere bonos, quamobrem id non meruerim; quam; quod est grauius, cur imperatorum musitare, quod & apud Plut. est in vita cap. 37. & hæc est commendatio ex iniuria, vt loquitur Tacitus 3, 75, 5. vel vt noster in fra 4, 4, 4. iniuria fauorabilem esse.*

90. (c) *nemo casus imperios præter*] Immo ne hoc quidem voluntate ipsius interemptos putant. Sueton. in vita 75, 7.

Ibid. (d) *generos*] Agnosco dictionem Flori, quam conseruauerunt Naz. alique edd. vet. quamuis admista altera quoque lectione, habent enim, *generosum*. sed haud dubie *generos* scripsit, vt tam Pompeium, quam Sullam hoc vocabulo comprehendere; Pompeium quidem, vt vere & proprie generum. Sullam, vt



lam. vt progenerum, quem tamen & ipsum simplici voce generi denotamus. *nurus enim, & generi appellatione, & socii, & socius, & ultiores, quibus pro prapposito soles accedere, continentur.* l. 3, S. 2. de postul. adde l. 136. de V. S.

Ibid. (c) *filiamque Pompei cum patruelibus*] In Floro nostro, aut verbum, *conseruauit*; in contextu pratermissum est, aut [quod verius est] diuersus abit ab Hirtio [de bell. Afric. cap. 95.] nam ibi *Pompeia cum Fausti liberi Caesar incolumitatem suaque omnia concessit.* Stadius.

91. (f) *circa templa imagines*] Nescio quid hæc sibi velint, nisi forte quod Suetonius in vita 76, 3. *simulacra iuxta deos.* sed infolentior est pro hoc significato oratio. suspicor locum corruptum: & de posterioribus quidem verbis non dubito, quin recto casu concepta fuerint; *templa, imagines:* illud *circa* turbat, ita tamen vt appareat loqui de honore qui in circo ei exhibitus, cuiusque meminit dicto loco Suetonius.

Ibid. (g) *distincta radiis corona*] *Effigie numinum*, vt appellat Tacit. 1, 10, 12. ea enim ita pingebantur, sicut & nostrates sancti. splendorem enim, quem emittere credebantur, exemplo Iani apud Ouid. Fast. 1, 94. per radios istos significant, quales iacere solet Solis iubar, aut stellarum fulgor Martialis epigr. 1, 71. — *radiata colossi Moles.* Papinius Theb. 1, 27. — *licet ignipedum frenator equorum ipse tuus alte radiantem crinibus arcum Impri-mat.* — qui Poeta simul respicit omen Augusto oblatum, idque artificiose suo principi accommodat. de Augusto vide Velleium 2, 59, 7. Plinius panegy. cap. 52. hoc sensu *radiatum caput* profert, Lucanus 7, 458.

*Fulminibus manes, radiisque ornabit & astris.*

Vbi tamen non video quid *astra* sibi velint, eoque potius credam fuisse; *radiisque honorabit, & hastis.* Nam & hæc inter deorum insignia. Iustinus 43, 3, 3. Plura vide apud Schægkium in egregiis illis notis ad Vellei. 2, 59, 7.

Ibid. (h) *suggestus in curia*] Cippus modo dicæ altitudinis, in quo statureretur sella aurea, vt vere putat Casaubonus ad Suetonium hoc loco. Nam de columna Dionis, cuius ibidem mentio, vix arbitrarer huc trahi posse; quamuis & ipse non videam, quid illa fieri debeat. Apud Dionys. tamen 3, 11. est columna cum inscriptione quæ virtutem eius ad posteros testaretur, quæ non quidem regi dicata, sed tamen regum tempore; vt appareat ipsis quoque hunc honorem haberi solitum. Possæt igitur fortassis ita seres habere, vt quemadmodum leges, aliaque ad memoriam columnis insculpebantur, ita clarorum etiam virorum res gesta, & praconia.

Ibid. (i) *fastigium in domo*] Fastigium quale hoc loco intelligatur,

gatur, nempe ipsius fastigii ornamentum, & ut ita dicam profastigium, eruditissime explicat Salmasius ad Capitolinum sine Pescennii. Plutarchus *αξγορησιον* vocat in vita cap. 91. Meminit Iulius Obsequens cap. 126. *Calpurnia uxor somniauit, fastigium domus, quod sicut erat adiectum, uisisse.* Scribe, quod *Scto* erat *adica Etum.* nam ita expressit Lilius apud Plutarchum dicto loco.

Ibid. (k) *mensis in caelo*] Iulius, qui ante *Quinctiliu.* Hoc exemplo Augustus mensi nomen dedit, & plures alii, Nero, Commodus &c. quae tamen appellationes cum auctoribus suis extinctae.

Ibid. (l) *pater patriae*] Qui honos Ciceroni primum obrigit. Plutarch. in vita cap. 31. Iuuenalis 8, 244.

Ibid. (m) *dubium an ipso volente*] Vide Vellei. 2, 56. Dion. lib. 44. pag. 278. c.

92. (n) *velut infula, in destinatam morti victimam*] Quae huc pertinent habes in notis Berneggeri ad Sueton. Aug. 12, 1. c.

Ibid. (o) *grauis erat liberis ipsa beneficiorum potentia*] Latius deducit hoc Seneca de benef. 2, 18. &c. Mitius autem hoc expressit auctor, licet idem vellet, quod Curtius 6, 6, 11. *Alexander gratiam liberalitate donis qua recuperare tentabat, sed, ut opinor, liberis pretium seruitutis ingratum est.* & Aelianus var. hist. 12. 62. *Hominis libero non est, meo iudicio, digna merces, qua cum iniuria tanta comparatur.* Sic antiquior pop. Romanus nullius acrior custos quam libertatis fuit; nullaque in pretium eius potuit largitione corrumpi. supra 1, 26, 6.

93. (p) *aliique patricii*] Ita & v. e. Lipsius dist. cap. XIX. emendat. *aliique patrum:* quod plerique coniurati è plebeis. & vero patres habet Pal. sec. Gruterus. Sed quo minus Lipsium hoc loco sequar, eius ipsius ratio facit. nec enim omnes coniurati è patribus. putabam legendum; *parricidae.* quomodo appellantur etiam infra 4, 751. & Suetonio in vita, & Val. Max. 1, 7, 2. & alibi.

94. (q) *quanta vis fari!*] Nempe *qua fato manent, quamuis significata non vitantur.* Vide late Lipsium Polit. 1, 4. ad quem locum similia multa Berneggerus.

Ibid. (r) *libellus &c.*] Palat. pr. distinguit, *datus, eodem die ne perlit.* quomodo etiam feje tertius, & forte melius est. Gruterus.

95. (s) *sanguine suo curiam impluit*] Adeo vere Iuuenalis 10, 112. *Ad generum Cereris sine cado & sanguine paues Descendunt reges, & sicca morte tyranni.*

## Cæsar Augustus.

## CAP. III.

- 1 **P**opulus Romanus, Cæsare & Pompeio trucidatis, redisse in statum pristinae libertatis
- 2 videbatur: || **ET REDIERAT**, nisi aut Pompeius liberos, aut Cæsar heredem reliquisset: vel, quod utroque perniciosius fuit; si non collega quondam, mox æmulus Cæsarianæ potentia, fax & turbo sequentis sæculi, superfuisset (a) Antonius. || Quippe dum (b) Sextus paterna repetit, trepidatum toto mari: dum Octavius mortem patris ulciscitur, (c) iterum fuit mouenda Thessalia:
- 3
- 4 || dum Antonius varius (d) ingenio, aut successorè Cæsaris indignatur Octaviū, aut amore Cleopatæ (e) desciscit in regem. **NAM ALITER** (f) saluus esse non potuit, nisi confugisset ad seruitutem.
- 5 || Gratulandum tamen in tanta perturbatione est, quod potissimum ad Octaviū Cæsarem Augustum summa rerum rediit: qui sapientia sua atque solertia, perculsum vndique & perturbatum ordinavit imperii corpus: || **QUOD ITA** haud dubie nunquam coire & consentire potuisset, nisi (g) vnius præsidis nutu, quasi anima &
- 6
- 7 mente regeretur. || Marco Antonio Publico Dolabella consulibus, imperium Romanum iam ad Cæsares transferente fortuna, varius & multiplex ciuitatis motus fuit. || quædque in annua cæli conuersione fieri solet, vt (h) mota sidera tonent, ac suos flexus tempestate significant; sic (i) cum Romanæ dominationis, (k) id est humani
- Z ni gene-



354 LIB. IV. CAP. III. Turba post necem Cæsari generis conversione, penitus intremuit, omni- que genere discriminum, ciuilibus, terrestribus, ac naualibus bellis, omnē imperii corpus agita- tum est.

### NOTÆ IN CAPVT III.

Caput istud tertium quasi prooemium est ad Cæsaris Augusti res gestas: cuius si quis in vnum

*Tantarum speret cumulos aduoluere rerum;*

*Promptius inponet glaciali Pelion Offe.*

Gesta autem Octauii Augusti scribunt Liuius à lib. 116. ad finem vsque operis. Appian. de bel. ciu. lib. 2. 3. 4. & 5. Suetonius in vita. Plut. Cæsare, Cicerone, Antonio, Bruto. Plura compendiose more suo Plinius 7, 45. Solin. cap. 3. Gell. 10, 24. & 15, 7. Macrobian. Saturn. 2, 4. Val. Max. 1, 7, 1. & 7, 6, 5. Lactant. 2, 8. Sex. Aurelius. Sextus Rufus. Seruius ad Æn. 6, 791. Eutrop. lib. 7. Oros. lib. 6. Quæ de eo scribunt Virgilius, Ouidius, Horatius, ac poëtz ceteri, suis locis adducuntur. Cameris.

Num. 2. (a) *Antonius*] Huius elogia præclara & multa leguntur apud Cicer. in Philippicis.

3. (b) *Sextus*] Antonius vt artibus suis Senatuum magis deciperet; etsi populum seditiose in percussores Cæsaris irritauerat: ad Senatum tamen reuulit de Sexto Pompeio, Magni omnibus desiderati filio, qui tum à Cæsarianis in Batlea oppugnabatur, vtque pro paternis bonis in ararium relatis darentur ei de publico sestertium bis millies: ad hæc decerneretur ei, sicut prius patri, maris imperium, classisque daretur ad vsus necessarios. Patres mirabundi probauerunt omnia, atque ita Sextus in Siciliam Scto euocatus est, ex qua postea Cæsari Augusto difficilimum bellum mouit. Appianus, Dio, alii. Stadias.

Ibid. (c) *iterum fuit mouenda Thessalia*] Vide infra 4, 7, 6.

4. (d) *ingento, aut successorem &c.*] Expungebam olim particulam aut utroque loco, eamque emendationem Berneggero probaueram. Et sane videtur ita scripsisse Florus. Prius enim causas enumerauit, quapropter libertatem non reciperauerit populus, Pompeium, Cæsarem, Antonium: nunc ordine profequitur quid singuli motum excitauerint, quidue in quiete & tempore peccauerint. Et sane frequenter particulas huiusmodi inferunt liberarii; quod & factum opinor l. 1. C. de tyronib. lib. 12. ubi scripserim; aut *veteranus censibus obnoxius*. quæ enim alias causas

caussa veteranos arceudi militia? Sed in Floro restat alius mihi serupulus, quem sequenti mox nota f. exponam.

Ibid. (e) *deseruit in regem*] Elegantissime, & plane ex animo veterum Romanorum, quibus adeo exolum erat hominē regis in suis ciuibus, ut hæc præcipua Casareanæ necis causa memoreretur. Sic Scipio cum ab Hispanis rex appellaretur, respondit; regium nomen alicui magnum, Roma intelcrandum esse. Liui. 27, 21, 4.

Ibid. (f) *saluus esse non potuit, nisi conf. gisser ad seruitutem*] Similiaprope verba in re diuersa Seneca de beneficio. §. 16. *Ed redogit pop. Rom. ut saluus esse non posset, nisi beneficio seruitutus. Quamquam, ut quod res est, fatear, non putem ista posse dici de Antonio, quomodo enim confugit ad seruitutem, si rex factus est? omnino censeo attinere hæc verba pop. Rom. & post illud regem excidisse quædam huc pertinentia. quod si foret, ut propemodum suspicor, reiecta correctione mea legendum, & supplendum esset in hunc sensum; Dum Antonius varias ingenio, aut successorem Casari indignatur Octauium; aut amore Cleopatra deseruit in regem: [deserenda fuit populo libertas] nam aliter saluus &c.*

6. (g) *vnus presidis nutus, quasi anima & mente regeretur*] Eadem prope verba Taciti 1, 12, 4. *Vnius esse reip. corpus, atque vnus animo regendū.* Seneca de clement. 1, 3, 9. *Immensa multitudo vnus [nam in] anima circūdata, illius spiritu regitur. & mox mens imperii dicitur imperator, aut rex. Rem quod attinet, ait Tacitus 1, 9, 10. non aliud discordantis patriæ remedium fuisse, quam ut ab vno regeretur. & iterum H. 1, 1, 2. vnam potestatem ad vnum conferri pacis interfuit. Monarchiam porro cum plerisque politicis, aliis reimp. formis præfert Lippius politic. 2, 2.*

8. (h) *moti sidera*] Consule Salmasium in Solinum pag. 426. A. 16.

Ibid. (i) *cum Romane*] Sic Nazar. probante Salmasio. Item a que vet. ed. nostra. alix. in *Romane*.

Ibid. (k) *id est, humani generis*] Vana opinio, ex ignorantia geographiæ nata. deinde pudendis adulationibus alita. Romanorum, sub imperatoribus præcipue, spiritus adeo inflauerat, ut crederent se totius orbis dominos, cum sane modicam eius partem obtinerent. De his dici posset illud Senecæ epist. 91, 40. *Alexander discere Geometriam infelix cepit, sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupauerat.* Ex his igitur somniis profectæ voces istæ; quibus præter poetas, quos elegantissime simul & verissime libertati vesp. *libones* appellat Heiniius in laude Alini, etiam historici abusi. noster supra Præfat. 2. quibus *Rome legentes* generis humani facta discunt. *Totius orbis seruituti.* Tacit. H. 2, 25: *orbis terrarum famularus.* Idem Agr. 31, 5. Quin & ipsi imperatores,

non dicam Iustinianum aliosque eius similes, sed & moderatus ille Antoninus ἐγὼ μὲν τὸ κέρμα χύει. Adde his quæ notat Marcilius ad Sueton. Titum 6. 2.

## *Bellum Mutinense.*

### CAP. IV.

**P**Rima ciuiliū motuum causa (a) testamentum Cæsaris fuit, cuius (b) secundus heres Antonius prælatum sibi Octauium furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi (c) iuuenis susceperat bellum. || **Q**UIPP E quum (d) intra decem & octo annos tenerum, obnoxium, & opportunum iniuriæ iuuenem (e) videret, ipse plenæ ex commilitio Cæsaris dignitatis; lacere furtis (f) hereditatem, ipsum insectari probris, cunctis artibus cooptationem Iuliæ gentis inhibere non desineret: || denique ad (g) opprimendum iuuenem, palam arma moliri: & iam parato exercitu in Cisalpina Gallia resistentem motibus suis Decimum Brutum obsidebat: || Octauius Cæsar (h) **ÆTATE**, & (i) iniuria fauorabilis, & nominis maiestate, quod sibi induerat, (k) reuocatis ad arma veteranis, priuatus (quis crederet?) consulem aggreditur. (l) obsidio Mutinæ liberat Brutum. Antonium exiit castris. || Tum quidem etiam manu pulcher apparuit. nam cruentus & saucius (m) aquilam (n) à moriente signifero traditam, suis humeris in castra referebat.



## NOTÆ IN CAPVT IV.

Bellum Mutinense scribunt Linius lib. 117. 118. 119. Appian. de bel. ciu. lib. 3. pag. 588. Plut. Antonio cap. 22. Frontin. 1. 7. 5. 3. 13. 7. & 8. 3. 14. 3. & 4. Cicero in Philippicis. Sueton. Augusto 2. 10. & c. Meminit Ouid. Metamorph. 15. 322. Idem Ouid. Fast. 4. 623. canit M. Antonium victū ab Octauiō bello Mutinensi 18. Cal. Maias.

*Luce secutura tutos pete, nauita, portus,*

*Ventus aboccasu grandine mixtus erit.*

*Sit licet & fuerit, tamen hæc, Mutinensia Cesar*

*Grandine, malitia, confudit arma, sua. Camers.*

Num. 1. (a) *testamentum Cesaris* ] Recitatum ad populum postulante L. Pifone fœgero Iulii, frustra contra nitente senatu. Vide Appian. de bel. ciu. lib. 3. pag. 513.

Ibid. (b) *secundus heres Antonius* ] Quod hic de herede M. Antonio dictum, legisse se alibi negat Camers, id nos legere meminimus apud Dionem lib. 44. pag. 292. Dicitur autem secundus heres, qui heredi instituto substituitur: vt definit Seuerinus in secundo commentariorum, quæ scripsit ad topica Ciceronis. Vinetus,

Ibid. (c) *iuuenis* ] Decreuerat senatus, ne quis Augustum *puerum* diceret, ne maiestas tanti imperij deminueretur. Auctor Seruius ad Virg. Eclog. 1. 44. Virgilius sæpe Octauium *iuuenem* nominat, vt dicto loco, *Hic illum vidi iuuenem* — & Georg. 1. 500.

*Hunc saltem enorso iuuenem succurrere sælo*

*Ne prohibere. Lege Cicero Philipp. 4. & 5. Camers. Et præcipue notam Casauboni & Berneggeri ad Sueton. Augusto 12. 1.*

2. (d) *intra decem & octo annos* ] Parum ad calculum. Velleius Patere. 2. 61. 1. C. Cesar XIX. annum ingressus, vbi vides adulationem hominis: ambitiose enim vsus est voce *ingressus*. Melius Augustus. [in monumento Ancyrano] *natus*: nam anno qui præcessit eadem Iulii, nono Kal. Octob. ingressus annum X I X. erat, ac iam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro optimatibus bellum primum suscepit. Atque hæc Octauii ætas in equestri statua fuerat notata, quam ei senatus in rostris posuerat, teste eodem Velleio. Hæc Casaubonus nota secunda ad monumentum Ancyranum. Ceterum quam opportuna turbis & factionibus sit ætas principum, multis exemplis demonstrat Gruterus ad Lium 1. 3. 6.

Ibid. (e) *videret; ipsa plena ex commilitio Cesaris dignitatu & c.* ] Expressi bona fide scripturam Nazarianam, quæ proxima vero, immo vera omnino, si modo abiiciatur litera finalis ab illo *desineret*: nec multum diuertunt ab hac lectione Pall. reliqui, aut

Vineti codices, nisi quod extet in iis, se plene ex commilitio Cas-  
dign. item, cum adoprionem Iulix gentis. Sic inquam vterque Pall-  
nisi quod in tertio videamus adhuc restare ipse plene. vulgata  
lectionem proferre piget; cum omnibus pateat, & ineptissima  
fit præ hac nostra. Grutemus. Cuius iudicium omnino secuti  
sumus in hac editione: eo magis quod & olim nobis in men-  
tem venerat ita rescribendum. Infinitum enim pro imperfecto  
ponit indicatiui, quod frequentissimum Sallustio, Tacito &c.  
nec officit, quod niox verbi casum mutat, *palam arma moliri.*  
*Et parto &c. obsidebat.* nam ita plane Tacitus 1. 16, 5. *Is imperitorum*  
*animos impellere paullatim, & deterrimum quemque congregare, postre-*  
*ma, velut concianabundus interrogabat &c.*

Ibid. (f) *lucere sicuti hereditatem*] Hereditatem enim Cæsaris  
expilauit: vt Dio lib. 44. in fin. & Appianus de bel. ciu. lib. 3.  
pag. 536. & alii memoriz prodiderunt, inter quos Velleius Patere,  
2, 60, 5. scribit festerium septies milies depositum à Cæsare ad  
eodem Opis, ab Antonio fuisse occupatum. Vinetus.

3. (g) *opprimendum*] Naz. *depremdis*, quomodo & I. q. nemp-  
d. *pramendum*, melius, vt puto.

4. (h) *atate*] Iuuenilis atas in tantum fauorabilis est, vt et-  
iam in delictis mitius puniendis eius habeatur ratio. Vide  
Berneggerum ad Suetonium Augusto 5, 2. l.

Ibid. (i) *infantia fauorabilis*] Supra 4, 2, 88. u.

Ibid. (k) *renouat is &c.*] Hæc omnia Tacitus 1, 10, 2. *Concitas per*  
*largiciones veteranos: paratum ab adolescente priuato exercitum: cor-*  
*ruptas consulis legiones. Quæ postrema verba interpretare de legio-*  
*ne Martia, & quarta, quæ ab Antonio consule signa ad Augu-*  
*stum transfulere, videatur Appianus de bel. ciu. lib. 3. pag. 556.*  
non de exercitu Decimi Bruti, vt exponobat magnus ille Lipsius.

Ibid. (l) *obsidio*] Sic Naz. & nostra vetus editio, obsidii huius  
tempore memorabilia strategemata vsurpata, nemp literis co-  
lubarum opera transmittendis (Quod superiori sæculo in  
obsidio Leidano velatum memoratur) aut per natatores mili-  
tes laminis plumbeis incisas, aut immittendis copiis & com-  
meatibus, recentent Plinius 10, 37. & Frontinus 3, 13, 7. & 3, 14, 3.

5. (m) *aquilam sub humero referebat*] Vide Casaubonum, ad Suetonium Augusto 10, 9. d.

Ibid. (n) *à moriente signifero traditam*] Simile exemplum apud  
Cæsarem de bel. ciu. 3, 64. Ad quorum imitationem hodierni  
quoque vexillarii, cum ad supremum ventum est, nec ali-  
ter defendi potest vexillum, eo inuoluti moriuntur. Sic in pu-  
gna ad Atellam repertus est Germanus signifer amputata dextra  
manu, & lousa fado vulnere discissa, vexillum mordicus retinens, ita vt  
in vestigio nuda virtutis expirasse videretur. Iouinshistor. lib. 4.

## Bellum Perusinum.

## CAP. V.

1 **A**lterum bellum concitavit agrorum diuisio, quos Cæsar veteranis in castris, pretium militiæ, persoluebat. || SEMPER alias (a) Antonii  
 2 (b) pessimum ingenium Fulvia gladio cincta virilis militiæ, (c) vxor agitabat. Ergo (d) depulsos agris colonos incitando, iterum in arma ierat.  
 3 || Hic vero iam non priuatis, sed totius senatus suffragiis iudicatum hostem Cæsar aggressus, intra Perusiæ muros redegit, compulitque ad extrema deditiois, turpi & nihil non experta (e) fame.

## NOTÆ IN CAPVT. V.

Hoc bellum scribunt Lilius lib. 136. [Dio lib. 48.] Sueton Ang. cap. 14. & 15. Latius Appian. de bel. ciu. lib. 5. pag. 689. Eutrop. 7. 1. Orof. 6. 16. Plin. 7. 45. Solin. cap. 3. Bellū Perusinum, & cetera ab Augusto gesta bella explicat Propert. 2. 1. & Lucanus 1. 41. Lege quæ de Augusto scribit Virg. Æn. 5. 791. Ex verbis Propertii & Lucani patet, scriptores non semper seruire in scribendo eundem ordinem, quo res gesta sunt. Quare non mirum est, in vetustis Flori exemplaribus post Mutinensē bellum. Perusinum bellum immediate sequi, nisi hoc poetica tribuas licentia. Ouid. in fine Metamorph. enumerans ciuilia bella ab Augusto gesta, Perusinum prætermisit. Camers. Camertis autem, Stadii, aliorumque aliquot editiones, caput istud subiecere capiti, cuius finis scelerē alieno vterentur. at ordo quem seruamus, remanet in editione primaria, expressitque optimus Vinetus, & propugnant Palatini Gruterus.

Num. 2. (a) *Semper alius Antonii pessimum ingenium* ] Sic O. Pall. accedit ed. nostra verus. nam ea, aliter. Ant. Assentior autem omnino Salmasio, qui *πρωτογενεος* ipsius auctoris hic agnoscit, quod equidem clare satis arguitur ista verba *vxor agitabat* quæ quidem in editione modo laudata sine nomine *Fulvia* leguntur, quod ipsum suspicionem mihi mouet, & illud vocabulum *altrius* fecus accessit. Præterea sequentia *iterum in arma ierat*



nempe post bellum Mutinense: & iam non privati, sed totius senatus suffragiis iudicatum hostem: item sequenti capite. Antonium ultiones de iis qui se hostem iudicassent; omnia, inquam, hæc conuincunt, Floro sermonem esse de M. Antonio, non fratre eius Lucio. quamuis historiae omnes fide digna posteriori huic id tribuant. Grutero tamen placebat Florum sensisse de Lucio; movebaturque quod M. Antonius non modo pessimo, sed ne malo quidem ingenio fuerit. Plutarcho teste, itemque imperatore Claudio. Sed posterius testimonium, ut domesticum reuicimus, quamuis nec id quidem obstat quod magnus appellatur ibi, nam hoc non negat malum etiam fuisse, quomodo Val. Max. 9, 5, 2. ext. dicit Annibalem in dubio posuisse, maior ne an peior vir haberi deberet, Plutarchum quod attinet, testatur ille quidem ingenio fuisse natura sua haud malo, sed opportuno corruptionibus. quod & noster voluisse videri possit, dum *varium ingenia* appellat precedente capite. Sed ingenium eius pessimum fuisse nemo melius exponat Cicerone: quamuis nec ei per omnia credendum esse censeam, cum interdum *accusatorie* magis quam *Latine* (sic enim ipse in Verrem 4, 1, 4. distinguit) loquatur.

Ibid. (b) *pessimum*] Sic omnino legendum esse ex mente auctoris satis constat, non *piissimum* ut volebat vir eruditissimus. Hic enim est Antonius testimonio Velleii 2, 74, 2. *vitiorum fratris consors, sed virtutum, quæ interdum in illo erant, expers.* Cui adstipulantur omnes alii, nemini enim laudatur præter Appianum, & quidem suis ipsius verbis.

Ibid. (c) *uxor agitabat*] Viri docti addendum putant, *uxor Antonii agit*, at ego potius adhuc deleuerim vocem *uxor*; tanquam satis constaret, Fulviam esse M. Antonii, dum dicit *eam virile militie gladio, velitque mutasse sexum cum viro*, Gruterus.

Ibid. (d) *depulsos agris colonos*] Qui coacti erant cedere veteranis, quibus agri isti distributi erant. Hinc semper materia & vires res novas cupientibus, & exempla suggerunt illorum temporum historia.

3. (e) *fame*] Vide Berneggerum ad Sueton. Aug. 14, 1. c.

## Triumviratus.

### CAP. VI.

Quum solus etiam grauis paci, grauis Reipublicæ

publicæ esset Antonius, quasi ignis incendio Lepidus accessit (a) Quid contra duos exercitus necesse fuit venire in cruentissimi fœderis societatem? || (b) DIVERSA omnium nota incendia. Lepidum diuitiarum cupido, quarum spes ex turbatione Reipublicæ: Antonium vltiones de his, qui se hostem iudicassent: Cæsarem inultus pater, & (c) Manibus eius graues Cassius & Brutus agitabant. || In hoc velut fœdus pax inter tres duces componitur. Apud Confluentes inter Perusiam & Bononiam iungunt manus, & exercitus consalutant. (d) Nullo bono more Triumviratus inuaditur. oppressaque armis Republica, redit Syllana proscriptione: cuius atrocitas nihil in se minus habet, quam numerum (e) centum quadraginta senatorum. || Exitus fœdi, truces, miserabiles, toto terrarum orbe fugientium, pro quibus (f) quis pro dignitate rei ingemiscat, quum Antonius Lucium Cæsarem (g) auunculum suum, Lepidus Lucium Paullum suum fratrem proscripserit? || Romæ capita cæsorum proponere in Rostris (h) iam vsitatum erat: verum sic quoque ciuitas lacrymas tenere non potuit, quum recisum (i) Ciceronis caput in illis suis Rostris videretur: nec aliter ad videndum eum, quam solebat ad audiendum, concurreretur. || Hæc scelera in Antonii Lepidique tabulis, Cæsar percussoribus patris contentus fuit. HÆC QVOQVE (k) nisi multa fuisset, etiam iusta cædes haberetur.

## NOTÆ IN CAPVT VI.

Exponunt hoc capite contenta Linius lib. 119. & 120. Plut. Aurelio

Antonio cap. 24. Bruto cap. 39. Cicerone cap. 67. Appianus de bel. ciu. lib. 3. & 4. Sueton. Aug. cap. 12. 13. & 17. Eutrop. 7. 1. Orof. 6. 15. Meminerunt Plinius 7. 45. & Solinus cap. 3. Camers.

Num. 1. (a) *Quid contra duos ex. nec. fuit &c.* ] Non intelligo quid sit contra duos exercitus venire in societatem fœderis. legēbam aliquando, *contracto exercitu*, vt voluerit Florus Lepidum nouo exercitu contracto venisse in societatem Antonii & Cæsaris. sed iam damno. non tamen vt sciam quid in eius locum reponendum sit, nisi forte *quid in cui reformandum*: vt sensus sit duobus ex diuersa parte exercitibus stantibus, necesse fuisse Lepido, vtpote debiliori, venire in societatem. quo sensu Vellei. 2. 66. 1. *repugnantē Casare, sed frustra aduersus duos, aut legendum contrarios exercitus*, vt indignetur eos qui nuper hostes erant, aliter non potuisse societatem inire, quam in perniciem ciuium.

2. (b) *Diuersa omnium nota incendia* ] Pall. tres habent, *vota incendia*, quod si admittimus, illud *incendia* erit à glossa, legendumque vno spiritu: *Quid contra duos exercitus necesse fuit venire in eruentissimi fœderis societatem diuersa omnium vota*: Gruterus. Mihi placeret minima mutatione locum ita restitui: *Diuersa omnium vota. Incendit Lepidum &c.* Similem autem sensum aliter extulit Tacitus H. 2. 7. 4. *Ita boni malique, causis diuersis, studiis pari, bellum omnes cupiebant.*

Ibid. (c) *Manibus eius graues* ] Credebantur enim occisorum Manes vltione placari, quod tangit Iustinus 16. 1. 17. Hinc intelligendum illud Virgilio Æn. 10. 519.

— *inferias quos immolet umbris.* Obseruabant autem imprimis, vt si fieri posset, ad tumulos ipsos occisorum manerentur; quod videlicet nullum gratiorem umbris liquorē spargi posse crederent, quam inimicorum sanguinem. Sic Pyrrhus Polyxenam ferit *patris vertice in busti*. Seneca in Troadibus versu 1151. Sic L. Cæsar iugulatus ad bustum Vari. Val. Max. 9. 2. 2. & Marius prætor ad bustum Catuli supra 3. 21. 27. Sic Aristomus Messeniorum fortissimus sibi necem intulit ad filix, quam prius occiderat, tumulum. Pausanias in Messen. pag. 241. Alludit hunc morem Seneca de beneficiis. 5. 15. 2. *Nisi Allobrogum in illam [patriam] cohortes immiserit [Carilina] & trans Alpes accitus hastis, vetera & ingenua odia sattauerint, ac diu debitas inferias Gallis bustis duces Romani persoluerint.* Pertinet eo caput Galbæ, quod à liberto Patrobii, qui punitus à Galba fuerat, ad tumulum Patrobii proiectum est. Sueton. Galba 20. 5. & Tacit. H. 1. 49. 2. Adde quæ notamus supra 2. 5. 5. R.

3. (d) *nullo bono more* ] Sic Pall. tres & miss. Vineti, quomodo & editio nostra vetus, quæ minus dubitavi lectionem hanc recipere, licet minus placeat quibusdam viris doctis. Salmastius tamen ita restituendum censet, Videtur autem allusum ad exemplum



emplum Caesaris patris, Pompeii, & Crassi, de quibus supra 4, 2, 12. Ita Seruius Aen. 8, 635. — *repta sine more Sabinae interpretatur; sine ullo exemplo. Aut ullo bono more.*

Ibid. (e) *Centum quadraginta senatorum* ] Immo si Appiano de bel. ciu. lib. 4. pag. 592. credimus &c. &c. fuere.

4. (f) *quis pro dignitate rei ingemiscat* ] Ita v. e. cetera omnes; *quis pro indignitate rei non ingemiscat.* utrumque habet quo se probet: sed melior tamen prima; utpote firmata ab tribus Palatinis. Gruterus. Idem dicit Velleius 2, 67, 1. *Huius totius temporis fortunam ne desistere quidem quisquam satis digne potuit; adeo nomen exprimere verbis pot. st.*

Ibid. (g) *anunculum suum &c.* ] *In dotem inuitamentumque seculis*, ut eleganter loquitur Vellei. 2, 67, 3. *vbi pro vel in dotem malim, velut in dotem.* Et alias ita solet fieri, ut principum discordie, ministrorum & amicorum exitio pientur. Cuius rei illustre exemplum in Homerica Iunone Iliad. 4. vers. 50. &c. quae Troiae ruinam non dubitat emere à coniuge, carissimarum virbium excidiis.

5. (h) *iam usitatum erat* ] Supra 3, 21, 14.

Ibid. (i) *Cicerois caput* ] De huius interitu praeter supradictos lege Val. Max. 1, 4, 5, 3, 4. [Iuuenal. sat. 10. 118.] August. Ciuit. 3, 30. Camers. Cetera apud Fabricium Marcoduranum fidelissimum Cicerois vitae scriptorem leges, & in Sebastiani Corradi Quaestura. Stadius. Extat & elegans fragmentum ea de re Cornelii Seneri apud Scaligerum in catalectis veterum poetarum pag. 51.

6. (k) *nisi multa fuisset* ] Nam etiamsi iusta puniendi causa sit, praestat ignoscere, cum magna delinquentium copia est, aut paucorum saltem supplicio contentum esse, quam acrioribus remediis ac ipsa mala sunt, ciuitatem labefactare. Seneca de ira 2, 10. *In singulos seueritas imperatorum distinguitur: ac necessaria venia est, vbi totus deseruit* (Lipius mallet deliquit) exercitus.

## Bellum Cassii & Bruti.

### CAP. VII.

**B**RUTUS & Cassius sic Caesarem, quasi Tarquinium regem, depulisse regno videbantur: sed libertatem, quam maxime restitutam voluerunt, illo

illo ipso parricidio perdidere. || Igitur cæde perfecta, quum veteranos Cæsaris, nec immerito, timerent, statim è curia in Capitolium confugerunt. Nec illis ad ultionem deerat animus: (a) sed ducem non habebant. || Igitur quum apparet, quæ strages Reipublicæ immineret, (b) displicuit ultio cum consulis abolitione decreta. || Ne tamen publici doloris oculos ferrent, in prouincias ab illo ipso, quem occiderant, Cæsare datas, Syriam & Macedoniam, concesserunt. Sic vindicta Cæsaris dilata potius quam oppressa est. || Igitur ordinata magis ut poterat, quam ut debebat, in Triumuiros reipublica, relicto ad Urbis præsidium Lepido, Cæsar cum Antonio in Cassium Brutumque succingitur. || Illi comparatis (c) ingentibus copiis, (d) eandem illam, quæ fatalis Cnæo Pompeio fuit, harenam infederant. || Sed nec tum (e) imminetia cladis destinatæ signa latuere. (f) Nam & assuetæ cadauerum pabulo volucres, castra quasi iam sua circumuolabant: & in aciem prodeuntibus obuius Æthiops nimis aperte ferale signum fuit. || Ipsique Bruto per noctem, quum illato lumine ex more aliqua secum agitarer, atra quædam imago se obtulit: & quæ esset interrogata; Tuus, inquit, malus genius. (g) Hoc dixit, & sub oculis mirantis euauit. || Pari in meliora præfagio in Cæsaris castris omnia aues, victimæque promiserant: sed nihil illo præsentius, quod Cæsaris (h) medicus somnio admonitus est, ut Cæsar castris excederet, quibus capi imminebat: ut factum est. || Acie namque commissa, quum pari ardore aliquandiu dimicatū foret: & quam-

- uis duces non essent præsentés, quorum alterum corporis ægritudo, (l) illum metus & ignauia subduxissent; (k) staret tamen pro partibus inuicta fortuna & vltoris, & qui vindicabatur; primum adeo anceps fuit, & par vtrunque discrimen, vt exitus prælii docuit. Capta sunt hinc
- 11 Cæsaris castra, inde Cassii. || Sed QVANTO efficacior est fortuna quam virtus! & quam verum est, (l) quod moriens efflauit, *NON in re, sed in verbo tantum esse virtutem!* Victoriâ illi præ-
- 12 lio error dedit. || Cassius inclinato cornu suorum, quum captis Cæsaris castris, rapido impetu recipientes se equites videret, fugere arbitratus, eua-
- 13 dit in tumulum: || inde puluere & strepitu, (m) etiam nocte vicina, eximentibus gestæ rei sensum, quum speculator quoque in id missus, tardius renunciarét; transactum de partibus ratus, vni de
- 14 proximis auferendum præbuit caput. || Brutus quum in Cassio etiam suum animum perdidisset, ne quid ex constituti fide resignaret (ita enim (n) par superesse bello conuenerat) ipse quoque vni comitum suorum (o) confodiendum præbuit
- 15 latus. || Quis sapientissimos viros non miretur ad vltimum non suis manibus vsos? (p) nisi si hoc quoque ex persuasione defuit, ne violarent manus, sed in abolitione sanctissimarum (q) piissimarumque animarum, iudicio suo, (r) scelere alieno, vterentur.

NOTÆ IN CAPVT VII.

Bellum Cassii & Bruti scribunt Linius lib. 221. 222. 223. 224.  
Plut.



Plut. Antonio cap. 27. & Bruto cap. 54. Appian. de bel. civ. lib. 4. Val. Max. 1, 5, 7. & 8. [1, 8, 3, 1.] 3, 2. 4, 6, 5. 5, 1. 11. 6, 2, 5. [6, 4, 4.] 6, 3, 21. 9, 9. Eustop. 7, 1. Suetoni Aug. cap. 13. Oros. 6, 16. Front. 4, 2, 1. Lege quæ scribit Lucanus 2, 234. Camers.

Num. 2. (a) *sed duces non habebant* ] Linius 33, 15, 1. *ad rebellandum neque vires, neque duces habebant.* & 26, 22, 14. *magisque civitatis ad seditionem, quam animus deorat.* Quomodo intelligendus Sueton. Augusto 15, 3. *ut occulti aduersarii, & quos metus magis quam voluntas contineret, facultate ducis* [nam verba L. Antonii à glossa sunt] *præbita detegerentur.* Supra 2, 17, 13. *Tota certaminum moles cum Lusitanis fuit & Numantinis, nec immerito, quippe solus gentium Hispania duces contigerunt.*

3. (b) *displacuit ultio cum consiliu abolitione decreta* ] Ego quidem hæc non intelligo. suspicabar aliquando legendum *cum nomine abolitione*; ut nempe more Romano nomina quoque interfectorum Cæsaris abolerentur. quod fastus radere Tacitus 3, 17, 7. & publicitus eradere Capitolinus in Gordianis cap. 9. dixerunt. sed ad præsens propius absum ab ea sententia. ut putem *apponias* Ciceronis fuisse decreta mentionem hic fieri. legendumque; *displacuit ultio*, Ciceronis consiliu abolitione decreta. potuit enim nomen illud, utpote notissimum, paucis tantum characteribus notatum fuisse, & librariorum imperitiosiorum deinceps in errorem induxisse. Dio lib. 44. refert orationem illam Ciceronis. Stadii editio præfert, *consensu consilio. bene.*

6. (c) *ingentibus copiis* ] Quippe qui iam decem & septem legionum potentes erant. Vellei. 2, 65, 2, immo biennio non integra collegerant plusquam viginti legiones, & equitum circiter viginti millia. Plutarchus.

Ibid. (d) *eandem illam &c.* ] Virgilius Georg. 2, 490. *Romanis acriter eorum videre Philippi.* Ovidius Metamorph. 15, 824. *Emathique iterum madefient eade Philippi.* Petronius in carmine de bello civili versu 110. — *gemens iam stricibus Marte Philippi.* Sed hos erroris arcessit Lipsius ad Velleium 2, 70, 3.

7. (e) *imminentia cladis destinata signa* ] Ita Pall. tres, sed emendatum è vestigio in Naz. *imminentis cladis destinata signa.* quod & bonum est: ita tamen ut vix alteri cedat. locutioni figuratæ. Gruterus.

Ibid. (f) *nam & assuetæ &c.* ] Meminit huius prodigii Obsequens cap. 129. quem eo loco medici egentem, qua pollium, leuabo. Editur; *Latinus in Albano monte cum sacrificaretur, ex humero, a pollice leuis eror manavit.* Per Cassium & Brutum in provincia disceptionibus sociorum bella gesta. Notatum est prodigii locofuisse, quod S. Titus prætor propter dissensiones collega magistratum abrogavit, & ante annum est mortuus. Constat naminem qui magistratum collega abrogaverat, annum vixisse. Abrogauerunt autem hi: L. Iunius Brutus consul, Tarquinius Collatinus; Tib. Gracchus, M. Octavius Cicerinus; P. Tarquinius

quinus, P. Marullo: Tullius, Bruto & Cassio, pugnam aduersus Caesarem & Antonium molientibus. In castris Cassii examen apum confedit. Locus huiusmodi iussu interclusus, interius ducto vallo. Vulturum, & aliarum alitum, quibus strages cadauerum patulo est, ingeni vis exercitum aduolauit. Qui locus & scriptura & distinctione diuersis partibus foedatus, ita forte restitui queat; *Latinus in Albano monte cum sacrificaretur, ex humero ac pollice Iouis (ita Dio lib. 47. pag. 400.) cruor manabit. Per Cassium & Brutum in prouinciis direptionibus sociorum bella gesta. Notatum est prodigii loca fuisse, quod P. Titus praetor propter dissensionem collegae magistratum abrogauit, & ante annum est mortuus. Constat neminem qui magistratum collegae abulerat, annum uixisse. Abrogauerunt autem hi: L. Iunius Brutus eos. Tarquinio Collatino. (supra 1, 9, 3.) Tib. Gracchus, M. Octauo. (supra 2, 14, 5.) Corn. Cinna, L. Cornelio Merula. (Appianus de bel. ciu. lib. 1. pag. 392. quamuis & apud Dionem lib. 46. pag. 368. Mægvd. & est pro Μεγδαλ.) & Flauio. (Dio ibid.) Bruto & Cassio pugnam aduersus Caesarem molientibus, in castris Cassii examen apum confedit. &c.*

8. (g) hoc dixit ] Nazariano non adest, dixit. recte. Gruterus.

9. (h) medicus Casarius ] Vide Plut. Ant. cap. 28. Appian. de bel. ciu. lib. 4. pag. 553. Vellei. 2, 70, 4. Val. Max. 1, 7, 1. Lactant. 2, 8. citatos Berneggero ad Suetonium Augusto 13, 1. d.

10. (i) illam metus & ignauia subduxissent ] Plut. Antonio cap. 28. Sunt qui serpsierunt, non interfuisse praelio Antonius, sed post pugnam, confestantibus iam hostes suis, superuenisse. Adde eundem Bruto cap. 61.

Ibid. (k) staret tamen &c. ] De auspiciis imperatorum etiam absentium, quantumque in eo momenti sit, vide Gruterum discursu primo in Tacitum. Adde disceptationem elegantem, eadem ratione finitam apud Val. Max. 2, 8, 2.

11. (l) quod moriens &c. ] Dio extremo lib. 47. recitasse Brutum Herculis quoddam dictum refert, tali sensu verborum: *O infelix virtus itane, cum nihil quam nomen esses, ego te tanquam rem aliquam, exercui, cum tu fortuna seruires. hoc & Alciatus in Emblematis ita expressit:*

*Lamiam stricte uir moribunda in pectora ferrum,*

*Audaci hos Brutus protulit ore sonans*

*Infelix virtus, & solis prouida verbis,*

*Fortunam in rebus cur sequeris dominam? Stadius.*

Et hic forte sit verius, quem Bruto pronunciatum excidisse sibi ait Voluminus apud Plut. Bruto cap. 74.

13. (m) etiam nocte ] Salmasius diuidit, & iam nocte.

14. (n) par superesse bello conuenerat ] Apparet corruptum esse locum hunc, praefertim dissentientibus etiam membranis, quarum dua voce n par omnino omittunt, quomodo & e. v. Naz. autem persuperesse praefert. Vnde Salmasius pra superesse, hoc est potius quam superesse: fortassis etiam legi possit; ita enim super esse bello conuenerat. Vide omnino Plut. Bruto cap. 58.

Ibid. (o) *confodiendum praeiust latus*] Sic o. Pall. & impressi plerique: paullo ante. *auferendum praeiust caput.*

15. (p) *nisi si hoc quoque ex persuasione defuit*] Sic prorsus v. e. ut velit hoc defuisse ipsis ex secta Stoicæ disciplina, non quod non auderent. vulgati, *nisi hoc quoque ex persuasione non defuit.* quomodo quidem Pal. tert. sed non prim. ac sec. Gruterus.

Ibid. (q) *piissimarumque*] Alii *pienitissimarumque*, sed prius habet v. e. & nonnulla alia, item duo Pall. quippe Naz. *pietatisissimarumque.* Gruterus. *Utumque pienitissimus & piissimus reddedi. ci.* ex inscriptionibus vetustis ostendit Vinerus hoc loco.

Ibid. (x) *seclere alieno*] Sic Darius apud Curtium 5, 12, 11. *Forstian mireris quod vitam non finiam: alieno seclere quam meo mori malo.* A qua sententia non longe distat quod de Carthaginiensibus est supra 2, 15, 9. *Patriam suam malebant hostium manibus, quam suis euerri.*

## Bellum cum Sexto Pompeio.

### CAP. VIII.

SVblatis percussoribus Cæsaris, supererat Pompeii domus. (a) Alter iuuenum in Hispania occiderat, alter fuga euaserat: contractisque infelicis belli reliquiis, quum insuper ergastula armasset, Siciliam, Sardiuiamque habebat. || Iam & 2 classe medium mare infederat, o (b) quam diuersus à patre! Ille Cilicas extinxerat: hic secum (c) piratas nauales agitabat. || Tanta mole belli penitus in Siculo freti iuuenis oppressus est: magnaque famam ducis ad inferos secum tulisset, si nihil tentasset ulterius: nisi quod (d) M A G N Æ indolis signum est, sperare semper. || Perditis enim rebus profugit; Asiamque velis petit, venturus ibi in manus hostium, & catenas, & (e) quod miserrimum est fortibus viris, ad hostium arbitrium sub percussore



5 percussore moriturus. || Non alia post Xerxem miserabilior fuga. quippe modo trecentarum quinquaginta nauium dominus, cum sex septemve fugiebat, extincto (f) Prætorix nauis lumine, anulis in mare abiectis, pauens atque respectans, & tamen non timens, ne petiret.

## NOTÆ IN CAPVT VIII.

Quæ hoc capite continentur, scribunt Liuius 127. 128. 129. Sueton. Augusto capite 16. Copiosius Appian<sup>o</sup> de bel. ciu. lib. 5. pag. 741. Eutrop. 7. 1. Orof. 6. 16. Plin. 7. 45. Solin. cap. 3. Lege carmina quæ cap. 5. adscripsimus. Hoc bellum canit eleganter Horatius ode nona Epod. Camers.

Num. 1. (a) alter iuuenum] Cn. Pompeius. de quo supra 4. 2. 36.

2. (b) quam diuersus à patre] Videntur & hæc mutuo sumpta à Lucano. ille enim 6. 422.

*Polluit aquareos Siculus pirata triumphos.*

Ibid. (c) piratas nauales] Qui isti nauales piratæ? an sunt aliqui terrestres piratæ? Nauales piratas vocat classẽ Sexti Pompeii. Cum enim vulgo piratæ myoparonibus tantum aut lenunculis mare infestent: illi nauibus & triremibus, vt in magna classẽ infestum reddebant. Salmasius.

3. (d) magna indolis signum est sperare semper] Hoc voluit Plotius Firmus præfectus prætorio sub Othone apud Tacit. H. 2. 46. 7. fortes & strenuos etiam contra fortunam insistere spei.

4. (e) quod miserrimum est fortibus viris &c.] Vere miserrimum. cui foeditati vt se subducant homines, mortem sibi ipsis inferunt, si villo modo possunt; aut adeo confodiuntur strenue pugnantes; quemadmodum exemplorum non contemnenda copia ostendi ad Tacit. 4. 25. 7. Vocat hoc ipsum, sibi consulere, Iustinus extremo libro quarto. Gruterus.

5. (f) prætorix nauis lumine] Legitur & prætorio nauis lumine. iussit autem Pompeius lumen suæ nauis extingui, vt ne noctu, quo fugeret, id indicaret. Dio lib. 48. pag. 449. In prætorix Scipionis naue, insigne nocturnum trium luminum est apud Liuium 29. 25. 9. Vinetus. Est autem lumen istud, ignis quo naues prætorix reliquis præluere solent, nempe vt eundem cursum teneant. Dio citato loco.

*Bellum Parthicum duce  
Ventidio.*

## CAP. IX.

**Q**uamuis in Cassio & Bruto partes sustulisset; in Pompeio totum partium nomen habuisset: nondum tamen ad pacis stabilitatem profecerat Cæsar, quum scopulus, & nodus, & mora publicæ securitatis superesset Antonius. || **N**EC ILLE defuit vitiis, quin periret, imò omnia expertus ambitu & luxuria, primū hostes, deinde ciues, tandem etiam (a) terrore sui sæculum liberauit. || Parthi clade Crassiana altius animos exerant; **C**IVILES QVE populi Romani discordias læti acceperant: itaque (b) vt prima adfulsit occasio, nō dubitauerunt & erumpere, vltro quidem (c) inuitante Labieno. qui missus à Cassio Brutoque (d) (**Q**UIS furor scelerum!) sollicitauerat hostes in auxilium: || & illi Pacoro duce, regio iuvene, dissipant Antoniana præsidia. (e) Saxa legatus, ne veniret in potestatem, à gladio suo impetravit. || Denique ablata Syria, emanabat latius malum, (f) **H**O TIBVS sub auxilii specie sibi vincentibus; nisi (g) Ventidius, & hic legatus Antonii, incredibili tel citate & Labieni copias, ipsumque Pacorum, & omne in Parthicum equitatum, toto inter Orontem & Euphratem sinu late cecidisset. || Viginti amplius millium fuit. nec sine consilio ducis. qui simulato metu adeo passus est hostem castris succedere, donec absumpto

absumto iactus spatio, adimeret vsum sagittarum. Rex fortissime dimicans cecidit. || Mox (h) circumlato eius per vibes quæ descenderant capite, Syria sine bello recepta. Sic Crassianam cladem Pacori cæde pensauimus.

NOTÆ IN CAPVT IX.

Hoc bellum scribunt Linius lib. 127. & 128. Late Plut. Ant. nio cap. 44. Appianus in eo libro qui Parthicus inscribitur, co- piose. Iustin. 42, 4. 7. Eutropius 7, 2. Orosius 6. 16. Multa Gellius 15, 4. & Val. Max. 6, 9, 9. Frontin. 1, 1, 6. & 2, 2, 5. do- cet quo actu Parthos superauit Ventidius. hic primus Romano- rum Parthos superauit. Auctoy Euseb. in temporibus. Camers.

Nam. 2. (a) *terrore sui seculum*] Sic editio Stadii, sensu com- modissimo, ceteræ enim terra seculum.

3. (b) *in prima adfulsit occasio, non dubitauerunt & erumpere*] Sic Palat. prim. nam sec. fluxit. tert. affluxit. ceterum concorditer seruant illud & quod hæctenus defuit editis libris, qui idem affulsi. Gruterus. Nostra v. e. habet adfulsit.

Ibid. (c) *mutante Labieno*] Lege Dionem lib. 48. pag. 424. Meminit Appianus de bel. Parth. pag. 155. Epit. Liu. 127. & Vellei. 2, 78, 2.

Ibid. (d) *(quis furor scelerum!)* Alii *quis furor scelerum sine exclamatione, quam affectat Florus. ita supra 1, 7, 7. (qua superbia!)* 2, 6, 39. (*o pudor!*) infra 4, 12, 24. (*o securitas!*) & alias passim.

4. (e) *Saxa*] Sic Pal. pi. ac terr. quomodo & editio Stadiana. Ita vocatur Appiano pr. Parthici & Syriaci pag. 120. Epitoma Liniæ 127. *Decidit Saxa.* Velleius nomen non exprimit: præ- terea interfectum non sua manu, sed hostili tradit. cui & Dio lib. 48. pag. 425. assentit.

5. (f) *hostibus sub auxilii specie, sibi vincentibus*] Belle istud fit. sic & supra habuimus 3, 21, 22. *sub specie partium se vindicant.* nec abiudit illud Thucydidis 3, 12, 13. *Et per septem dies quos Eurymedon cum sexaginta nauibus profectus, transferat; Corecyæ eos interfecerunt, quos inimicos esse dicebant, crimini quidem illis dantes, quod popula- tum statum euerterent. sed nonnulli etiam ob inimicitias priuatas, alit- etiam propter pecunias, quæ ipsis debebantur, a debitoribus, qui eas acce- perant, interfecti fuerunt.* Gruterus. Thucydides exemplo simi- lia eueniunt inter proscriptiones Romanas sub Syllia, & Tri- umuiris.



Ibid. (g) *Ventidius*] Lege Gellium 15. 4. Val. Max. 6, 9. 9. Hic primus Romanorum Parthos superauit. Auctor Eusebius in temporibus. Addit Appianus Parthico pag. 157. *Hic solus ad hanc diem de Partho triumphauit, virebscuro generis, ad tantam amplitudinem prouectus per amicitiam Antonii. Camers. Retulit hunc Plinius 7, 43. inter exempla variantis fortunæ, quæ triumphare P. Ventidium de Partho voluit quidem solum; sed eundem in triumpho Asculano Cn. Pompeii Strabonis duxit puerum: quanquam Massurius auctor est, bis in triumpho ductum: Cicero, milionem castrensem suffarraneum fuisse: plurimi iuuentam inopem in caliga militari tolerasse. Vide & Velleium 2, 65, 5. & parodian illam ex Catulli Phaselo, Sabini ille &c. quæ est in appendice Virgiliana, cum eruditissimis magni illius Scaligeri notis. Victoriâ hanc Parthicam tangit & Tacitus Germ. 37, 7. infra *Ventidium desectus Oriens*. Meminit & Iustinus 42. 4, 6. Horatius Od. 3, 6. Plut. Antonio cap. 44. Iosephus antiq. Iud. 14, 24.*

6. (h) *circumlato eius per vrbes &c. capite &c.*] Variis de causis amputata viroꝝ insignium capita circumlata, aut alio mîsa fuere: præsertim autem in fidem victoriæ, & terrorem hostium. Exempla sunt quam plurima, vt in capite *Aladoli*, quod iussu *Selymi*, vt omnibus ludibrio foret, per totam *Asiam* circumlatum: ac mox quoque in testimonium partæ victoriæ *Venetis* ad senatum facta ostentatione transmissum est. *Iouius Hist. lib. 17. pag. 780. M. Antonii* oratoris, quod in *Marii* mensis expositum supra 3, 21, 14. *Asdrubalis*, quod ante *Annibalis* castra proiectum. *Liuius 27, 53. xi. Erana*, qui *Isaacium Angelum* imperio pellere molitus erat, per forum *Constantinopolitanum* traductum. *Nicetas* de rebus *Isaacii* lib. 1. pag. 192. *Decimus Brutus*, quod ad *Antonium* missum est. *Appianus* sine tertii ciuiliū. *Cæsarii Riffis*, quod ad *Antonium* triumuirum delatum est. *Val. Max. 9, 5, 4. Caranus*, quod in rostris expositum supra 4, 6, 5. *Clodii Albini*, quod *Seuerus* excisum pilo circumtulit, *Romanque* misit, literis ad senatum datis, quibus insultabat, quod *Albinum* tantopere dilexissent. *Capitolinus Albino. cap. 9. Constantini* ultimi *Gracorum* imperatoris, quod *Mahomethus* iussu abscissam, per urbem & tota castra est ad ludibrium gesturum, *Sabellicus Ennead. 10. lib. 6. princ. Crassi*, quod ad regem *Parthorum* reportatum. supra 3, 11, 11. *Cunimundis*, de quo poculum feris *Alboinus Paul. Diaconus* de gest. *Langob. 2, 28. Curionis*, quod reiectum ad *Iubam* perlatum. *App. ciu. 2. p. 456. Cyri*, quod in vr̄e humano sanguine repletū conici *Tamyris* iussit. *Iustinus 15, 13. Euryali*, quod arreptū in hastâ præfixere *Rutuli*. *Virgilius Æn. 9, 465. Galba*, quod per *lxx. uicatos* que suffragium laceratusque, ante *Patrovi* tumulum, postera demum die reperi- tum. *Tacitus H. 1, 49. 2. Golanthi*, quod *Dauid* attulit in *Ierusalem*. *Reg. 1, 17, 54. C. Gracchi*, quod ad eos. *relatum percussoribus* iure percutatum est. supra 3, 15, 6. *Induciomari*, quod ad *Galatrem* relatum.

relatum. supra 3, 10, 8. Labieni, quod ad Cæsarem relatum. Appianus 2. ciuiliū pag. 493. C. Marii iunioris, quod ad se relatum Sylla pro rostris posuit. Idem 1. ciuiliū pag. 408. Marii Marii, quod Præneste missum. Idem Ibidem. & Hist. Miscella 1, 18. Nicanoris, quod Iudæi suspenderunt, contra Ierusalem. Maccab. 2, 7, 47. Nicephori, quod Bulgarorum rex Crumus contempserat, omnibusque demonstrauit. Cedrenus pag. 396. Nisi, quod arreclis in hastis praefixerunt Rutuli. Virgilius Æn. 9, 465. Octauii cos. quod pro rostris expositum. supra 3, 21, 14. Orebi principis Madianitæ, quod portatum ad Gedeonem. Iudic. 7, 25. Oloferni, quod Iudæi suspenderunt super muros Bethulia. Iudith. 14, 7. Philisti, quod à Syracusanis demptum. Plutarchus Dione cap. 45. Pompei Magni, quod à Ptolemao Cæsari missum. Dio lib. 42. pag. 212. Cn. Pompeii filii, quod Cæsari allatum. Et populo datum est in conspectum. Hirtius de bello Hispan. cap. 39. Posthumii, quod in vsum vasis vertere Boii. Liuius 23, 24, 15. Proscriptorum Sulla, deinde Triumuiris iubentibus. Romanorum in Macedonia, quæ Thraces Perseo militantes hastis affixa in castra retulerunt. Liuius 42, 60, 2. Saulis, quod miserunt in terram Philistinorum per circuitum. Regum 1, 31, 9. Seruilis, quod veruto suffixum allatum Annibali. Silius 17, 312. Stolas Moscorum ducis, ex quo Cures Pacinacorum princeps poculum fieri curauit. H. Henninges in Geneal. Moscorum. Vari, quod ad Cæsarem relatum. Appianus ciuiliū 2. pag. 493. Zebi, quod portatum ad Gedeonem. Iudic. 7, 25. Sic apud Virg. Æn. 12, 511.

Turnus equa detectum Amycum, fratremque Diorem

Congressus pedes, hunc venientem, cuspidè longâ,

Hunc mucrone ferit, curruque abscissâ duorum

Suspendit capita, & vorantia sanguine portat. Similis mos

Scytharum apud Herod. 4, 54. Gallorum apud Strabon. lib. 4. pag. 136. De Thracibus est supra 3, 4, 2.

Ibid. (h) pensauimus ] Eoque magis, si, quod scribit Eutropius lib. 7. interfectus est eo ipso die quo olim Orodes Perfarum rex per duces Surenam Crassum occiderat.

## Bellum Parthicum cum Antonio.

### CAP. X.

**E**XPERTIS inuicem Parthis atque Romanis,  
QUVM Crassus atque Pacorus vtrunque viri-

um mutuarum documenta fecissent; (a) pari rursus reuerentia (b) integrata amicitia: & quidem ab ipso fœd<sup>o</sup> Antonio cum rege percussum. || Sed 2  
 immensa vanitas hominis, D V M titulorum cupidine, Araxem & Euphratem sub imaginibus suis (c) legi concupiscit; neque causa, nec consilio, ac ne imaginaria quidem belli (d) indictione, (e) quasi hoc quoque ex arte ducis esset, obrepere; relicta repente Syria in Parthos impetum facit. || (f) Gens præter armorum fiduciam calida, (g) simulat trepidationem, & in campos fugam: hic statim quasi victor sequebatur: quum subito nec magna hostium manus, ex improviso, & iam in fessos via, sub vespere, velut nimbus erupit, & missis vndique sagittis duas legiones operuerunt. || Nihil acciderat in comparationem 4  
 cladis, quæ in posterum diem imminebat, nisi interuenisset deum miseratio. (h) Vn<sup>o</sup> ex clade Crassiana Parthico habitu castris adequitat, & salute Latine data, quum fidem ipso fecisset, quid immineret edocuit; || iam affuturū cum omnibus copiis 5  
 regem: irent retro, peterentque montes: sic quoque hostem, fortasse non desore. atque ita sequuta est minor vis hostiū quam imminebat. || Adfuit tamen; 6  
 deletæque reliquæ copiarum forent, nisi urgentibus telis in modū grandinis, quadā forte, quæ docti, (i) procubuissent in genua milites, & elatis super capita scutis, cæsorū speciem præbuisent. || Tum 7  
 Parthus arcus inhibuit. deinde Romani quum se rursus extulissent, adeo res miraculo fuit, ut vnus ex barbaris miserit vocem; *ite & bene valere Romani,*



mani. merito<sup>(k)</sup> vos victores fama gentium loquitur,  
 8 qui Parthorum tela<sup>(l)</sup> fugistis. || Non minor ex aqua  
 postea, <sup>(m)</sup> quam ab hostibus clades. infesta  
 primum fiti regio. tum quibusdam <sup>(n)</sup> Salma-  
 cidis fluvius infestior. nouissimeque iam ab  
 9 inualidis & auide hauriebatur: quum noxiæ et-  
 iam dulcis fieret. || Mox & ardores per Armeni-  
 am; & niues per Cappadociam; & vtriusque cæ-  
 10 li subita mutatio pro pestilentia fuit. || Sic <sup>(o)</sup> vix  
 tertia parte de sedecim legionibus reliqua, quum  
<sup>(p)</sup> argentum eius passim dolabris concideretur;  
 & subinde inter moras mortem à gladiatore suo  
 efflagitasset egregius imperator; tandem <sup>(q)</sup> perfu-  
 git in Syriam, IBI incredibile quadam mentis  
 væcordia ferocior aliquanto factus est: quasi vi-  
 cisset qui euaserat.

## NOTÆ IN CAPVT X.

Auctores historiae sunt Epit. Liu. 130. Plutarchus Antonio  
 cap. 49. &c. Appianus Parthico. Iustinus 42, 5, 3. Eutropius 7, 1.  
 Orosius 6, 16. Frontinus 2, 3, 15. 2, 13, 7. Camers.

Num. 1. (a) *pari rursus reuerentia* ] Supra 4, 2, 20. f.

Ibid. (b) *integrata* ] Est à v. e. alix; *integra*. quomodo tamen  
 nullus Palatinorum. Gruterus.

2. (c) *legi* ] Ita Pall, ita v. e. & sequentes. Vineti, *labi*. quod &  
 ad oram Camertis. vtrumque habeo quomodo defendam. arri-  
 deretque magis *labi*, si stabiliret id aliquis manu scriptorum.  
 Gruterus.

Ibid. (d) *indictione* ] Sic v. e. seqq. omnes *condicione*, quod &  
 in Pal. sec. ac text. sed non etiam primo. Gruterus.

Ibid. (e) *quasi hoc quoque ex arte duci esset, obrepere,* ] Elegans  
 hæc lectio debetur Pal. pr. ac tert. antea impressi, *quasi hoc quoque*  
*arte duci præripere*. quomodo & Pal. sec. sed tamen absque illis  
*arte duci*. Gruterus.

3. (f) *Gens*] Sico. Pall. & I. quidam. nam vetustissimus; *Qua gens*. minus bene.

Ibid. (g) *simulat* trepidationem, & *in campos fugam*] Proprio quodam gentis huius instituto. Vide Gebhardum ad illa Pro-  
pertii 2, 8, 54.

*Parthorum astuta tela remissa fuga.*

qui inibi doctissime explicatur; sensus tamen comptior etiam redderetur mutatis diphthongis in primam literam;

*Parthorum astuta tela remissa fuga.*

& Berneggerum ad illa Iustini 41, 2, 7. *Sape etiam fugam simulant, ut incautiores aduersum vulnera insequentes habeant.* Hinc Virgilius Georg. 3, 30. dixit;

*Fidentemque fuga Parthum, versisque sagittis.* Sidonius Carm. 7, 85.

*Vel cum diffugiunt, fugiendos tum magis Persas.*

4. (h) *Vnus ex clade Crassiana*] Idem Velleius 2, 82, 4. *Captiuus cuiusdam, sed Romani, consilio ac fide seruatus, qui clade Crassiani exercitus captus, cum fortunam, non animum mutasset; accessit nocte ad stationem Romanam, prædixitque, ne destinatum iter peterent, sed diuerso siluestrique peruaderent.* Plutarchus tamen Antonio cap. 55. & exscriptor eius, qui Appiani nomine circumfertur, (cum Appianus Plutarchi coætaneus, ne si voluisset quidem, furta tam insignia potuisset impune facere;) *Mardum* quendam videntur huius consilii auctorem laudare, sed videntur omnino enim rescribendum pro *ἀνὴρ τῶ γένει Μάρδος. ἀνὴρ τῶ γένει Μαρσός.* quod & sequentia firmant; *motum Parthorum ex diutino usu peritus.* nam hæc ipsa sunt indicio loqui Plut. de captiuo Crassiano, qui inter Parthos confederit. qua de re Horatius Carm. 3, 5.

*Milesne Crassi, coniuge barbara*

*Turpis maritus vixit. & hostium*

(*Pro auria, inuersisque mores!*)

*Consenuit socerorum in armis.*

*Sub rege Medæ, Marsus, & Appulus.*

Nam Parthi seruis etiam viuunt in bellis suis. Denique (verba Iustini 41, 2, 6.) *Antonia bellum Parthis inferenti, cum L. M. equitum occurrerent, soli CCCC. liberi fuere.* In eisdem excerptis Plutarchi, quæ sub Appiani nomine legi prædiximus, mendum insigne est, in hac ipsa historia, quod eadem opera tollemus, editur; *τὰς δὲ μηχαναῖς ἐλόητες οἱ βαρβαροὶ, διέφθειραν παραπόδης, ἐν οἷς καὶ πολέμων ἦν ὁ βασιλεὺς.* machinis in potestatem suam redactis, barbari multos interfecerunt, & in his Polemonem regem. Sed Polemon captus tantum est, non occisus hoc prælio, quod & Dio scribit lib. 49. supplendum igitur ex Plut. Ant. 51. *τὰς δὲ μηχαναῖς ἐλόητες οἱ βαρβαροὶ διέφθειραν. ἐῖλον δὲ παραπόδης, ἐν οἷς καὶ πολέμων ἦν ὁ βασιλεὺς.*

6. (i) *procubuisse in genus*] Testudine facta, quam latius describit Dio lib. 49. pag. 468. Meminit & Frontin<sup>o</sup> 2. 3. 15. Vide Stevetchii notas ad Vegetium 2, 16.

7. (k) *vos victores fama gentium loquitur*] Haud alio positu Pal. prim. ac tert. ac secundus; *victores gentium fama loquitur*. Gru-terus.

Ibid. (l) *fugistis*] Sic omnino Nazarianus ac Pal. tert. [ & editio nostra verus ] nam sec. *fudistis*. inepte vulgo, *fertis*. Gru-terus.

8. (m) *quam ab hostibus clades*] Sequutus sum mss. Vineri, quibus adstipulatur Pal. sec. & est hic Flori genius: alii libri *excepta* aut *accepta* inserunt, male.

Ibid. (n) *salmacidis fluvius &c.*] Retinui lectionem vsitatam, falsam tamen. nullum enim fluvium hoc nomine reperias, nam Ortelius qui in thesaurum Geographicum eum retulit, huius loci scriptura falsus est. Magis etiam illi, qui à fonte Salmacis hoc deductum putant. nam apparet de falsis aquis simulque acidis loqui auctorem, vnde olim conieceram pro *Salmacidis fluvius* legendum. *falsis ac acidis fluvius*. Iam autem omnino veram esse puto Salmasii correctionem, qui hoc loco, aliorumque auctorum, quibus id vocis reperitur, legit *salinacidus*, voce ex sale & acido composita. Vide ipsum in Solinum pag. 115. Distinctionem autem & sensum totius loci quod attinet, ita scriptum velim; *Infecta primum siti regio; tum quibusdam salinacidis fluvibus infectior: novissime, quum sati ab inualidis & auide hauriebantur, noxia etiam dulces fuere.*

10. (o) *vix tertia parte de XVI. legionibus reliqua*] Nimis exaggerare videretur cladem Antonii. nam Plut. Ant. cap. 66. & scriptor eius *viginti millia peditum, & quatuor equitum*. Velleius 2. 82. *haud minus partem quartam militum, calonum, seruisque desideratum esse* scribunt. Item XIII. tantum legiones Antonio tribuit, pro nostro tamen auctore stat Iustinus 42. 5. 3. *huic* (Phrahati) *Antonius bellum cum XVI. validissimis legionibus intulit*. quin & Plutarchus Antonio peditum Romanorum LX. M. fuisse dicit, qui numerus eo saeculo XVI. circiter legiones expleverit. Vide Lipsium de militia Romana 2, 5. vt forsitan in Velleio reponendum sit ita XVI. pro XII.

Ibid. (p) *argentum eius passim*] Sic mss. quanquam hoc non solum de argento Antonii factum, sed quicquid auri, argenti, pretiosi fuit in toto eius exercitu, id omne ab ipsis eius militibus direptum est, & concisum; ipsique interfecti plerique qui haberent. vt Plut. Ant. cap. 64. & Appianus narrant. Vincetus, In quibusdam impressis omittitur vocula *eius*.

Ibid. (q) *perfugit in Syriam. ibi*] Est à Pal. pr. ac tert. vulgati



enim meliores; profugit in Syriam. ibique, quæ enclitica ne quidem in sec. alii editi; profugit in Syriam, ubi. Gruterus.

## *Bellum cum Antonio & Cleopatra.*

### CAP. XI.

**F**VRORE Antonii quatenus (a) perambitum non interiret, luxu & libidine extinctus est. Quippe post Parthos, quum exosus arma in otio ageret, captus amore Cleopatræ, quasi bene gestis rebus, in regio se sinu reficiebat. || Hæc mulier Ægyptia, (b) ab ebrio imperatore, pretium libidinum (c) Romanum imperium petit. Et promisit Antonius; quasi facilius esset Partho Romanus. || Igitur dominationem parare, nec tacite: sed (d) patriæ, nominis, togæ, fascium oblitus, (e) totus in monstrum illud (f) ut mente, ita animo quoque, & cultu desciverat. Aureum in manu baculum; ad latus acinaces; purpurea vestis (g) ingentibus obstricta gemmis; diadema (h) aderat, ut regina rex ipse frueretur. || Ad primam novorum motuum famam Cæsar à Brundisio traiecerat, ut venienti bello occurreret: positisque in Epiro castris, (i) Leucadem insulam, montemque Leucaten, & Ambracii sinus cornua, infesta classe succinxerat. || Nobis quadringentæ amplius naues; ducentæ non minus hostium: sed numerum magnitudo pensabat. Quippe (k) à senis in novenos remorum ordinibus; ad hoc turribus,

atque

atque tabulatis alleuata, castellorum, & vibium specie, non sine gemitu maris, & labore ventorum ferebantur. **QV**Æ quidem <sup>(l)</sup> ipsa moles extio fuit. || Cæsaris naues à triremibus in senos, non amplius ordines creuerant. **ITA QV**Æ habiles in omnia quæ vsus poscebat, ad impetus & recursus flexusque capiendos, illas graues, & ad omnia præpeditas, singulas plures adorta, missilibus simul, tum rostris, ad hoc ignibus iactis, ad arbitrium dissipauere. || Nec vlla re magis hostilium copiarum apparuit magnitudo, quam post victoriam. Quippe immensa classis, naufragio belli facti, toto mari <sup>(m)</sup> ferebatur. Arabumque, & Sabæorum, & mille aliarum gentium Asiæ spolia, purpuram aurumque in ripam assidue **8** mota ventis maria reuomebant. || Prima dux fugæ regina, <sup>(n)</sup> cum aurea puppe, veloque purpureo, <sup>(o)</sup> se in altum dedit. Mox sequutus Antonius: **9** **S**ED instare vestigiis Cæsar. || Itaque nec <sup>(p)</sup> præparata in Oceanum fuga; nec munita præsidis vtraque Ægypti cornua, Parætonium, atque Pelusium profuere. prope manu tenebantur. Prior ferrum occupauit Antonius. Regina ad pedes Cæsaris prouoluta tentauit oculos ducis, frustra. Nam pulcritudo <sup>(q)</sup> intra pudicitiam principis fuit. || **10** Nec illa de vita quæ offerebatur, sed de parte regni laborabat. Quod vbi desperauit à principe, <sup>(r)</sup> seruarique se triumpho vidit, incautorem nacta custodiam, in Mausoleum se <sup>(s)</sup> (se-pulcra regum sic vocant) <sup>(t)</sup> recipit. || ibi <sup>(u)</sup> maximos, vt solebat, induta cultus, in <sup>(x)</sup> differto odoribus

odoribus folio, iuxta suum se collocavit Antonium: admotisque ad venas serpentibus, sic morte quasi somno soluta.

## NOTÆ IN CAPVT XI.

Quæ hic scribuntur, habentur à Liuiio 130. & tribus sequentibus. Late Plutarch. Antonio. Suetonius Augusto cap. 17. & 18. Eutrop. 7, 2. Orosius 6, 17. Val. Max. 3, 8, 8. August. Ciuit. 3, 30. Lactantius 2, 8. Lege quæ scribit Plinius 9, 35. 21, 3. 33, 3. Macrob. Saturn. 2, 13. Camers. Adde Vellei. 2, 84. & Dion. lib. 50. in fin.

Num. 1. (a) *per ambitum*] Ita v. c. & Pal. pr. quibus concordat & nostra. pro *interieret*, melius fortasse legeretur, *interierat*, pendent hæc omnia ex dictis supra 4, 9, 2.

2. (b) *ab ebrio imperatore*] Scribit Plinius 14, 22. M. Antonium hominem ebrium fuisse, edito etiam volumine de sua ebrietate, patrocinari sibi ausum. Camers. Ebriositas illa creberrime ei exprobratur à Cicerone. Vide quæ Sauro notauit ad illa Sidonii Car. 7, 95. — *profugisque bibax Antonius armis.*

Ibid. (c) *Romanum imperium petit*] Ouid. Metamorph. 15, 826.  
*Romanique duci coniunx Egyptia, tædæ  
 Non benefisa cadet; frustra que erit illa minata,  
 Seruitura suo Capitolia nostra Canopo.*

Item Fast. 1, 710. Idem scribit Horatius Carm. 1, 37. Propert. 2, 1, Latius 4, 7. Meminit Iuuenalis satyra 2, 107. Plura Virg. Æn. 3, 675. Camers. Desumpsisse autem videtur Florus ex illo Propertii 3, 9. à Rubenio Electorum 2, 2. correcto:

*Coniugii obscæni pretium Romana poposcit  
 Mania. & addictos in sua iura patres,*

3. (d) *patria, nominis, togæ, fascium oblitus*] Respexit ad illud Horatii Carm. 3, 5.

*Anciliumque, nominis & togæ Oblitus.* — Salmasius.

Ibid (e) *totus in monstrum illud*] Sic o. Pall. & editio nostra vetus; nisi quod etiam pro *in* seruant *vt*.

Ibid. (f) *vt mente, ita animo quoque & cultu*] Non video cur hoc loco debeat animus & mens opponi. potius legendum fuerit *amictu*. vt sequentia volunt. *purpurea vestis ingentibus obscritæ gemmis.* ad cultum refero ista alia; *Aurum in manu baculum &c.* Vult igitur, cum mentem suam, qua patriæ caritatem, mores, disciplinam



disciplinam pridem exuerat, etiam externis iudiciis, amictu nempe cultuque testatum.

Ibid. (g) *ingentibus obstricta gemmis*] Ex gemma in fibulis, ut interpretatur Salmasius ad Spartianum Hadrianum cap. 10. Siue fortassis in ipsa purpura, ut hodieque moris est: quamuis verbu obstricta, priorem potius interpretationem admittat.

Ibid. (h) *aderat*] Ista vox omnino displicet. nihil tamen expeditio, nisi forte legendum sit; *diadema, adoratio*. quæ à Persis in Alexandrum, eiusque successores propagata est. & hoc verbum præcipue conueniret cultui, cuius modo facta mentio.

4. (i) *Leucadem*] Hic d in r mutabat verus codex. Est *Leucas*, nomen declinatum ut Pallas, insula Epiri. Est eiusdem insulæ vrbs *Leucas*. & *Leucas* quoque eiusdem loci promontorium: si nihil mendii sit apud Ptolemæum geographum. *Leucata* vero, & *Leucates* idem illud *Leucadi* insulæ promontorium, mons, & petra, cuius genitiuus casus est Æneidos 3, 374. *Mox & Leucata nimboſa cacumina montis*. ac accusatiuus Æneidos 3, 677.

*Feruere Leucaten, auroque effulgere fluitus*. at ablatiuus apud Liuium 26, 26, 1. *superato Leucate promontorio*. & in Ausonii Cupidine ruci affixo:

*Et de nitoboso saltu Leucate minatur*. Cuius obliqui vltimã vocalem quia corripit poëta, videntur antiqui *Leucates* declinasse, non solum ut Anchises. verum etiam ut vates. Hinc factum, ut hæsitauerim, *Leucaten* ne, an *Leucatem* hoc loco reponerem: quem casum accusandi, librarius antiquus compendio vltimæ literæ sic contraxerat, *Leucatè*. Vinetus. Pall. o. habent *Leucadam*. *Leucada* pro *Leucas*, ut *Persida* pro *Persis*, *Elida* supra pro *Elis*, *Chalcida* pro *Chalcis*. Festus, *Chalcidicum genus adificii ab vrbe Chalcida dictum*. Sic *Tritonida* *Tritonida*, pro *Tritonis Tritonidis* apud eundem Salmasius. Apud Iuuenalem 8, 241. ita scribitur:

quantum non Leucade, quantum

*Thessalia campu Octavianu abstulit vdo,*

*Cædibus assiduus gladio.* — —

5. (k) *a senis in nouenos*] Imo à trinis in denos. ut Plutarchus Ant. cap. 83. auctor est: aut à quaternis ad denos, ut Di o princ. lib. 51. videtur innuere: vel ut Strabo lib. 8. pag. 225. ab vno ad denos. Porro mirabilius certe earum nauium moles extitit: cum ordines illi siue gradus in altitudinem computentur, ut contra Bayfium ostendit Scaliger ad numeru Eusebianaum MCCXXX. Immanis autem illa nauis quam Ptolemæus Philopator fabricatus est, quadraginta ordinum 280. cubitorum longitudines; altitudinis autem vique ad summam partem, puppi a uodequinquaginta: nautis extra remiges quadringentis instructum; remigum quatuor millibus. ad hæc milites armatos capiebat in foris & tabularo paullo minustria millia. Plutarchus Demetrio cap. 59. Posset autem ista classis Antonianæ descriptio,

scriptio, non etiam absurde, indui Hispanæ illi, quæ in spem occupandæ Angliæ comparata fuit sæculi superioris anno 83.

Ibid. (1) *ipsa moles exitio fuit*] Vide supra 2, 2, 35. k. Sic 2, 4, 49. Pompeio nulla res magis exitio fuit, quam ipsa exercitus magnitudo. Atalibus nauibus quæ propter molem inhabiles sunt, bellam comparationem mutuatur Curtius in Persarum oratione ad Alexandrum 4, II, 8. *Videsne ut nauigia quæ modum excedant, regi nequeant.*

7. (m) *ferebatur Arabumque*] Pal. pr. *ferebat Arabumque; neque aliter fec. nisi quod destituatur illo que. fieret facile, ferebat Arabumque & Sabæorum, & mille aliarum gentium spolia. sed res eodem redit. scripturaque prior remansit in Pal. tertio. Gruterus. Quin vterius opinor, eam ex Pal. pr. sententiam non quadrare, sed Florum velle spolia ista non classè, sed illa iam dissipata, incensa, merfa, nauis fuisse lata, idque ea fluctibus iactata velut euomuisse. Nam de classè non posset dici ferrè eam spolia classicorum suorum; sed ea sunt spolia, quibus alios spoliauimus, vt hoc loco mare fecerat. Arabes autem & Sabæi erant in classè Antoniana. Virgilius Æn. 8, 706.*

*Omnis Arabs, omnes verterunt terga Sabæi.*

8. (n) *cum aurea puppe*] Appianus in præfatione inter opes Ægyptias fuisse dicit *thalamegos auratis puppibus rostrique, quas ad ostentationem in bello ipsi reges conscendebant* DCCC. Hoc vult Virgilius Æn. 8, 677. his verbis: — *auraque effulgere fluctus.* & Silius Carm. 5, 466. istis: — *fulvus onerata carina.*

Ibid. (o) *se in altum dedit*] *Se delendum putamus. nobis enim omnino πρῶξιλει videtur. in altum dare quid sit, & quam rectè dicatur, doctos non docebo. meliores etiam libri [Pal. pr. & Iornandes, Gruterus] illud se non agnoscunt. Salmasius,*

5. (p) *paraparata*] Sic Pal. prim. & Iornandes, item editio Cæmerti, alixque. Pall. reliqui, sicut & Vincti nisi *parata*. Debent autem primo casu hæc intelligi, referrique ad sequens illud *profuere*; loquitur enim de machinatione Cleopatræ, quam exponit Plutarchus Anton. cap. 89. Vetus editio Gruteri habebat *aperta*.

Ibid. (q) *intra pudicitiam principis fuit*] Pal. sec. *intra pud. Cæsaris fuit. tert. int. pud. principis fuit.* an forte fuit *intra pudicitiam fuit*, & missa voce intermedia. Gruterus.

17. (r) *seruarique se triumpho vidit*] Rectè vidit, Cæsar enim omnibus modis id contendebat: eaque re sollicitè custodiri iusserat, ne sibi manus inferret. quin etiam cum illa custodes fessisset, *Pfyllos admonuit, qui venenum ac virus exfugerent.* Suetonius Augusto 17, 10. *Pfyllis enim hoc tribuunt auctores.* Strabo lib.

17. pag. 565. Tzetzes Chil. 4. vers. 438. Antigonus mirabil. narrat. 19. Arnobius lib. 1. pag. 83. & quos notauit Berneggerus ad Suetonii locum. In eadem historia Varronem insigniter corruptum emendo. locus est ex libro primo rerum humanarum citatus à Prisciano lib. 10. *Ut habent farii, qui vocantur ὀφιογυεῖς, & in Africa Psylli, quorum ophigenistum arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe, si admoveant, ut pungat colubra, cum pupugerit, si de genere sit, vivere; si non sit mori.* Scribo, *ut habent Farii, qui vocantur ὀφιογυεῖς, & in Africa Psylli: quorum ὀφιογυεῖς cum arbitrantur suppositum esse aliquem in stirpe, sic admoveant, ut pungat colubram: cum pupugerit, si de genere sit, vivere; si non sit mori.* Farii ex insula Faro, quomodo apud Plinium 28, 3. est in Turnebiano codice; pro quo alii male retinent Cypro. Sed hi etiam Pharia scribuntur apud aliquos, ut *Pbalantus, & Palantus, Zophyrus, & Zopyrus* [vide Bongarsii & Berneggeri notam ad Iustin. 1. 10, 15.] unde alii male *farii*.

Ibid. (s) *sepulcra regum sic vocant*] Scilicet hoc ignorabatur Flori auro; aut ita solent historici verbis suis interpretationes addere?

Ibid. (t) *recipit ibi*] Sic Pal. pr. ac fec. vulgati; *recipit ubi*. sed illud *ubi* respicit item v. e. & Pal. tertius. Gruterus. Nostra vetus editio consentit cum Palatinis prioribus.

II. (u) *maximos, ut solebat, induta cultus*] Hæc etiam verba, *ut solebat*, supposititia censeo, inserta ab aliquo, qui de sollempni Cleopatræ fastu inaudiuerat. Sed eiicienda sunt, ut auctor sibi confet, qui morem potius moritutorum, quam Cleopatræ exprimere voluit. Antiquitus enim solatium quoddam mortis habebatur in pretiosissimis vestibus mori, & ita quasi ad tumulum componi; quem morem Dominus etiam noster non damnasse videtur. vnctus enim à muliere, discipulis indignantibus, inquit; *preuenit ungere corpus meum in sepulturam.* Apud Ælianum 3, 24. *Xenophonti cura fuit, ut haberet arma pulcra & exposita. Aiebat enim, si vicisset hostes, elegantissimo quoque se ornatum dignum esse: & si vitam amitteret in prælio, cum quodam decore appariturum in armatura splendida. Nam hac esse strenuo & forti viro ornamenta sepulcralia; quæ reuera ipsum ornent.* Sed profana exempla plura collegerunt Viri Clarissimi, Kirchmannus de funeribus Romanorum 1, 10. Valens Acidalius ad Curtium 5, 9. & Berneggerus ad Iustinum 14, 6, 9. e.

Ibid. (x) *differro odoribus solio*] More exterorum regum. Tacitus 16, 6, 3. de Poppæa Neronis: *Corpus non igni abolitum, ut Romanus mos: sed regum externorum consuetudine differrum odoribus conditur.* Sic Alexandro mortuo, Ægyptii Chaldaique purgauerunt corpus, repletumque est odoribus aureum solium, (sic enim distinguendum



guendum vel ex Flori loco constat) & capiti adiecta fortuna eius insignita. Solium ponitur his locis pro loculo, vbi mortui conduntur. sicut & apud Plinium 35, 12. in antiquioribus quidem libris. & Curtium 10, 1, 32.

*Bella aduersus gentes  
exteras.*

*CAP. XII.*

**H**IC finis armorum ciuiliū. reliqua aduersus  
 1  
 2  
 3  
 4  
 5  
 6  
 7  
 8  
 9  
 10  
 11  
 12  
 13  
 14  
 15  
 16  
 17  
 18  
 19  
 20  
 21  
 22  
 23  
 24  
 25  
 26  
 27  
 28  
 29  
 30  
 31  
 32  
 33  
 34  
 35  
 36  
 37  
 38  
 39  
 40  
 41  
 42  
 43  
 44  
 45  
 46  
 47  
 48  
 49  
 50  
 51  
 52  
 53  
 54  
 55  
 56  
 57  
 58  
 59  
 60  
 61  
 62  
 63  
 64  
 65  
 66  
 67  
 68  
 69  
 70  
 71  
 72  
 73  
 74  
 75  
 76  
 77  
 78  
 79  
 80  
 81  
 82  
 83  
 84  
 85  
 86  
 87  
 88  
 89  
 90  
 91  
 92  
 93  
 94  
 95  
 96  
 97  
 98  
 99  
 100  
 101  
 102  
 103  
 104  
 105  
 106  
 107  
 108  
 109  
 110  
 111  
 112  
 113  
 114  
 115  
 116  
 117  
 118  
 119  
 120  
 121  
 122  
 123  
 124  
 125  
 126  
 127  
 128  
 129  
 130  
 131  
 132  
 133  
 134  
 135  
 136  
 137  
 138  
 139  
 140  
 141  
 142  
 143  
 144  
 145  
 146  
 147  
 148  
 149  
 150  
 151  
 152  
 153  
 154  
 155  
 156  
 157  
 158  
 159  
 160  
 161  
 162  
 163  
 164  
 165  
 166  
 167  
 168  
 169  
 170  
 171  
 172  
 173  
 174  
 175  
 176  
 177  
 178  
 179  
 180  
 181  
 182  
 183  
 184  
 185  
 186  
 187  
 188  
 189  
 190  
 191  
 192  
 193  
 194  
 195  
 196  
 197  
 198  
 199  
 200  
 201  
 202  
 203  
 204  
 205  
 206  
 207  
 208  
 209  
 210  
 211  
 212  
 213  
 214  
 215  
 216  
 217  
 218  
 219  
 220  
 221  
 222  
 223  
 224  
 225  
 226  
 227  
 228  
 229  
 230  
 231  
 232  
 233  
 234  
 235  
 236  
 237  
 238  
 239  
 240  
 241  
 242  
 243  
 244  
 245  
 246  
 247  
 248  
 249  
 250  
 251  
 252  
 253  
 254  
 255  
 256  
 257  
 258  
 259  
 260  
 261  
 262  
 263  
 264  
 265  
 266  
 267  
 268  
 269  
 270  
 271  
 272  
 273  
 274  
 275  
 276  
 277  
 278  
 279  
 280  
 281  
 282  
 283  
 284  
 285  
 286  
 287  
 288  
 289  
 290  
 291  
 292  
 293  
 294  
 295  
 296  
 297  
 298  
 299  
 300  
 301  
 302  
 303  
 304  
 305  
 306  
 307  
 308  
 309  
 310  
 311  
 312  
 313  
 314  
 315  
 316  
 317  
 318  
 319  
 320  
 321  
 322  
 323  
 324  
 325  
 326  
 327  
 328  
 329  
 330  
 331  
 332  
 333  
 334  
 335  
 336  
 337  
 338  
 339  
 340  
 341  
 342  
 343  
 344  
 345  
 346  
 347  
 348  
 349  
 350  
 351  
 352  
 353  
 354  
 355  
 356  
 357  
 358  
 359  
 360  
 361  
 362  
 363  
 364  
 365  
 366  
 367  
 368  
 369  
 370  
 371  
 372  
 373  
 374  
 375  
 376  
 377  
 378  
 379  
 380  
 381  
 382  
 383  
 384  
 385  
 386  
 387  
 388  
 389  
 390  
 391  
 392  
 393  
 394  
 395  
 396  
 397  
 398  
 399  
 400  
 401  
 402  
 403  
 404  
 405  
 406  
 407  
 408  
 409  
 410  
 411  
 412  
 413  
 414  
 415  
 416  
 417  
 418  
 419  
 420  
 421  
 422  
 423  
 424  
 425  
 426  
 427  
 428  
 429  
 430  
 431  
 432  
 433  
 434  
 435  
 436  
 437  
 438  
 439  
 440  
 441  
 442  
 443  
 444  
 445  
 446  
 447  
 448  
 449  
 450  
 451  
 452  
 453  
 454  
 455  
 456  
 457  
 458  
 459  
 460  
 461  
 462  
 463  
 464  
 465  
 466  
 467  
 468  
 469  
 470  
 471  
 472  
 473  
 474  
 475  
 476  
 477  
 478  
 479  
 480  
 481  
 482  
 483  
 484  
 485  
 486  
 487  
 488  
 489  
 490  
 491  
 492  
 493  
 494  
 495  
 496  
 497  
 498  
 499  
 500  
 501  
 502  
 503  
 504  
 505  
 506  
 507  
 508  
 509  
 510  
 511  
 512  
 513  
 514  
 515  
 516  
 517  
 518  
 519  
 520  
 521  
 522  
 523  
 524  
 525  
 526  
 527  
 528  
 529  
 530  
 531  
 532  
 533  
 534  
 535  
 536  
 537  
 538  
 539  
 540  
 541  
 542  
 543  
 544  
 545  
 546  
 547  
 548  
 549  
 550  
 551  
 552  
 553  
 554  
 555  
 556  
 557  
 558  
 559  
 560  
 561  
 562  
 563  
 564  
 565  
 566  
 567  
 568  
 569  
 570  
 571  
 572  
 573  
 574  
 575  
 576  
 577  
 578  
 579  
 580  
 581  
 582  
 583  
 584  
 585  
 586  
 587  
 588  
 589  
 590  
 591  
 592  
 593  
 594  
 595  
 596  
 597  
 598  
 599  
 600  
 601  
 602  
 603  
 604  
 605  
 606  
 607  
 608  
 609  
 610  
 611  
 612  
 613  
 614  
 615  
 616  
 617  
 618  
 619  
 620  
 621  
 622  
 623  
 624  
 625  
 626  
 627  
 628  
 629  
 630  
 631  
 632  
 633  
 634  
 635  
 636  
 637  
 638  
 639  
 640  
 641  
 642  
 643  
 644  
 645  
 646  
 647  
 648  
 649  
 650  
 651  
 652  
 653  
 654  
 655  
 656  
 657  
 658  
 659  
 660  
 661  
 662  
 663  
 664  
 665  
 666  
 667  
 668  
 669  
 670  
 671  
 672  
 673  
 674  
 675  
 676  
 677  
 678  
 679  
 680  
 681  
 682  
 683  
 684  
 685  
 686  
 687  
 688  
 689  
 690  
 691  
 692  
 693  
 694  
 695  
 696  
 697  
 698  
 699  
 700  
 701  
 702  
 703  
 704  
 705  
 706  
 707  
 708  
 709  
 710  
 711  
 712  
 713  
 714  
 715  
 716  
 717  
 718  
 719  
 720  
 721  
 722  
 723  
 724  
 725  
 726  
 727  
 728  
 729  
 730  
 731  
 732  
 733  
 734  
 735  
 736  
 737  
 738  
 739  
 740  
 741  
 742  
 743  
 744  
 745  
 746  
 747  
 748  
 749  
 750  
 751  
 752  
 753  
 754  
 755  
 756  
 757  
 758  
 759  
 760  
 761  
 762  
 763  
 764  
 765  
 766  
 767  
 768  
 769  
 770  
 771  
 772  
 773  
 774  
 775  
 776  
 777  
 778  
 779  
 780  
 781  
 782  
 783  
 784  
 785  
 786  
 787  
 788  
 789  
 790  
 791  
 792  
 793  
 794  
 795  
 796  
 797  
 798  
 799  
 800  
 801  
 802  
 803  
 804  
 805  
 806  
 807  
 808  
 809  
 810  
 811  
 812  
 813  
 814  
 815  
 816  
 817  
 818  
 819  
 820  
 821  
 822  
 823  
 824  
 825  
 826  
 827  
 828  
 829  
 830  
 831  
 832  
 833  
 834  
 835  
 836  
 837  
 838  
 839  
 840  
 841  
 842  
 843  
 844  
 845  
 846  
 847  
 848  
 849  
 850  
 851  
 852  
 853  
 854  
 855  
 856  
 857  
 858  
 859  
 860  
 861  
 862  
 863  
 864  
 865  
 866  
 867  
 868  
 869  
 870  
 871  
 872  
 873  
 874  
 875  
 876  
 877  
 878  
 879  
 880  
 881  
 882  
 883  
 884  
 885  
 886  
 887  
 888  
 889  
 890  
 891  
 892  
 893  
 894  
 895  
 896  
 897  
 898  
 899  
 900  
 901  
 902  
 903  
 904  
 905  
 906  
 907  
 908  
 909  
 910  
 911  
 912  
 913  
 914  
 915  
 916  
 917  
 918  
 919  
 920  
 921  
 922  
 923  
 924  
 925  
 926  
 927  
 928  
 929  
 930  
 931  
 932  
 933  
 934  
 935  
 936  
 937  
 938  
 939  
 940  
 941  
 942  
 943  
 944  
 945  
 946  
 947  
 948  
 949  
 950  
 951  
 952  
 953  
 954  
 955  
 956  
 957  
 958  
 959  
 960  
 961  
 962  
 963  
 964  
 965  
 966  
 967  
 968  
 969  
 970  
 971  
 972  
 973  
 974  
 975  
 976  
 977  
 978  
 979  
 980  
 981  
 982  
 983  
 984  
 985  
 986  
 987  
 988  
 989  
 990  
 991  
 992  
 993  
 994  
 995  
 996  
 997  
 998  
 999  
 1000  
 1001  
 1002  
 1003  
 1004  
 1005  
 1006  
 1007  
 1008  
 1009  
 1010  
 1011  
 1012  
 1013  
 1014  
 1015  
 1016  
 1017  
 1018  
 1019  
 1020  
 1021  
 1022  
 1023  
 1024  
 1025  
 1026  
 1027  
 1028  
 1029  
 1030  
 1031  
 1032  
 1033  
 1034  
 1035  
 1036  
 1037  
 1038  
 1039  
 1040  
 1041  
 1042  
 1043  
 1044  
 1045  
 1046  
 1047  
 1048  
 1049  
 1050  
 1051  
 1052  
 1053  
 1054  
 1055  
 1056  
 1057  
 1058  
 1059  
 1060  
 1061  
 1062  
 1063  
 1064  
 1065  
 1066  
 1067  
 1068  
 1069  
 1070  
 1071  
 1072  
 1073  
 1074  
 1075  
 1076  
 1077  
 1078  
 1079  
 1080  
 1081  
 1082  
 1083  
 1084  
 1085  
 1086  
 1087  
 1088  
 1089  
 1090  
 1091  
 1092  
 1093  
 1094  
 1095  
 1096  
 1097  
 1098  
 1099  
 1100  
 1101  
 1102  
 1103  
 1104  
 1105  
 1106  
 1107  
 1108  
 1109  
 1110  
 1111  
 1112  
 1113  
 1114  
 1115  
 1116  
 1117  
 1118  
 1119  
 1120  
 1121  
 1122  
 1123  
 1124  
 1125  
 1126  
 1127  
 1128  
 1129  
 1130  
 1131  
 1132  
 1133  
 1134  
 1135  
 1136  
 1137  
 1138  
 1139  
 1140  
 1141  
 1142  
 1143  
 1144  
 1145  
 1146  
 1147  
 1148  
 1149  
 1150  
 1151  
 1152  
 1153  
 1154  
 1155  
 1156  
 1157  
 1158  
 1159  
 1160  
 1161  
 1162  
 1163  
 1164  
 1165  
 1166  
 1167  
 1168  
 1169  
 1170  
 1171  
 1172  
 1173  
 1174  
 1175  
 1176  
 1177  
 1178  
 1179  
 1180  
 1181  
 1182  
 1183  
 1184  
 1185  
 1186  
 1187  
 1188  
 1189  
 1190  
 1191  
 1192  
 1193  
 1194  
 1195  
 1196  
 1197  
 1198  
 1199  
 1200  
 1201  
 1202  
 1203  
 1204  
 1205  
 1206  
 1207  
 1208  
 1209  
 1210  
 1211  
 1212  
 1213  
 1214  
 1215  
 1216  
 1217  
 1218  
 1219  
 1220  
 1221  
 1222  
 1223  
 1224  
 1225  
 1226  
 1227  
 1228  
 1229  
 1230  
 1231  
 1232  
 1233  
 1234  
 1235  
 1236  
 1237  
 1238  
 1239  
 1240  
 1241  
 1242  
 1243  
 1244  
 1245  
 1246  
 1247  
 1248  
 1249  
 1250  
 1251  
 1252  
 1253  
 1254  
 1255  
 1256  
 1257  
 1258  
 1259  
 1260  
 1261  
 1262  
 1263  
 1264  
 1265  
 1266  
 1267  
 1268  
 1269  
 1270  
 1271  
 1272  
 1273  
 1274  
 1275  
 1276  
 1277  
 1278  
 1279  
 1280  
 1281  
 1282  
 1283  
 1284  
 1285  
 1286  
 1287  
 1288  
 1289  
 1290  
 1291  
 1292  
 1293  
 1294  
 1295  
 1296  
 1297  
 1298  
 1299  
 1300  
 1301  
 1302  
 1303  
 1304  
 1305  
 1306  
 1307  
 1308  
 1309  
 1310  
 1311  
 1312  
 1313  
 1314  
 1315  
 1316  
 1317  
 1318  
 1319  
 1320  
 1321  
 1322  
 1323  
 1324  
 1325  
 1326  
 1327  
 1328  
 1329  
 1330  
 1331  
 1332  
 1333  
 1334  
 1335  
 1336  
 1337  
 1338  
 1339  
 1340  
 1341  
 1342  
 1343  
 1344  
 1345  
 1346  
 1347  
 1348  
 1349  
 1350  
 1351  
 1352  
 1353  
 1354  
 1355  
 1356  
 1357  
 1358  
 1359  
 1360  
 1361  
 1362  
 1363  
 1364  
 1365  
 1366  
 1367  
 1368  
 1369  
 1370  
 1371  
 1372  
 1373  
 1374  
 1375  
 1376  
 1377  
 1378  
 1379  
 1380  
 1381  
 1382  
 1383  
 1384  
 1385  
 1386  
 1387  
 1388  
 1389  
 1390  
 1391  
 1392  
 1393  
 1394  
 1395  
 1396  
 1397  
 1398  
 1399  
 1400  
 1401  
 1402  
 1403  
 1404  
 1405  
 1406  
 1407  
 1408  
 1409  
 1410  
 1411  
 1412  
 1413  
 1414  
 1415  
 1416  
 1417  
 1418  
 1419  
 1420  
 1421  
 1422  
 1423  
 1424  
 1425  
 1426  
 1427  
 1428  
 1429  
 1430  
 1431  
 1432  
 1433  
 1434  
 1435  
 1436  
 1437  
 1438  
 1439  
 1440  
 1441  
 1442  
 1443  
 1444  
 1445  
 1446  
 1447  
 1448  
 1449  
 1450  
 1451  
 1452  
 1453  
 1454  
 1455  
 1456  
 1457  
 1458  
 1459  
 1460

lum militi scutum de manu rapuit: & in via pri-  
 mus, tunc agmine sequuto, <sup>(k)</sup> quum Illyricus  
 multitudine pontem succidisset, saucius manib<sup>9</sup>  
 ac cruribus, <sup>(l)</sup> speciosior sanguine, & ipso peri-  
 8 culo augustior, terga hostium percedit. || Pan-  
 nonii <sup>(m)</sup> duobus saltibus, ac tribus fluuiis, Dra-  
 uo, Sauo, Histroque vallabantur. populati proximi-  
 mos, intraripas se recipiebant. in hos domandos  
 9 <sup>(n)</sup> Vibium misit. || cæsi sunt in vtrisque flumini-  
 bus, Arma victorum <sup>(o)</sup> non ex more belli cre-  
 mata; sed capta sunt, & in profluentes data: vt ce-  
 teris, qui resistebant, victoria sic nunciaretur.  
 10 || Dalmatæ plerumque sub siluis agunt: inde in-  
 11 latrocinia promptissimi. || Hos iam quidem <sup>(p)</sup>  
 Marcius incensa vrbe Delminio quasi detrunca-  
 uerat. postea <sup>(q)</sup> Asinius Pollio gregibus, armis,  
 12 agris multauerat <sup>(r)</sup> hic secundus orator) || sed  
 Augustus perdomandos Vibio mandat: qui effe-  
 rum genus fodere terras coëgit, aurumque venis  
 repurgare: quod alioquin gens omnium cupidis-  
 sima, studiosa diligentia anquirat: <sup>(s)</sup> vt illud in  
 13 vsus suos seruare videatur. || Myfi quã ferri, quam  
 truces fuerint, quam ipsorum etiam barbari bar-  
 14 barorum, horribile dictu est. || Vnus ducum, an-  
 teaciem postulato silentio, *Qui vos, inquit, essis?*  
 Responsum inuicem: *Romani gentium domini.* Et  
 illi, <sup>(t)</sup> *Ita, inquit, si nos viceritis.* Accepit omen  
 15 <sup>(u)</sup> Marcus Crassus. || Illi <sup>(x)</sup> statim ante aciem  
 immolato <sup>(y)</sup> equo concepere votum, vt *cæsorum*  
*extis ducum & litarent, & vscerentur.* Deos audisse  
 16 crediderim. nec tubã sustinere potuerunt. || Non

minimū terroris incussit barbaris Domitius centurio, satis barbaræ, EFFICACIS tamen apud pares homines stoliditatis, qui (z) foculum gerens super cassidem, fuscitatam motu corporis flammam, velut ardenti capite fundebat. || (a) Ante hos, Thracum maxime populus desciverat. (b) Ille barbarus & signis militaribus, & disciplina, armis etiam Romanis assueuerat: sed (c) à Pisone perdomiti, in ipsa captiuitate rabiem ostendere. quippe quum catenas morsibus tentarent, feritatem suam ipsi puniebant. || Daci montibus inhaerent. (d) Cotisonis regis imperio, quotiens concretus gelu Danubius (e) iunxerat ripas, decurrere solebant, & vicina populari. || Visum est Cæsari Augusto gentem aditu difficilissimam submouere. Misso igitur Lentulo, (f) ultra vltiorem repulit ripam. citra, præsidia constituit. Sic tunc Dacia non victa, sed summotā, atque dilata est. || Sarmatæ (g) patentibus campis inequitant. & hos per eundem Lentulū prohibere Danubio satis fuit. Nihil præter niues, raræque siluas habent. TANTA barbaries est, vt pacem non intelligant. || (h) GERMANIAM quoque (i) vtinam vincere tanti non putasset: magis turpiter amissa est, quā gloriose acquisita: || sed quatenus sciebat patrem suum Cæsarem, bistraiecto ponte Rheno, quæsisse bellum; (k) IN ILLIVS honorem concupiit facere prouinciam. ET FETVM erat, (l) si barbari tam vitia nostra, quam imperiā ferre potuissent. || Missus in eam prouinciam (m) Drusus, primos demuit Vlipetes: inde Tenetheros (n) percucurrit, & Cattos



& Catos. Nam (o) Marcomanorum spoliis insignibus quendam (p) editum tumulum in trophæi modum excoluit. || Inde validissimas nationes, Cheruscōs Sueuosque & Sicambros pariter aggressus est: qui (q) viginti centurionibus incrementis, hoc velut sacramento sumpserant bellum, (r) adeo certa victoriæ spe, vt prædam in antecessum pactione diuiserint. || Cherusci equos; Sueui aurum & argentum; Sicambri captiuos elegerant: sed omnia retrorsum. Victor namque Drusus equos, pecora, torques eorum, ipsosque, præda diuisit, & vendidit. || præterea in tutelam prouinciarum, præsidia atque custodias vbique disposuit; per Mosam flumen; (s) per Albim; per Vîurgim. Nam (t) per Rheni quidem ripam, quinquaginta amplius castella direxit. (u) Bonnam & Geioniam cū pontibus iunxit, classibusque firmavit. || (x) Inuisum atque inaccessum in id tempus Hercynium saltum patefecit. Ea denique in Germania pax erat, vt mutati homines, (y) alia terra, cælum ipsum mitius molliusque solito videretur. || Denique (z) NON PER adulationem, sed ex meritis, defuncto ibi fortissimo iuvene, ipsi, (a) quod nunquam alias, senatus (b) cognomen ex prouincia dedit. || Sed (c) DIFFICILIVS est prouincias obtinere, quam facere. viribus parantur, iure retinentur. || Igitur breue id gaudium. Quippe Germani VICTI magis, quam domiti erant: moreque nostros magis, quam arma sub imperatore Druso (d) suspiciebant. || postquam vero ille defunctus, Vari. Quinctilii LIBIDINEM ac (e) superbiam

perbiam, haud secus quam sauitiam odisse cœperunt. Ausus ille agere conuentum: (f) & in castris ius dicebat, quasi violentiam barbarorum (g) & licetoris virgis, & præconis voce posset inhibere: || at illi, qui iam pridem rubigine oblitos en- 32  
 ses, inertesque (h) mœrerent equos, vt primum (i) togas, & SÆVIORA armisiura viderunt, duce (k) Arminio arma corripuiunt. || quum interim 33  
 tanta erat Varo pacis fiducia, vt ne prædicta quidem, & prodita per Segestem, (l) vnū principum, coniuratione commoueretur. || Itaque improuidum, & nihil tale metuentem improviso adorti, (m) quum ille (ô securitas!) ad tribunal citaret; vndique innadunt, castra rapiunt, tres legiones opprimuntur. || Varus perditas res (n) eodem, quo 35  
 Cannensem diem Paullus, & fato est, & animo sequutus. || Nihil illa cæde per paludes, perque 36  
 siluas cruentius: nihil insultatione barbarorum (o) intolerantius, || præcipue tamen in caularum 37  
 patronos. aliis oculos, aliis manus amputabant: vnus os sutum, (p) recisa prius lingua, quam in manu tenens barbarus, tandem, inquit, *vipera, sibilare desiste.* || Ipsius quoque (q) consulis corpus, quod militum pietas humi abdiderat, effossum. Signa & aquilas (r) duas adhuc barbari possident. tertiam signifer prius, quam in manus hostium veniret, (s) euulsit;mersamque intra baltei sui latebras gerens, in cruenta palude sic latuit. || Hac clade factum, vt imperium, quod in 39  
 littore Oceani non steterat, (t) in ripa Rheni fluminis staret. Hæc ad Septentrionem. || (u) Sub 40  
 Meridiano

Meridiano tumultuatum magis, quam bellatum est. Musulanos atque Gatulos accolas Syrtium, (x) Cossio duce compefcuit: vnde illi *Gatulici*

41 nomen. || Latius victoria patet. Marmaridas atque Garamantas (y) Curinio subigendos dedit. (z) Potuit & ille redire *Marmaricus*; sed modestior in aestimanda victoria fuit. || Ad Orientem plus negotii cum Armeniis. huc alterum ex Cæsariibus nepotibus suis misit. Ambo fato breues; sed alter inglorius. Massiliæ quippe Lucius morbo soluitur: (a) in Syria Caius ex vulnere, quum Armeniam ad Parthos se subtrahentem recipit.

43 || (b) Armenios victo rege Tigraue, in hoc vnum seruitutis genus Pompeius assueuerat, vt rectores à nobis acciperent. Intermissum ergo ius, per hunc recuperatum, non incruento, nec inulto

44 tamen certamine. || Quippe (c) Domnes, quem rex (d) Artaxatis præfecerat, simulata proditione, adortus virum (e) intentum libello, quem, vt thesaurorum rationes continentem, ipse porrexerat;

45 (f) strictus ac recreatus ex vulnere in tempus. || Ceterum barbarus vndique infesto exercitu oppressus, gladio, & pyra, in quam se percussus immisit, superstiti etiam num Cæsari satisfecit. || Sub Occasu pacata fere omnis (g) Hispania, nisi quam Pyrenæi desinentis scopulis inhaerentem citerior alluebat Oceanus. Hic (h) duæ validissimæ gentes, Cantabri & Astures, immunes imperii agitabant. || Cantabrorum (i) & peior, & altior, &

47 magis pertinax in rebellando animus fuit; qui NON contenti libertatem suam defendere, proxi-



miseriam imperitare tentabant, Vaccæosque, &  
 (k) Curgonios, & Aurigonas crebris incurfio-  
 nibus fatigabant. || In hos igitur, QVIA vehe- 48  
 mentius agere nunciabantur, non mandata expe-  
 ditio, sed sumpta est. (l) Ipse venit Sagelamam.  
 castra posuit, inde partito exercitu totam (m) in  
 diem amplex<sup>2</sup> Cantabriam, efferam gentem, ritu  
 ferarum quasi indagine debellabat. || Nec ab O- 49  
 ceano quies, quum infesta classe ipsa quoque ter-  
 ga hostium cæderentur. Primum aduersus Can-  
 tabros (n) sub mœnibus Belgicæ præliatus est.  
 Hinc fuga in eminentissimū Vinnium montem,  
 (o) QVEM maria prius Oceani, quam arma Ro-  
 mana ascensura esse crediderant. Tertio Arracil-  
 lum oppidū magna vi repugnat, Captum tamen  
 postremo fuit. || Medulli montis obsidio ( quem 50  
 (p) perpetua quindecim millium fossa compre-  
 hensum cinxit vndique simul adeunte Romano )  
 (q) postquam extrema barbari vident; certatim  
 igne, ferro (r) inter epulas, venenoque, quod ibi  
 vulgo (s) ex arboribus taxeis exprimitur, præce-  
 pere mortem: seque pars maior à captiuitate, quæ  
 videbatur, vindicauere. || Hæc per (t) Antistium, 51  
 (u) Furnium, (x) Agrippam legatos, hibernans  
 in Tarraconis maritimis Cæsar accepit. || Ipse 52  
 præsens (y) hos deduxit montibus: hos obsidibus  
 astrinxit: hos sub corona iure belli venundedit.  
 || Digna res lauro, digna curru senatū visa est: 53  
 (z) SED IAM Cæsar tantus erat, vt posset trium-  
 phos contemnere. || Astures per idem tempus 54  
 ingenti agmine à montibus suis descenderant.

(a) **NEC TEMERE** sumptus, (b) vt barbaris, impetus: sed positis castris apud (c) Asturam flumen, trifariam diuiso agmine, tria simul Romanorum  
 55 castra aggredi parabant. || Fuisset & anceps, & cruentum, & vtinam mutua clade certamen, tunc tam fortibus, tam subito, tam cum consilio venientibus; nisi Trigæcini prodidissent. à quibus præmonitus (d) Carisius, cum exercitu adueniens oppressit consilia. || sic quoque tamen non  
 56 incruento certamine. Reliquias fusi exercitus  
 57 validissima ciuitas Lancia exceptit. || (e) vbi adeo certatum est, vt quum in captam urbem faces poscerentur, ægre dux (f) impetrauit veniam, vt *Victoria Romanæ stans potius esset, quam incensa, monumentum.* || Hic finis Augusto bellicorum certaminum fuit; idem rebellandi finis Hispaniæ. || (g) Certa mox fides, & æterna pax; (h) cum ipsorum ingenio, in pacis partes promptiore; tum consilio Cæsaris, qui fiduciam montium timens, in quos se recipiebant, castra sua, sed quæ in plano erant, habitare & incolere iussit. Ingentis esse consilii  
 60 illud obseruari cœpit. || Natura regionis circa se omnis (i) aurifera, minique & chryfocollæ, & aliorum colorum ferax. Itaque exerceri solum iussit. Sic Astures & latentes in profundo opes suas atque diuitias, dum aliis quærunt, nosse cœperunt. || Omnibus ad Occasum & Meridiem pacatis gentibus, ad Septentrionem quoque, duntaxat intra Rhenum atque Danubium; item ad Orientem (k) intra Taurum & Euphratem; **ILLI** quoque reliqui, qui immunes imperii erant, (l)

sentiebant tamen magnitudinem; & victorem gentium populū Romanum reuerabantur. || (m) 62  
 Nam & Scythæ misere legatos, & Sarmatæ, amicitiam petentes. Seres etiam, habitantesque sub ipso sole Indi, cum gemmis, & margaritis, elephantibus quoque inter munera trahentes, nihil magis, quam (n) longinquitatem viæ imputabant, quam quadriennio impleuerant; & tamen ipse hominum color ab alio (o) venire cælo fatebatur. || (p) Parthi quoque quasi victoriæ pœniteret, rapta clade Crassiana vltro signa retulere. || Sic 63  
 vbiq; (q) cuncta atque continua totius generis 64  
 humani aut pax fuit, aut pactio. Aususque tandem Cæsar (r) Augustus (s) septingentesimo ab Vrbe condita anno, (t) Ianum Geminum cludere, bis ante se clusum; sub Numarege; & victa primum Carthagine. \* || Hinc conuersus ad pacem, 65  
 PRONYM. in omnia mala, & in luxuriam fluens sæculum, grauib; seuerisque (u) legibus multis coërcuit. || Ob hæc tot facta ingentia (x) Dictator 66  
 perpetuus, & (y) Pater patriæ dictus. Tractatum etiam in senatu, an quia condidisset imperium, (z) Romulus vocaretur: sed sanctius & reuerentius visum est nomen *Augusti*; vt scilicet iam tum dum colit terras, ipso nomine & titulo consecraretur.

## NOTÆ IN CAPVT XII.

Quæ hoc vitimo capite scribit Florus, habentur compendiose à Suetonio Aug. 20. & 21. Liuiolib. 132. & seqq. Eutrop. 7. 2. & seqq. Oros. 6. 17. ac deinceps. Quas gentes Augustus deuicit, enumerat Virgilius in fine octauæ *Aeneidis*. Item Onidius *Metam.* 15. 129. Lege quæ scribit secundo tristium. Horat. *Carmin.* 4. 14. & 15. Appianus in eo libro qui *Illyricus* inscribitur, circa medium



medium enumerat gentes quas Augustus subegit. Lege Sextum Ruffium. Camers.

Num. 1. (a) *districto circa mala sua imperio* ] Vide supra 3, 5, 4. f.

2. (b) *noua quippe pax &c.* ] *rudum adhuc seruitium* appellat Tacitus 1, 8, 11. Confimilis est huic Alexandri sententia, apud Curtium 6, 3, 6. *In nouo, & ( si vetum fateri volumus ) precario imperio, adhuc rugam eius rigida ceruice subeuntibus barbari, tempore opus est, dum mitioribus ingenis imbuantur, ( al. imbuuntur, & mox permulcet ) & effeatos mollior consuetudo permulceat. quæque ibi sequuntur alia. Hinc explices illa Suetonii Vespas. 7, 4. Auctoritas quadam & maiestas, velut inopinato & adhuc nouo principi deerat. Item illud Tacit: Agric. 13, 1. Britanni domiti ut pariant, nondum ut seruiant. Sic noster infra num. 30.*

4. (c) *quo bellum non posset adscendere* ] Ita Pal. tert. ita v. e. item Stadiana. Camertis & Vineti quod bellum. non placet, etsi ita quoque Pal. sec. nam pr. neutrum agnoscit Gruterus. Hinc Salmasius ex pr. legendum coniecit: *Noricis animos Alpes dabant, ac si in nives bellum non posset ascendere.* nam particula &, ac. crebro inuicem commutantur. Noricos autem quod attinet, cogitandum illis fuit; nihil tam alte naturam constituisse, quo virtus non posset eniti. sicut Alexander ait apud Curtium 7, 11, 10.

Ibid. (d) *omnes illius cardinis populos* ] Expeditionis huius meminerunt Velleius 2, 95. Strabo fine libri quarti. Horat. Carm. 4, 4. & 14.

Ibid. (e) *Brennos, Senones* ] Pal. tert. *Brennos, Sennos.* sec. *Berevros, Scennos.* Pr. *Breunos, Scennos.* Gruterus. Eandem in prioris populi nomine diuersitatem notauit Casaub. in Suet. Tib. 9, 6.

5. (f) *callidarum* ] Vocem illam *callidarum* non immerito suspectam habemus. nihil enim minus conuenit barbaris & feris gentibus, quam calliditas. [ Vide tamen Vellei. 2, 118, 1. & nostrum supra 3, 4, 3. & 3, 9, 7. ] & si maxime conueniret, quorsum eius calliditatis mentio? hoc quidem loco, cum nihil sequatur, aut callide aut dolose ab illis factum; sed meræ feritatis & barbaræ facinus. Suspicionem nostram auxit optimus liber, in quo reperi; *Alpidarum.* hoc quid sit equidem nescio. forte scribendum sit; *Alpicarum.* *Alpicus* autem, & *Cisalpicus,* & *Transalpicus* in notis Tyronis & Senecæ legimus. *b & p* sæpe inuicem mutant; rursus *d & e* Salmasius, *Alpinarum* legitur in Iordane.

Ibid. (g) *mulieres* ] Immane hoc factum, non Alpinis feminis, sed Cheruscis, Suenis, Sicambriis tribuit Orosius 6, 21.

6. (h) *ad quadam quasi claustra* ] Sic & Pal. sec. nam tert. *ad quadam claustra,* sine illo quasi. at prim. & *quadam* [ quomodo & editio nostra vetus ] cui ultimo suus item sensus, nisi fuit potius; ut *quadam,* aut, & *quidem.* Gruterus.

Ibid. (i) *stierique pontes imperavit*] Ita mss. Vineri & Pal. pr. at enim vet. edd. attexunt; *stierique pontes & aquis imperavit*. quod & in Pal. sec. nam tert. *pontem & aquis imperavit*. Gruterus. Ceterum dissensum hac de re auctorum, & quomodo conciliari possint, disce à Casaubono & Berneggero in Sueton. Augusto 20. 2. f.

7 (k) *quum Illyricus multitudine pontem succidisset*] Lectionem hanc quidem firmat Pal. sec. sed enim diserte tert. *cum lubricus multitudine pontis succidisset*, quæ scriptura melior videtur, sed videtur tantum; forsitan non est, nam primum, nescio an *lubricus pontis* dici queat qui est infirmior & ruinæ proximus; deinde illud *pontis* non extat in Nazariano nostro, sed aliud quid. habet enim; *cum lubricus multitudine pontis succidisset*, statimque emendatum *multitudine pontis succidisset*. Iornandes ostendit; *cum subruptus multitudine pontis succidisset*, quod *subruptus*, facile mutetur in *subrutus*, sententia perspicua, & forsitan auctoris genuina. Gruterus.

Ibid. (l) *speciosior sanguine*] Pal. pr. *speciosior è sanguine*. neque aliter fere duo reliqui, nempe *speciosiore sanguine*. Gruterus.

8. (m) *duobus saltibus, ac tribus fluviis. Drauo, Sauro, Histroque vallabantur*] Illud *Histro* non agnoscitur à Pal. pr. aut sec. habet tamen uterque, ac tribus fluviis *Drauo Sauroque*. est in tert. ac tribus fluviis *Drauo Sauroque* vallantur. & vero vallantur extat item in Pal. pr. ac forte rescribendum. *Pannonii duobus saltibus ac fluviis Drauo Sauroque vallantur*, habet Iornandes: *Pannonii vero duobus saltibus fluviis Drauo Sauroque vallantur*. Gruterus. Certe de duobus tantum fluminibus locutum esse Florum ea quoque ratione Salmasius enunciat, quod mox sequitur *in utrisque fluminibus*, quæ vox pluribus quam duobus applicari non potest.

Ibid. (n) *Vibium*] Pal. pr. *Vinnium*. sec. *Vimum*. tert. *Mumium*, sed paullo post expressit pr. *Vbio* sec. *Iubio* nec aliter tertius, ut æstimare possemus lectionem primam sinceram. nam etsi Iornandes seruet, *Duennium*: idem tamen mox diserte expressit *Vbio*. Gruterus. Videatur autem esse qui Dioni sub fin. lib. 49. *Fusus Geminus*, sed veriorum omnino puto Pighii coniecturam qui *Tiberium* rescribendum ait. idque nomen corruptisse librationes VII. pro TIB. scribendo. Vide ipsam in Annalibus ab V. C. anno DCCXLIII.

9. (o) *non ex more belli cremata*] Moris huius exempla notamus supra 2. 4. 5. p. Appianus in Punico de Africano minore; *scuta, machinas, & naues inutiles. Marti Mineræque sacratae accinctus cremavit, more patrio*.

II. (p) *Marcius*] C. Marcus Figulus, qui consul fuit Anno V. C. DCCVII. collega L. Cornelio Lentulo Lupo. Hic igitur

primo pulsus à Dalmatis, postea necopinantes aggressus vicinam urbemque Delminium iniecit ex catapultis igne, magna ex parte concremavit. Hæc fere Pighius in Annalib<sup>9</sup> ex Liuii Epit. 47. Appiano in Illyricis. Zonara, & Obsequente cap. 75. qui tamen mendosus est, ut puto, legitur; *Dalmata Scordis superati*. forte scribendum *Dalmata & Scordisci*. hi enim populi vicini.

Ibid. [q] *Asinius Pollio*] Consul cum Cn. Domitio fuit Anno V. C. DCCXIII. & de Parthinis triumphasse legitur Anno DCCXIV. Parthini sunt Illyrii populi supra Apolloniam & Dyrachium in Epiro. Asinium de Dalmatis triumphasse Horatius testatur, cum ita cecinit: Carm. 1. lib. 2.

*Et consulenti Pollio curia,*

*Cui laurus æternos honores*

*Dalmatico peperit triumpho.*

Porphyrius ibidem cum Salona Dalmaticæ urbe maritima capta triumphasse, & Seruius in expositione Pollionis vergilianæ scribit. Asinium Pollionem ductorem Germanici exercitus, cum post captas Salonas Dalmaticæ urbem, primo meruisset lauream, postea consulatum adeptus esset, eodem anno suscepisse filium, quem à capta ciuitate *Salontanum* vocauit. Stadius.

Ibid. [r] *hic secundus orator*] Nescio quid sibi velint ista verba nisi fortasse secundum, à Cicerone. *Oratorem faciunt*; aut ut equidem legendum crediderim *facundum oratorem*. certe bonus orator fuit, ut Seneca de tranqu. animi 16, 11. dialogus etiam de oratoribus cap. 17. & alibi testatur. sed quomocunque scribas, dixerim glossam esse studiosi cuiusdam, qui sua causa, ut nosset hominem, hoc in margine notauerit.

12. [s] *ut illud in usus suos seruare videatur*] Non video seusum istorum, nec vestigium adeo sermonis Floriani.

14. [t] *ita inquit, fiet, si nos viceritis*] Sic Pal. pr. à correctrice manu, & à prima tertius. item editio nostra vetus.

Ibid. [u] *M. Crassus*] M. Licinius Crassus eos. fuit cum Cæsar, re tert. anno V. C. DCCXXIX. ipsum de Træcis & Getis triumphasse Capitolini triumphii testantur, qui in Macedoniam missus Mylos bis deuicit. itidem Bastarnas Scythas, qui Mysiam inuasent, ac regem eorum Daldonem interfecit. cetera Dio lib. 51. pag. 527. Mysii superiores cis & ultra Danubium habitabant; inferiores, Macedoniæ à meridie, Danubio à Septentrione & Dacia finitimi erant. Stadius.

15. [x] *statim ante aciem*] Non ergo Romanus tantum hic mos. sed aliis quoque gentibus communis. Sic Lacedæmonii reges Musis immolarunt ante prælium. auctor Plutarchus Lycurgo cap. 39.

Ibid. [y] *equum*] Victimæ equinas pluribus gentibus iniussa fuisse.



fuisse, dudum notarunt Lipsius aliique ad Tacitum 6, 37, 2.

16. (z) *foculum gerens super cassidem*] Gruterus putat hoc non adeo inusitatum fuisse prisca saculis, vt à Floro barbaræ stoliditati adscribendum fuerit. Vide ipsum ad Liuium 26, 51, 3. Vtunque se res habeat, firmatur certe dictum istud Parmenionis apud Curt. 4, 13, 5. *vanis & inanibus militem magis, quam iustu formidinis causis moueri.* qua de causâ Hunni etiam faciem & cognam ad formidinem formabant, vt Marcellinus initio lib. 31. aliique memorant. Sic etiam hodierni Hussari dicuntur alas tergo capitique aptasse visi, ad incutiendum hostibus terrorem. Vide Gruteri discursum ad Tacitum tertium decimum.

17. (a) *Ante hos &c.*] Pal. sec. ac tert. *Apud hos maxime Thracum,* quomodo & c. v. verum pr. habet literis capitalibus, ANTE ASSEREGVM MAXIME Dicitvr DESCIVERANT ILLE Barbarus & signu &c. ex quibus me non expedio. Gruterus.

Ibid. (b) *Ille barbarus & signu militaribus &c.*] Ceteræ quoque gentes cum cernerent præcipuas Romanorum vires in ordine disciplinaque militari consistere; institutum eorum imitæ sunt. Exemplum est Syphacis apud Liuium 24, 48. Sic Germani apud Tacit. 2, 45, 3. Tacfarinas apud eundem 2, 52, 4.

Ibid. (c) *à Pifone perdomiti*] Meminerunt Dio lib. 54. pag. 624. & Vellei. 2, 98.

18. (d) *Cotifonis*] Et Daciz regem facit hunc Horatius in carm. octauo libri tertii. sed si quis cognouerit, quæ de Dacis, Getis, Mysis scripserunt Strabo, Plinius, Dio libro extremo quinquagesimo secundo, non dubitabit, vt arbitror, quin hic Cotiso Dacorum, Cotiso sit Getarum rex, cui Octauianum Augustum filiam suam Iuliam despondisse primum, & eius filiam sibi quoque inuicem in matrimonium petiisse, dicit Marcus Antonius apud Suet. Aug. 63, 5. Vinet. Forte promiscue vsurpata fuerint antiquis hæc nomina. *Dacienim quoque soboles Getarum sunt.* inquit Iulianus 32, 3, 16.

Ibid. (e) *iunxerat ripas, deturrere solebant*] Editio princeps, vt & alia aliquot *discurrere;* quomodo & Pal. sec. qui præterea *vinxerat;* quod vltimum quoque in pr. ac tertio. Gruterus.

19. (f) *vltra vltiorem ripam*] Eximius amicorum meorum Robertus Robertinus, malebat *in vltiorem,* nam sequitur, *citra præsidia constituit.* Videatur tamen Florus more suo victoriam Romanorum extendere, & non vltra flumen tantum submotos dicere Dacos. sed ex sua quoque ripa pulsos.

20. (g) *patentibus campis inequitant*] Sarmatarum gens equestris hodieque, pugnis pedestribus non perinde idonea. Tacitus

H. 1, 79, 5. *Mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum virtus velut extra ipsos, nihil ad pedestrem pugnam tam ignauium; ubi per turmas aduenere, vix ulla acies obstiterit.*

21. (h) *Germaniam*] Bella in Germania auspiciis Augusti à Druso gesta scribit Liuius libb. quatuor vltimis ab V. C. Strabo lib. 7. in pr. Eutrop. & Orof. vbi supra Val. Max. 4, 3, 3. & 5, 5, 3. Camers.

Ibid. (i) *utinam vincere tanti non putasset*] Meminisse debueras, quod est apud Thucydidem 6, 2, 15. *Stultum esse aggredi, quos etiam si vincas, retinere non possit.*

22. (k) *in illius honorem*] Scilicet, ne obtestare parentis gloria videretur. quam etiam causam fuisse Neroni, ne ex Britannia deduceret exercitum, refert Suetonius in vita 18, 1.

Ibid. (l) *si barbari tam vitia nostra, quam imperia ferre potuissent*] Sic omnino Nazarianum exemplar, sic Pal. tert. nam sec. *si barbari tam vitia nostra quam imperia facere maluissent; quod vel caecopateat, esse stolidum interpretamentum sententiae prioris; meliusque v. c. ferre maluissent.* sed nihil mutandum. nam idem dicit quod Tacitus Agr. 13, 1. *Ipsi Britanni delectum ac tributa, & iniuncta imperii munera impigre obeunt, si iniuria absint: has agro tolerant. quod ibi iniuria, hoc heic vitia; mea quidem opinione.* Gruterus. Qui idem hoc dictum multis aliis egregie illustrat in discursibus ad Tacitum capite 51.

23. (m) *Drusus*] De hoc Quidius secundo Tristium. Virg. in fine octauae Aeneidis. Horatius Carm. 4, 4. Scribunt Porphyrio & Acron, Horatium quartum carminum librum, contra institutum fecisse, in laudem Drusi Neronis priuigni Augusti, filii Neronis. Drusi mortem longo simul & eleganti carmine deplorat Quidius ad Liuiam matrem scribens. Camers.

Ibid. (n) *percucurrit*] Percucurrit in veteribus. vide quae notauimus supra. Saenafius. Cuius fidem hic sequimur.

Ibid. (o) *Marcomanorum spoliis*] Dio pr. libri 55. *Drusus ad Albim usque perrexit. hunc cum frustra conatus esset transire, trophaeis confectus recepit.* Igitur Marcomani tum temporis ad Albim coluerint. quod & ex Tacito colligas Germ. cap. 42.

Ibid. (p) *editum tumulum*] Vid. e notata supra 2, 17, 16. m.

24. (q) *viginti centurionibus incrematis*] Ita capiendus Tacitus de iisdem gentibus 1, 61, 6. *lucis propinquis barbara ara, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones matuerant.* Simile est exemplum Tarquiniensium apud Liuium 7, 15, 10.

Ibid. (r) *adeo certa victoria* [pe] Quae tamen multos fecellit, vide supra 3, 7, 3. d.

26. (r) *per Albim* ] Hæc aliaque de Germanicianis rebus, copiose explicat Cluverius. Albis porro, terminus erat imperii, aut potius nominis Romani. cum enim id temporis non transcenderant. Strabo lib. 7. pag. 203. nisi forte. ut statim retrocederent, quod videtur innuere Tacitus 4. 44. 5. Ceterum retinendis provinciis firmissima vincula sunt fluvii: quorum commoda tangit & noster supra 3. 113. 7. *Iam primum qui salus & subiehere commeatus, & munire poterat, à tergo relictus Euphrates.*

Ibid. (r) *per Rheni quidem ripam* ] Hæc igitur origo urbium oppidorumque, quæ hodieque in Gallica eius ripa visuntur, crebra & præclara. De quibus multa scitu digna iucundaque modo laudatus Cluverius. Cur autem tantum castrorum numerum ibi posuerit Drusus, rationem haurias ex illis Taciti 4. 5. 2. *præcipuum robur Rhenum iuxta, commune in Germanos Gallosque subsiduum. octo legiones erant.*

Ibid. (u) *Bonnam & Gesoniam cum* ] In magna librorum & hominum doctorum de his locis pugna, turissimum videbantur rescribere, quod pluribus mss. firmaretur. Ceterum accedo plane sententiæ Cluverii, quam de Germania antiqua 2. 13. & 17. prodit *Bonnam & Magontiacum* legendum hic esse. ad dubium enim, quod ex phrasi *ponte iungere* Vinetus movet, dixerim, separatim hæc esse intelligenda, Bonnam ponte iunxit, & Magontiacum ponte iunxit, h. e. pontem & hic ædificavit & ibi.

27. (x) *inuisum* ] Non dubitavi admittere scripturam veteris nostræ editionis, cum eam roborarent mss. Vineti [habet ita nostra quoque vetus] *inuisum* enim etiam id, quod nunquam antea vidimus. vulgabat prius. *inuitum*. quomodo nec vllus Palatinorum. Gruterus.

Ibid. (y) *alia terra* ] Tacitus H. 1. 45. 1. *Alium crederes senatum, alium populum.*

28. (z) *non per adulationem* ] Nondum enim inualuerat iste morbus, ut qui gentem aliquam non bello modo, sed ne prælio quidem vicerat, protinus eam indueret nomini. sicut posteriores principes, ex gentium non dico victarum, sed ne visarum quidem vocabulis Parthici, Germanici, Gothici &c. audiuerunt: quod ipsum etiam Aureliano fortissimo imperatori indignum visum est. propterea quum illum Carpicum senatus absentem vocasset (quamvis Carpos vicisset) mandasse illico fertur; Superest P. C. ut me etiam Carpiculum vocetur. Non abstinco manum, quin Valerii Maximi verba 2. 8. 5. adscribam; Proventur nunc cuiuslibet glorio cupidi, qui ex deserti montibus, myoparonumque piraticæ rostris, laudis inopes, laurea ramulos festinabunda manu decerpserunt.

Ibid. (a) *quod nunquam alias, senatus* ] Ita v. c. nam seqq. quod nunquam alteri. Vinetus utrumque admittit, quod nunquam alias alteri



alteri, senatus. Inepte. & alioqui stant à prima scriptura Palli-  
tres. Gruterus. Illa verba quod nunquam alia, interpretor de co-  
gnomine Germanici.

Ibid. (b) *cognomen ex prouincia dedit* ] Ouidius Fast. 1, 597.

*Et mortem, & nomen Druso Germania fecit.*

Non autem ipsi tantum, sed simul etiam filiis datum est. Dio  
princ. libri 55.

29. (c) *difficilius est prouincias obtinere, quam facere* ] Eadem sen-  
tentia supra 2, 17, 8. Vide Camerarium in subcisiuis 1.2. & 2, 50.  
Gruterum discursuum ad Tacitum 18, & 25. Grotium de iure  
belli & pacis. 3, 13.

30. (d) *suspiciebant* ] Quidam impressi, *susceperant*. Naz. codex,  
[ & q. I. ] *suscipiebant*: vt putem omnino legendum, *suspiciebant*,  
velitque reueritis magis mores bonos Romanorum, quam vi-  
res. & arma. non negauerim quidem alteri scripturæ suam esse  
sensum: sed interim non intelligo, quid sit *suscipere arma*, vix-  
que etiam quid *suscipere mores*. Gruterus. Eius iudicium, quod  
meam etiam coniecturam ( sic enim ante visas illius notas scri-  
bendum putaueram ) firmat, secutus sum. ita supra 1, 26, 5.  
*Verum in his ipsis seditionibus principem pop. non immerito suspexerit.*

Ibid. (e) *superbiam* ] Supra 1, 73, 4. *superbia crudelitate grauior est*  
*boni*. Pabatus panegyrico cap. 20. *maiores nostros ita pertasum est*  
*arrogantia, vt grauiorem semper putauerint seruitute contemptum,*  
*eiusque impatientia sint coacti post bellatores Tullos, Numasque sacri-*  
*ficos, & Romulos conditores, regnum vsque ad nomen odisse. Denique*  
*ipsum illum Tarquinium execratione postrema, hoc damnauerunt ma-*  
*ledictio; & hominem libidine precipitem, auaritia cacum, immanem*  
*crudelitatis, furore vacordem, vocauerunt Superbum, & putauerunt*  
*sufficere conuictum*. Seruius ad Æneid. 11, 15. *Apud maiores super-*  
*bia ingens facinus fuit, adeo vt Tarquinius pro multis sceleribus Super-*  
*bi nomen acceperit. nec istud Senecæ de clement. 1, 10, 4. quanti-*  
*us ad principes magis, ad solos principes pertinet; contumelia*  
*acerbiores solens esse quam iniuria. Ex qua sententia simul intelli-*  
*gere possis, quid differant contumelia & iniuria. nam Icti con-*  
*fundunt, & pro iisdem habent. l. 1. de iniur. specialiter autem*  
*iniuria dicitur contumelia. Sed Seneca accurate distinguit, vt & de*  
*constant. sap. 2, 4. Tutus est sapiens, nec ulla affici aut iniuria, aut*  
*contumelia potest. Differentiam porro horum explicat idem de*  
*constant. sap. vt contumelia sit eorum, que non ledunt, sed offen-*  
*dunt. quod per exempla quoque explicat in fine dicti libelli.*  
Contumelia vocabulum Germanice reddimus & Gumpff. iniu-  
ria proprium non inuenimus,

45. (f) *& in castris ius dicebat* ] Sic editio Stadiana, quomodo  
hæc verba citantur etiam Sigonio de antiquo iure prouincia-

zum 3. 13. alii habent; & in castris, (aut in castis) se direxerat. nullo sensu.

Ibid. (g) & *lictoris virgis*] Forte *lictoris virgii*. certe & illud abundat. quod alia editiones in priorem locum reiecerunt; & barbarorum *lictoris*.

46. (h) *maerent*] Non aliter erat in v. c. nisi quod illa, *maerent*. ceteræ edd. perperam hæctenus protulerunt, *cernerent*. medium restat quoque in Pal. sec. ac tert. nam *pr. ererent*. Gruterus. Vetus editio mea *comerent*. esset, *gemerent*.

Ibid. (i) *togati*] Has enim sumebant in iurisdictione, saltem aduocati, caussidici, & id genus. vt notat Lipsius ad illa verba Plinii in paneg. cap. 56. *hostilemque terrorem non armorum magis, quam togarum ostentatione comperere*. Hinc tam sollicitus est Quintilianus in oratore suo toga decore amiciendo, instituit. orat. 11. 3. Hinc Apuleio sine lib. 10. appellantur *togati vulturii*. *vulturii*, quod litibus immincant, vt aues illæ cadaueribus: *togati*, ab usu togæ.

Ibid. (k) *Arminio*] V. c. & mss. Vineti *Armenio*. quod cur non reuocamus? sic sane etiam Pall. tres. Gruterus.

33. (l) *unum principum coniuratione*] Ita v. c. nam mss. Vineti, *unum principem, ducum coniuratione*. vulgg. *unum ducum coniuratione*. omnes male. nam & prima lectio visitur in omnibus Palatinis. Gruterus. Ex mss. legerim; *virum principem, ducum coniuratione*. plures enim duces coniurauerant. Dio lib. 56. pag. 669. *Erant inter eos qui conspirauerant, ducesque insidiarum & belli, quod tum constabatur, præcipui, Arminius & Segimerus*. historiam peres ex Tacito 1. 58. Velleio 2. 118. Strabone lib. 7. aliis.

34. (m) *quum ille (ô securitas!) ad tribunal*] V. c. *quum ille ad secures & ad tribunal*. non inepta quoque lectio, & præ qua alteram fere habuerim inferiorem, si sic quoque foret in mss. sed non. Palatini certe alterum propugnant. Gruterus. Porro non putem Florum alios annales sequi, quam reliquos auctores. quod enim non omnes circumstantias minutim persequitur. more suo & lege compendii facit.

35. (n) *eodem, quo Cannensem diem Paulus &c.*] Id est, sequutus est exemplum Pauli, ac superesse noluit, exercitu occisione occiso. inepte alii ex isto Flori loco eruere volunt diem cladis Varianæ; vt egregie ostendit carissimus animo meo Casaubonus ad Suetonii Augustum cap. 23. Gruterus. Ita supra 4. 2. 35. *Curioni pudor suasit, ut amissum sua temeritate exercitum morte sequeretur*.

36. (o) *intolerantius*] Ita Naz. & q. I. & alludit Pal. tert. in quo *intolerantius*. alii præferunt, *intolerabilis*, inutarunt, qui illud

illud alterum hoc sensu dici non putabant. sed ira Tactus 3, 45, 5. *Intolerantior seruitus iterum victis.* supra quoque 3, 7, 8. Salmafius in vert. suis inuenit *horrentius*. Sic & contra reperias, quæ vim agendi retinent, in terminatione patiendi. sicut *impet abili* orator apud Plautum Mostell. 5, 2, 40. *impetrabili efficacia* apud Ammianum 14, 26. *penstrabile telum* apud Virgilium Æn. 10, 581. &c.

37. (p) *recisa prius lingua*] Simile facinus, nisi quod indignius, in Ciceronem admissit Fulvia; eius enim caput arreptum, insultans amarulentis verbis, & conspuens, genibus suis imposuit: orique eius aperto, linguam extractam, acubus (quales secum comendi capiti euulsi mulieres ferunt) compunxit. additu crebris ac turpibus opprobriis. Dio lib. 47. pag. 378.

38. (q) *consulis*] Proconsulu scribere debuerat.

Ibid. (r) *duas adhuc barbari possident*] Ex hoc loco videtur haurire sententiam suam Cuspinianus, qui ira de hac re scribit: *Tres legiones obruncatas signa & Aquila dua à Germanis capte, quas hodie possidemus. Non enim biceps est Aquila, ut imperitum vulgus credit: sed due simul, quarum altera alteram expansu alii obtegit. Tertiam signifer legionis tertia abstulit, paludaque demersit, ne in hostium manus veniret. Alioqui tres haberemus aquilas in insignibus imperii. Nec unquam hæc reddita sunt imperatoribus Romanis quod Partibus fecerunt, sed semper in hunc usque diem seruatæ. Et hæc quidem speciosa dictu Cuspinianus. Ceterum haud paullo melioris esse fidei censent Tacitum & Dionem historicos, qui ambas istas aquilas à Romanis recuperatas scribunt. ille quidem in annalibus 1, 60, 5. alteram à Stertino repertam; hic in historia 60, pag. 770. Gabinium aquilam, quæ sola a clade Variana supererat, recuperasse tradunt.*

Ibid. (s) *euulsi*] Vir doctus malit, *auulsi*: possit & fieri *reuilsi*, sed non opus esse puram mutatione. intelligitur enim aquila acumine quodam infixæ fuisse hasta, qua portaretur. Similis autem huic siue historia, siue quod magis credam, efficta ad hoc exemplum fabula, est apud Silium 6, 34.

— *Vicini de strage cadaueris hasta  
Erigitur, soloque ingens conamine, late  
Stagnantem cade, & facilem discedere terram  
Ense fodit, eleusamque aquila infelici adorans  
Effigiem, palmu languentibus æquat arenas.*

39. (t) *in ripa Rheni summu staret*] Consilio Augusti quod est apud Tacitum 1, 11. Etiam posterioribus saeculis. Seneca præfat. naturalium quaestionum; *Rhenus Germaniæ modum faciat, quamuis interim saepe transiens sit Romanis.*



40. (u) *sub meridiano*] Solus Florus & Orofius 4. 20. quantum memoria nunc occurrit, hos sub meridiano tumultus inter Augusti gesta enumerant. Sueton. in vita cap. 21. dicit, Augustum *alias item nationes male quietas ad obsequium redeegisse*, Camers.

Ibid. (x) *Cosso duce*] Cn. Cornelium Lentulum Cossum, cum L. Galpurnio eos. fuisse anno DCCLII. in Annalibus cos. scribitur, & postea Gætulicum esse appellatum, nimirum à deniculis Gætulis. Tacituseriam eundem triumphalia de Gætulis insignia accepisse testatur. de huius belli causa, & re gesta, alium apud alios silentium est: ut etiam bellorum in Africa tempore Augusti gestorum: quæ tamen post M. Lepidum à Cæsare exercitu & potestate exutum, cuius prouincia in triumuiratu fuerat, nunquam quiescisse videtur. Statilius enim Taurus à Cæsare in Africam missus, de ea triumphauit anno DCCXIX. Iterum L. Autronius procos. anno DCCXXIV. tertium triumphum duxit ex Africa L. Sempronius Atratinus anno DCCXXX. Quartus L. Cornelius Balbus de Garamantibus Africae populis triumphauit anno DCCXXXIV. Stadius.

41. (y) *Curinio*] Ita v. e. & Pal. sec. cum mss. Vineti. at habet *Quirino* Iornandes. ut & Pal. tert. nam pr. *Quirinto* vulgg. *Turmo*. & vero videtur idem iste cum illo P. *Quirinio* cuius sapius meminit Tacitus 3. 22. 3. 3. 48. 1. Gruterus. Alter etiam ex Lipsii codicibus *Curinio*, alter *Quirino* refert. Putem autem *Curinio* & *Quirinio* tantum scriptio differre. non etiam enunciari. cuius rei præter alia, quæ adduci possent. plurima, fidem faciunt *Quirites* à *Curibus* deducti.

Ibid. (z) *potuit & ille &c.*] Facit hic locus, ut omnino putem, supra 2. 17. 10. q. in causa Metelli. verba illa. *maiori gloria pepercit*, applicanda esse cognomini. *maiori gloria pepercit*. h. e. amplio-rem laudem meruit, dum abstineret ab isto cognomine. quod virtute merebatur. Non dissimile est istud Plinii 7. 26. de Pompeio. *Excitatus in Pyrenæotrophæis, oppida DCCCLXXXVI. ab Alpibus ad fines Hispaniæ ulterioris in dittonem redacta, victoria sua adscriptis & maiore animo Sertorium tacuit*. Ab hac modestia focerum suum laudat Tacitus Agr. 18. 10. *Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem usus, expeditionem aut vicisiam vocabat, victos continuisset ne laureatu quidem gesta prosecutus est. sed ipsa dissimulatione famam auxit, æstimantibus quanta futuræ spectam magnatatusisset.*

42. (a) *in Syria*] Clare & distincte Velleius 2. 102. 5. in Lycia obiisse Caium vult, vrbe quoque expressa. [in vrbe Lyciæ, *Limyram* nominant, morbo obiit] & *Limyrum* quidem fluium. *Limyram* urbem. in Lycia Ptolemæus collocat: quæ in Stephano *Lasyra* scripta. [Perperam putat vir summus *Limyra* Stephano esse

esse *Lamyra*. *Lamyra* & *Lionyra* duæ sunt vrbes Lyciæ diuersæ  
 utramque Stephanus recenset. Salmasius. ] In eadem cum Vel-  
 leio sententia Suetonius [Aug. 65. 3.] *Caio & Lucio in duode-  
 viginti mensium spatio amisit ambos; Caio in Lycia, Lucio Massilia  
 defunctis. Etiam Ioh. Zonaras, qui à Dionē, ut solet (nam ipse  
 Dio hac parte mutius) hauit: ipse Caius in Lyciam oneraria nauis  
 proelatus est, ubi & obiit. Hoc isti censent, probi, fidi, & talium  
 curiosi scriptores. Tamen ecce qui dissentiunt (miramur in fa-  
 to illustri iuuenis) & in Syria obiisse volunt. Grande autem,  
 ne nescias, inter Lyciam & Syriam internatum, & Pamphylia  
 ac Cilicia totæ interiectæ. Seneca pater qui ipse illius æui. *Cum  
 mortuo in Syria C. Cesare codicillo questus esset Augustus. Florus pari-  
 ter: Massilia Lucius morbo soluitur: in Syria (ita omnes scripti li-  
 bri) Caius ex vulnere. Etiam Festus Rufus: Caius vulneratus, reuer-  
 sus in Syriam obiit. Quid dicemus? inclinabam ad priores: sed re-  
 uocat Bellonii, viri fidi & industrii, ut mihi videtur, observa-  
 tio. qui narrat libro 2. Urbem Hamam esse, Arabibus Hamtam, La-  
 tanis olim Emesam vel Emissam, iuxta quam sepulcrum sit dicitur,  
 in modum quadrangulæ Pyramidis fastigiatum, valisio cemento extru-  
 ctum: in quo C. Cæsaris epitaphium Græci characteribus inscriptum le-  
 gatur. Si ita est (& utinam expressisset ipsum scriptum!) quis  
 ambiget, quin ad hunc C. Cæsarem pertinuerit: atque ita fir-  
 ma probaque sit altera sententia: quia Emesa illa citra contro-  
 uersiam Syriæ in Phœnicie vrbs est. Hæc Lipsius ad Velleium 2.  
 102, 5. Lectio porro ista Syria tam in Pall. o. quam Vineti mss.  
 & c. v. reperitur.**

43. (b) *Armenios &c.* ] Supra 3, 5, 27. Victor in Cæsaribus cap-  
 ut. *Constantius genti Sarmatarum, magno decore, confidens apud eor-  
 regem dedit; quod Cn. Pompeium in Tigraue restituisse (lege instruisse)  
 vixque paucos maiorum fecisse comperimus.*

44. (c) *Domnes* ] Hic & *Danes*, & *Donner* alibi appellatur  
 apud Paterculum 2, 102, 3. *Addus*, apud Zonaram *Addon*. Vin-  
 netus.

Ibid. (d) *Artaxatis* ] Ita *Artaxatis* hic antiqui codices: alii  
*Ariaratu*, *Artaxates*, *Arfaces*. *Artaxata* tamen hæc neutrum  
 nomen & plurale, oppidum Armeniæ. quod supra 3, 5, 27. caput  
 eius gentis dictum est, τὰ Ἀρταξεία, id est *Artaxeia*, apud Zo-  
 naram & Velleium esse videntur. Vinetus.

Ibid. (e) *intentum libello* ] Sic Vitalianū præfectum prætorio  
 Maximini quidam porrelli epistolæ, contemplantem signa diligen-  
 tius, prolatis pugionibus confudiunt, apud Herodianum 7, 14. Sic  
 Parmenio interficitur apud Curtium 7, 2. Domitianus apud  
 Suetonium in vita cap. 17.

Ibid. (f) *strillus acrocreatus ex vulnere in tempore* ] Ita verus ed.

mea, quemadmodum & in Nazariano correctum esse Gruterus testatur, cum prius fuisset, *strictos arrecreatus ex vuln. in temp.* nisi potius legendum sit, *at recreatus*, quod ad Vineti sententiam accederet; ille enim ex mss. in quibus, *strictus ferrecreatus, ex vulnere in tempore. scicit; strictus seu recreatus ex vulnere in tempus.* editiones alia præferebant; *stricto ferro cruentat vulnere in tempus.*

46. (g) *Hispania*] Gesta ab Augusto in Hispania scribit Liviua lib. 135. Iustin. 44. 5. Sueton. in vita capp. 20. & 21. Eutrop. 7. 2. Orof. 6. 20. Lege Horat. Carm. [3. 14.] 4. 5. 14. & 15. Camers.

Ibid. (h) *dua validissima gentes*] De his late Plinius 3. 3. & Strabo lib. 3. Camers.

47. (i) *& peior*] Sic editio mea vetus. quemadmodum olim conieceram. vide quæ dicta sunt supra 4. 5. 2. a. & b.

Ibid. (k) *Gurgonios & Aurigonas*] Sic diserte Pal. sec. at enim pr. *Curmogios & Aurigonas*. text. *Curinogios &c.* non video cur scriptura primæ debeat moveri controuersia. Gruterus. *Gurgonios G*, pro *C*, habent antiqui libri & Orofius. *Aurigonas* puto esse *Autrigonas* Plinio, & Ptolemæo, à recto *Αυτρίγων*. Vinetus.

48. (l) *ipse venit Sagesamam. castra posuit*] Est hic fortasse legendum; *ipse venit. apud Sagesamam castra posuit*: sicut apud Orofium scribitur, qui multa eiusmodi ex hoc auctore sumpsisse videtur. Vinetus.

Ibid. (m) *in diem*] Hoc quid sit nisi docear, malim legere; *indidem, h, e*, ex eo loco ubi castra posuerat. Litiuus. 39. 8. 7. *venena indidem, intestinaque cædes*. Apuleius. *Metamorph. lib. 2. princip. lapides de homine duratos, & aues indidem plumatas*: nec obstat quod modo vox *inde* præcesserit; ea enim ad tempus est referenda.

49. (n) *sub manibus Belgica*] Ita & mss. Pall. & Vineti. nostra editio illa vetus; *sub hostibus manibus Belgica*. Stadius; *sub manibus Vellica*. Gruterus.

Ibid. (o) *quem maria prius &c. adscensura esse crediderant*] Pal. pr. *qua maria*. item, *crediderat*. stant tamen à vulgatis Pall. duo reliqui. Gruterus.

50. (p) *perpetua quindecim millium fossa*] Opera militaria non imitanda nostris, quale fuit supra 4. 2. 39.

Ibid. (q) *postquam extrema barbari vident*] Exempla propemodum infinita reperias eorum, qui libertatem vita redemerunt. ut merito pudeat eos, qui honestis & facilibus remediis eam repetere non sultinent. De Cantabris autem his vide Strabonem lib. 3. pag. 113.

Ibid. (r) *inter epulas*] Supra 2. 18. 12. p.

Ibid. (s)



Ibid. (v) ex arboribus taxen ] Ita miss. Vineti, nec non Pall. & v. e. alia tamen taxu. Gruterus. Taxus autem arbor venenata; Letale quippe bacca, in Hispania precipue, venenum inest. Vasa etiam viatoria (legerim victoria) ex ea vinu in Gallia fallia, mortifera fuisse compertum est. Hanc Sestius smilacem a Gracu vocari dixit; & esse in Arcadia tam presenti veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumue capiant, moriantur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicant venena, quae nunc toxica dicimus. Plinius 16, 20. f. Hoc veneni genere perit quoque Catiuulcus Eburonum rex, apud Caes. de bel. Gall. 6, 31.

51. (r) Antisium ] Dio lib. 53. pag. 589. & Velleius 2, 90, 7.

Ibid. (u) Furnium ] Dio lib. 54. pag. 599.

Ibid. (x) Agrippam ] M. Vipsanium, quem sibi propemodum quaerere potestate Caesar. hic igitur bellum contra rebelles Cantabros gessit. Vide Dionem lib. 54. pag. 604.

52. (y) hos deduxit montibus ] Vide supra 3, 55, 28. z.

53. (z) sed iam Caesar ] Sic plane vet. ed. male vulgg. & Pall. & iam Caesar. Gruterus.

54. (a) nec temere sumptus, ut barbaris, imper: sed ] Restituo antiquam scripturam, & post longum tandem exilium, in suas sedes reuoco. Sic enim Naz. & Pal. sec. item e. v. neputes antiquiorem vocem esse *im: s*, quam ut à Floro vsurpari debuerit. quem scimus hoc affectasse: quod nemo non potest scire, qui nostras notas legerit. Salmasius.

Ibid. (b) ut barbaris ] Hoc est, ut solent barbari, qui, ut est supra 3, 35. impetum pro virtute habent. Similis locutio apud Lium 27, 19. f. Indibilu pro utroque locutus: haudquaquam, ut barbarus, stolide incautusque; sed potius cum vertenda grauitate.

Ibid. (c) Asturam ] Vnde nomen populo. Isidorus Ety. mol. 9, 2.

55. (d) Carisus ] De hoc vide Dionem lib. 54. pag. 599.

57. (e) ubi adeo certatum est ] Placet lectio veteris mœx; ubi loci adeo e. e. quam iuuat Naz. nisi quod ille verbo locupletior; ubi eum loci &c.

Ibid. (f) impetrauit ] Veteres impetrauerat, scribendum impetrauerit, ut quum in captam urbem sacros pascerentur; sgre dux impetrauerit veniam. facile paret ita legendum. Salmasius.

59. (g) Certa mox fides ] Velleius 2, 90, 7. Hispanias tam diffusas, tam frequentes, tam feras, ad eam pacem ab hinc annos ferme L. perduxit Caesar Augustus; ut qua maximè bellu nunquam vacauerant, ea

sub C. Antistio, ac deinde D. Silio legato, ceterisque, postea etiam latrocinium vacarent.

Ibid. (h) cum ipsorum ingenio &c.] Hoc loco non Florus, sed correctores loquuntur, qui statim quæ non intelligunt, mutant, verus lectio habet; *ingentis esse consilium illud observari caput consilia*, quam diuersa ab editis? præterea non *ingentis*, sed *bigentis* scriptum in optimis Nazarii membranis. quid voluerit Florus video; verba ipsa Flori an exhibere possim nescio. & videamus an ita debeat legis. Certe mox *fidis* cum ipsorum ingenio in pacis partes promptiore, tum consilio Casari: qui fiduciam montium timens, in quos se recipere, castra sua, sed quæ in plano erant, habitare iussit: *vim gentis esse consilium illud observari: caput consilio natura regionis circa, & orantis aurifera &c.* Casar hoc consilium excogitauerat, ut in plana deduceret monticolam illam gentem, & montiam in quos se recipiebant, fidentem præsidio. ut hoc persuadere facilius, ipsius gentis bono hoc cedere consilium propter naturam regionis (quod consilio caput fuit) auriferam atque aliorum metallorum feracem. nescio an ipsissima verba Flori auctoris posuerim: scio tamen sententiam recte concepisse, atque optime adhibuisse distinctionem, qui meliorem & veriolem lectionem diuinauerit, & magis ad mentem scriptoris facientem, is erit mihi magnus Apollo. Salmasius.

60. (i) aurifera ] Vide Nonium in Hispania cap. 43.

61. (k) intra Taurum & Euphratem ] V. e. intra Tigridem. Pal. pt. & tert. intra Ecyrum. secun. intra Scirum. Græserus. Ex vestigiis harum lectionum Cyrum legit eamque lectionem confirmat ad Solinum pag. 621. A. 2. Salmasius.

Ibid. (l) sentiebant tamen magnitudinem ] Iam tum Cicero: *Nulla gens est, quæ non aut ita subacta sit, ut vix extet; aut ita dimissa, ut quiescat; aut ita pacata, ut victoria nostra, imperioque lateat.*

62. (m) nam & Scythæ &c.] Vide Sueton. Augusto cap. 21. Livium lib. 139. Eutropium & Orosium ubi supra. Hos legatos apud Tarraconem citerioris Hispaniæ urbem, Augustum Cæsarum inuenisse scribit Orosius. Lege ipsum in fine sexti. quoniam hoc ceteris copiosius narrat historiam. Camers. Vide finem libelli de progenie Augusti. Ad hunc locum pertinet etiam quod Strabo lib. 4. pag. 138. recenset. *Nostri ætate regulum quidam Britannicorum, legationibus & officii amicitiam Augusti Casari consecravit, danaria in Capitolio dedicavit; familiaremque Romanis totam pacem insulam redegerunt.* Confer cum hoc loco Iustinum 12. 13. de Alexandro.

Ibid. (n) longinquitatem viæ ] Distantiam à Gaditano freto, quo legati ad Augustum venerunt, ad Orientem, Indos, Scythas, atque Seres, ponit Plinius 6, 33. Ab ortu ad occasum, hoc est, ab ipsa

ab ipsius India extremitate vsque ad Herculis columnas. Gadibus sacratas, octuagies quinquies centena, septuaginta octo millia sunt. lege Martianum Capellam 6, 5, 6. & 7. Camers.

Ibid. (o) *venire caelo*] Ita v. e. alia, sole. Pal. tert. *ab illo venire sole* [possit fieri, ab ipso] faciunt tamen duo reliqui pro scriptura primo posita loco. Gruterus.

63. (p) *Parthi*] Tacitus 2, 1, 4. *Phrabates, quanquam depulisset exercitus ducesque Romanos, cuncta venerantium officia ad Augustum verterat. intelligit inter alia quoque remissa signa, de quibus Iustinus 42, 5, 11. Strabo eorum temporum aequalis lib. 16. pag. 55; Phraates tantum Casari Augusti amicitia studuit, ut etiam illi trophæa remitteret, quæ Parthi de Romano erexerant. Ne quis autem aliud loqui Strabonem existimet, trophæa capiat Romanorum spoliis, ipsis etiam aquilis, exornata. facit huc supra 2, 17, 16. Vitiatus insignia trabeis & fasces nostris, quæ ceperat, in montibus suis trophæa fixit. Quo enim maioris dignationis spolia trophæis adduntur, eo quoque ipsa ornatiore sunt & magnificentiora. Phraatem autem hoc non Augusti reuerentia, ut noster, alii que volunt; sed ut filium reciperet, ex pacto fecisse indicat Dio sine libri 53. Tacitus vbi supra, non metu Romanorum, sed suis diffusum, omnia Augusto officia exhibuisse.*

64. (q) *cuncta*] Forte *cerra*. ut supra num. 59. sic Volleius 2, 39, 4. *Sardinia certum recepit imperu iugum.*

Ibid. (r) *Augustus*] Nescio quid absoni hoc loco sonet vox ista; nec enim tum Augustus, Caesar, anticipatio permetteretur quidem alibi; non autem hic, vbi continua serie Caesaris gesta deducens, id ipsum tandem adiicit appellatum esse *Augustum*.

*incensis mœnibus (editiones men-*  
*tibus) arma. Nam mox idem qua-*  
*si repetit: Sumite, & in medias im-*  
*mittite lampadas vrbes.*

Incitissimum viris armisque  
 tempus. *Præfat. 6. h. e. promptissi-*  
*imum, fortissimum. Sic incitissimi-*  
*mus furor est apud Marcellinum.*  
 31, 4. *pro maximo. Nam incitare*  
*interdum augere est, vt apud Ta-*  
*citum.* 3, 25, 1.

Inciuius se efferre, *h. e. supra*  
*aqualitatem ciuium.* 1, 26, 8. *Tacito*  
 1, 12, 6. *est plusquam ciuilia agi-*  
*tare. Vide Bernegg. ad Sueton. Cas.*  
 75, 10.

Inclinare ad hostem. 1, 3, 7.

Inclinatum cornu. 4, 7, 12. *in*  
*fugam nutans, vt alibi loquitur. In-*  
*clinata acies sepe apud historicos.*

Inclita Numæ religio, *h. e. cele-*  
*bris & magni æstimata.* 1, 2, 1. Inclita  
 armis Romani. 3, 1, 2. *descendit*  
*hæc vox a verbo Cluo. Inclito por-*  
*tu vrbs.* 1, 20, 1. *Ita Sallustius H. 4,*  
 2, 27. *regnum Perfidis inclitis di-*  
*uitiis.*

Inconditus, *pro agresti, rudi, im-*  
*politato, sic* Incondita moribus gens.  
 1, 13, 4. Inconditi clipei. 3, 20, 6.  
*hostes, pro inordinatis, confusis &*  
*palantibus.* 1, 17, 5. Incondita ra-  
 tes. 3, 8, 3.

Inconspicuis, *h. e. ingloriis,*  
*ignobilis.* 4, 2, 67.

Incremare, *pro concremare.* 4,  
 12, 24.

Increpare, *est hostibus illudere, di-*  
*ctæsa in eos incere.* 3, 3, 6. Increpare  
 ambitum, moram, ocium. 4, 2,  
 43. Increpare victis superbe 1, 13,



# I N D E X.

17. Non nimis placet ea lectis cum  
 increpare vix inueniatur tertio casu  
 iunctum. legendum forte: gladio,  
 insuper vix victis increparent: sal-  
 tem addita particula in; & vna vo-  
 ce in duas disparata; nam b. & u. fre-  
 quenter inuicem mutant; & x. diph-  
 tongo cum c. vocali in antiquis li-  
 bris sellenoniter confunditur. Incre-  
 pare etiam ad facta translatum, sic  
 vallum Urbis Remus increpat  
 saltu. 1, 1, 8.

Incubare, pro pertinaciter inha-  
 vere, incumbere. sic Italia Incubat  
 Annibal. 2, 6, 57. Urbis faucibus  
 Portena. 1, 10, 2. præda Histri. 2,  
 10, 2.

Incumbere, pro summo studio vr-  
 gere, sic Appulcius rogandis legi-  
 bus incumbit. 3, 16, 2. Incumbe-  
 re. de bello quasi mole aliqua dictum.  
 4, 2, 6.

Incurrere in hoste. 1, 9, 7. 3, 4, 1.

Incurtio Gallorum. 1, 13, 1. In-  
 cursiones. 3, 10, 19. Strensi. In-  
 cursionibus crebris fatigare. 4,  
 12, 47.

Incutere pauorem, pro facere  
 pau. terrere. 3, 10, 14.

Indago, proprie venatorium rete,  
 per translationem de iis quoque dici-  
 tur, qui undique opprimuntur. & cin-  
 guntur. sic quasi per Indaginem  
 capta rates. 4, 2, 48. Cantabri ri-  
 tu ferarum, quasi Indagine debel-  
 lati. 4, 12, 48. quicquid piratarum  
 fuit, quadam Indagine inclusum  
 & oppressum. 3, 16, 11. Sic Plin. pa-  
 nes. cap. 34. Mille poenarum inda-  
 gine inclusi delatores.

Indicere bellum. 2, 8, 8.

Indictio belli. 4, 10, 2.

Indigena potio. 2, 18, 12.

Indignum facinus. 2, 16, 1. im-  
 petio mulieris perire, Indignius.

205, 3.

Indita saxeo monti vrbs, h. 2.  
 imposita, inadificata. 3, 1, 14.

Indoles Serui eximia. 1, 6, 1.

I N D O L I S magnæ fignum,  
 sperare semper. 4, 8, 3.

Inducomarus Treuir. 3, 10, 7.

Induere homini capta oppida,  
 h. e. nomen eorum addere suo. 1, 11, 9.

Indulgenter habere, pro leniter  
 tractare. 1, 18, 15.

Indulgere aliquid alicui. 2, 1, 4.

I Ind. spectaculis. 3, 12, 10.

Indi. 3, 5, 31. legatos ad Augustum  
 mittunt. 4, 12, 61.

Industria Ciceronis. 4, 2, 5. fa-  
 torum. 1, 8, 1. fortunæ. 2, 8, 1. 4,  
 2, 61. Tarquinii. 1, 5, 1. INDV-

STRIA viribus temperatur.  
 2, 12, 3.

Industrie. 1, 5, 3.

Inequitare campis. 4, 12, 20.

I N E R T I A Caesarum impe-  
 rium confenescit. Præfat. 8.

Inescare, esca obiecta elicere. 3,  
 1, 13.

Inexpiabile bellum, h. e. impla-  
 cabile. 4, 4, 1. Ita Linius 33, 13, 3. &  
 Iustinus. 38, 6, 6.

Inexplebilis honorum fames.  
 3, 21, 6.

Infantes suos necant Cimbræ.  
 3, 3, 17. in ora Romanorum mit-  
 tunt Alpina 4, 12, 5.

Infantia pop. Romani. Præfat.  
 5, 1, 8, 1.

ad Inferos secum ferre. 4, 8, 3.  
 Phraisi Sacra quoque scriptura vsta-  
 ta, ut Genesios capite 42. in fin. ab  
 Inferis emergere, dicebantur qui ex  
 desperatis rebus eluctati erant, quasi  
 à mortuis redirent. 2, 6, 27. Vide De-  
 sid. Heraldum ad ista Arnobii lib. 2.  
 Et ab Orei faucibus, quemadmo-  
 dum dicitur, vindicari.

Inferia. 2, 6, 8. 2, 18, 12.

Inferre cladem. 1, 13, 3. lumen.

4, 7, 2.

# INDEX

4,7,8. Sic Ouid. *Fast.* 2,352. — il-  
 latis ignibus acta patent. signa. 1,  
 22,3. 2,17,6. stuprum. 1,7,10.  
 Inficiari, pro negare. 1,22,2.  
 Infidum glacie flumen. 3,45.  
 Eadem metaphora Tacitus 1,61,2.  
 fallaces campos dixit.  
 Infinitivus pro imperfecto in-  
 dicativi. 4,4,2. 4,11,3. & 8.  
 Influere, de populo dictum, signi-  
 ficat cum copia venire. 1,139. sic In-  
 fluentia negotia. *Plin. paneg.* c. 81.  
 Infractus pro fracto. 2,1,25. Sic  
*Linus* 40,40,6. *Virg. Aen.* 12,1. &  
 infractor, *Sulpicius Severus Hist.*  
*sacralib.* 2, pag. 165.  
 Infule victimarum. 4,2,52.  
 Infundere vrbī agmen mili-  
 tum, pro immittere. 3,21,6.  
 Ingauni pop. 2,3,5.  
 Ingenium Asturum in pacis  
 partes promptius. 4,12,59. Gra-  
 cum Italicis artibus mixtum. 1,  
 5,1. Romuli asperius. 1,1,17. In-  
 genio varii Rom. reges. 1,8,1. In-  
 genia formantur situ locorum. 3,  
 3,2. b. 3,4,4. Ingenium loci, pro  
 natura loci. 2,6,16. 2,17,3. Sic *Pli-  
 nius* 17,2,15. *Papinius Silvarum* 2,  
 278. *Sallust. H.* 3,5,39. Ita ingenium  
 pauoris. *Claudianus in Eutrop.* 2,  
 370. *Linus alicubi de Censura* : ut  
 imperium suo vehemens, mansue-  
 sco permitteretur ingenio. Adde *Pli-  
 nium* 10, 8. f.  
 Ingratissimi hominum. 3,5,10.  
 Ingruentes hostes. 4,2,59.  
 Inherere montibus, An den  
 Bergen kleben. 4,12,18. scopulis.  
 4,12,46.  
 Inhiare auro, thesauris. 3,11,  
 2. & 5.  
 Inhibere adoptionem, pro im-  
 pedire. 4,4,2. arcus, pro remittere.  
 4,10,6.  
 Inhonorata societas. 2,8,5.  
 Inicit, pro insicit. 1,10,5. l. Ita

*Silius* 19,570. Sic abicit, *Luven.* 19,  
 1. adicit, *Martial.* 4,54. 10,82. *Ve-  
 tus epitaphium*; Centena adicit nu-  
 mero crescente coronas. deicit, *Asi-  
 nius Gallus apud Sueton. de claris  
 Grammat.* cap. 12. subicit. *Lucanū*  
 7,774.

Iniicere manum. 3,14,5.  
 Inimicus nobilitati. 3,16,1.  
 Iniquus nobilitati. 3,16,1. 2.  
 inter Initia vrbis. 3,19,2.  
 Iniuria fauorem conciliat. 4,  
 2,51. f. 4,4,4. Iniurix opportuni  
 iuuenes. 4,4,2,2. INIVRIS  
 agitatus populus cupidine liber-  
 tatis incenditur. 1,8,7. Iniurix &  
 contumeliaz differentia. 4,12,30. e.  
 Inmodū pro admodū. 3, 1,13. m.  
 Innoxia pastoriz secta integri-  
 tas. 3, 12, 2.  
 Insani montes. 2,6,35.  
 Insectari aliquē probris. 4,4,2.  
 Insidere arcem. 3,21,7. 4,2,18.  
 collem. 3,23,6. harenam. 4,7,6.  
 mare. 4,8,1.  
 Insidiarum fallacia. Vide F.  
 Insidiis mandare scelus. 3, 4. In-  
 sidias disponere. 3,10,8. per Insi-  
 dias aliquem aggredi. 1,10,5. 2,  
 17, 17. INSIDIIS sublatus  
 hostis videtur aliter vinci non po-  
 tuisse. 2,17,7.  
 Insignia magistratuum ab E-  
 truscis. 1,3,5. 6. per Tarquinium.  
 1,8,5. regia. regni. Vide R. Insignia  
 imperatoria proiecta. 1, 18, 7. r.  
 Exemplum simile, simulque trati-  
 stantula occurrit in *Hist. Miscell.*  
 6,8. vbi legendum: Mithridates  
 vix DC. equitibus comitatus  
 aufigit, diademate & tiara, ne  
 agnoscere ur, abiectis. Castra e-  
 ius direpta &c. Hinc intelligitur  
 illud in *libris Macchabaeorum* 2, 3.  
 Nicanor deposita veste gloria,  
 per mediterranea fugiens. Insi-

# INDEX.

- gnia senatus, pro ornamentis, homi-*  
*nibus qui senatum decorant.* 4, 1, 3.  
*sic insignia virtutis.* 2, 2, 22. *quæ a-*  
*libi monstra virtutis vocat.*  
*Insignia subaudi facta.* 3, 10, 4.  
*Insignia trabeis & falcibus tro-*  
*phæa.* 2, 17, 16. *insignibus Marco-*  
*manorum spoliis trophæum.* 4,  
 12, 23.  
*Infirmul, pro iunctim, simul. Pra-*  
*fat.* 3, 2, 20, 1. *Ita Statius Silu.* 1, 6,  
 36. *Et gentes alii infirmul togatas.*  
*Collectio Chron. ex Anonymo qui sub*  
*Alexandro Seuero vixit, sine lib. 1.*  
*Fiunt infirmul anni CCCXLVI.*  
*Apuleius 1. Florid hoc sensu utitur*  
*voce Cunctim.*  
*Insolentia Fabia.* 1, 26, 3. *Gallo-*  
*tum.* 1, 13, 17. *Lepidi.* 3, 23, 2.  
*Instar naualis belli, h. e. species,*  
*similitudo.* 3, 5, 18. |  
*Instare, pro adesse, incumbere, vr-*  
*gere, imminere.* 3, 5, 7. *Instare vesti-*  
*giis.* 4, 11, 8.  
*Instinctus deorum.* 1, 9, 1.  
*Insubres assidui Rom. hostes.* 2,  
 3, 3. *vincuntur.* 2, 4.  
*Insularum Fortunatarum.* 3, 22, 2. *In-*  
*sularum fatum.* 3, 9, 1.  
*Insultare.* 1, 18, 4. *Insultatum*  
*reliquiis C. Gracchi.* 3, 15, 6.  
*Insultatio Germanorum inter*  
*caedem Varianam.* 4, 12, 36.  
*Insurgere totis viribus.* 3, 18, 13.  
*sic Consurgere.*  
*Intracti Umbri, h. e. bello nondum*  
*lasesciti.* 1, 17, 2. *Intacta via, per*  
*quas nemo iter fecit.* 3, 10, 22. *Sic*  
*Intactum fretum est apud Claudian.*  
*belli Getici principio. In eodem ra-*  
*men carmine vers. 180. non inta-*  
*ctum nubibus Olympum legerim,*  
*sed intectum.*  
*Integer & recens.* 3, 1, 13. *Idem*  
*quod intactus, sic Integra prouin-*  
*cia.* 2, 17, 7.
- Integrata amicitia.* 4, 10, 1.  
*Integritas pastoris lecta.* 3,  
 12, 2. *virginitatis.* 2, 6, 40.  
*Intelligit vires suas Hispania*  
*iam victa.* 2, 17, 4. *Idem verbum in*  
*simili sententia Plauti: Tum deni-*  
*que homines nostra intelligimus bo-*  
*na, cum quæ in potestate habuimus, ea*  
*amissimus.*  
*Inter duos currus distractus*  
*Fufetius.* 1, 3, 8. *Inter manus la-*  
*ceratus Athenio.* 3, 19, 12. *Bæbius.*  
 3, 21, 26. *Inter mortem Tarquini*  
*substitutus Seruius, h. e. dum mori-*  
*tur.* 1, 6, 2. *Inter etiam postponitur,*  
*vt Cretam inter.* 3, 6, 3. *Rhoda-*  
*num inter.* 3, 10, 2.  
*Interannium vrbs.* 3, 21, 27.  
*Intercedit bello Oceanus asti-*  
*bus subductis.* 3, 10, 5. *h. e. impedit*  
*pugnam, & vetat. quo sensu & Tri-*  
*buni pl. dicebantur intercedere.*  
*Interceptus cos. h. e. captus.* 2, 2,  
 11. *sic Interceptus exercitus.* 3, 4,  
 4. *Interceptæ naues.* 3, 7, 3. *Inter-*  
*cipi etiam dicitur, quod alii desti-*  
*natum, ab alio excipitur. sic Inter-*  
*cepta tempestate victoria.* 2, 2, 32.  
*Interceptum à Ioue votum Marti*  
*nuncupatum.* 2, 4, 4.  
*Intercidere, pro perire, intercipi.*  
 2, 2, 31.  
*Intercludere hostem comæa-*  
*tibus.* 3, 19, 11. 4, 2, 42.  
*Interdicere igni & aqua.* 3,  
 16, 2.  
*Interdium tenebræ.* 4, 2, 45.  
*Interfluens Vrbi Tiberinus.* 1,  
 4, 2.  
*Interim, pro interdum.* 1, 26, 6.  
*Sic apud Senecam de ira 1, 16. In-*  
*terim optimum misericordia genus*  
*est, occidere, & Consul. ad Helviam*  
 16, 11. & 12. *Item Senecam Trago-*  
*dum in Hercule Octavo, versu 481.*  
*Plinium epist. 10, 17. Quintil. Instit.*  
Oror.



# INDEX.

Orat. 10, 1. p. & Declam. 9. S. 30.  
Apuleium lib. 1. pag. 119.

Intermentia, 1, 4, 2. b. Ad eam  
formam composita sunt intercolumn-  
nia apud Cicero. in Verrem. 1, 19.  
interfemineum apud Apulei. in  
Apologia. internodia apud Virg. in  
Civi circa finem. interscapilium  
apud Apulei. princ. Floridorum.

Internicio, uniuersalis clades;  
Nuff das Haupt. 2, 17, 16. 2, 18, 5.  
Internoctu. 4, 2, 45. z.

Intervenire, pro intercedere. sic  
Intervenit pro fociiis pop. Rom.  
1, 13, 6. Intervenient raptæ pu-  
gnantibus. 1, 11, 14. Interveniente  
flumine ignis abrumptur. 2, 2, 1.  
Interveniente quasi natura, ad  
mare subsistunt Thraces. 3, 4, 2.

Intestinum mare, pro mediter-  
neo. 4, 2, 76. Græci Ἰνδὸς Πέ-  
λαγος appellat, Agellius. 10, 7.

Intolerantius, pro intolerabilis.  
4, 12, 36. Hoc sensu usus est Ovuenus  
acutus epigrammatum scriptor. Con-  
tugio esse tugum non intolerantius  
ullum.

Intra gloriam facinus Horatii,  
h. e. minus gloria. 1, 35. Intra pu-  
dicitiam Augusti, pulcritudo  
Cleopatrx. 4, 11, 9. Sic Quintil. 11,  
36. Scripta Hortensii intra famam  
sunt. h. e. minor fama. Vtatur ele-  
ganter Thuanus ubi de Tataris Præ-  
copiensibus dicit eis cibo & potu uti,  
non modice tantum, sed intra  
modum. Vtatur & Lipsius de M. R.  
3, 4. gladii certe breuiculi, & val-  
de intra pili modum. qui tamen  
in eadem uoce Senecam de benef. 6,  
32. 1. corrigir. Sed rectius, si quid vi-  
deo exponit Berneggerus, intra pud-  
icitia maledictum, cum nondum ad-  
huc publice male audiret, quod etiam  
velle videtur Gruterus suspicio. 8,  
10. Intra ripam, h. e. in ceteriore

ripa. 3, 10, 14. Sic Gvidius Trist. 2,  
127. Vozz Citra vritur.

Intremiscere. 4, 3, 8.  
Introisse victoria fuit. 2, 7, 11.  
Inuadere hostem, pro aggredi. 1,  
16, 7. 4, 2, 95. Urbem. 1, 13, 14. 3, 20,  
11. maria. 3, 6, 1. Inuadere signi-  
ficat aliquid vi aut fraude occupare.  
sic Inuadere gubernacula Urbis.  
1, 6, 1. regnum. 1, 8, 1. regnum &  
bellum. 2, 14, 3. rempublicam. 4,  
2, 11. Sic unpatron eren.

Inuchi in fugientem, pro perse-  
qui fug. 4, 2, 84.

Inuenire quosdam, quam vin-  
cere, maior labor. 2, 3, 4. Inueni-  
te. pro offendere. Antreffer. 3, 10, 7.

Inuictus armis pop. Romanus.  
3, 1, 2. Inuicta Cæsarum fortuna.  
4, 7, 10. Cimbrorum rabies. 3, 3, 5.  
Numantia. 2, 18, 2. Inuicti à ve-  
ris regibus Romani, ab imagina-  
rio superantur. 2, 14, 4.

Inuidia deum. 1, 13, 1. Sic Cur-  
tius 6, 2, 19. & 10, 5, 10. fortunæ.  
4, 2, 1. Inuidia vicit clementiam  
Cæsaris. 4, 2, 92. Inuidia ex po-  
tenia. 4, 2, 8. Inuidia, pro odio &  
mala existimatione, Dnatompff/  
Nath. vid. ita sub exteri regis in-  
uidia grassantur Cilices. 3, 6, 2. h.  
e. regu nomen prætendunt, eique in-  
uidiam concitant. Sic Tutores regis  
sub aliena inuidia regnasse, est  
apud Luuium. 24, 25. 2. Diocletianus  
leueritatem suam aliena inuidia  
voluit explere. Hist. Miscella 10,  
44. Sic Arnob. lib. 1. Ut inter Aff-  
rios & Baſtrianos &c. dimicaretur,  
inuidia nostra hæc fuit? Inui-  
diam extenuare. 3, 18, 1. Ver-  
tumpff e.

Inuius, pronunquã viso. 4, 12, 27.

Inuitat occasio. 3, 5, 4.

Innius exitus. 3, 20, 4. saltus. 1,  
17, 3. Inuii tumuli. 3, 10, 22.

# INDEX.

- Inultum cadere, more pecudum. 3, 3, 18. m. sic in Sallust. Cati- lin. 58, 21. *Causet, ne inulti amoniam amittant, non capri potius*, sicuti pecora trucidemini. Iosephus 13, 24. *veritē i pō ēx dēōn d'ixnē. Bōoxn- pētōv xōn'ēōd'ōi.* non inultum occumbere solatio morientibus. 3, 3, 18. m. 3, 21, 20.
- Inundatio sanguinis. 1, 13, 17.
- Inuolucere, pro corripere, comples- si, trahere. sic bellum Tarentinum totam fere Italiam vna ruina in- uoluit. 1, 13, 1. Mithridates to- tum Orientem sua ruina inuol- uit. 3, 6, 21.
- Inusitata maxime terrent. 1, 18, 6. o. Hoc vult Parmenio apud Cur- tium 4, 13, 5. *Vanu ē manibus, mi- litem magis quam iustu formidini causū moueri.* Vide Plut. Mario cap. 23. Insinuum, 11, 9, 7.
- Ionium mare. 2, 7, 6. 2, 15, 1.
- Ipsē fere emphaticum est, ut in his. Ipse ille. 4, 2, 1. sic Cicero ad Atti- cum 2, 1. *me illum ipsum vindicem arisiationi.* Sic emendanda in puta- bam in Iustino 5, 4, 14. Ipsos illos deos gratulantes tulere obuiam, quo- rum execrationibus erat deuotus. Ipso aduentus hostici nuncio fu- gatur Antiochus. 2, 8, 10. Ipso Pu- nici Maris nomine quidam defi- ciunt. 2, 2, 17. quo loco et a. 97 Punice legitur. *utramque defendi potest prius est ut illud Sironis epist. 8, 1.* Quamlibet sola hiemalium men- sium nomina tremas. posterioris et illud Quidi epist. 13, 53. Ilion, & Te- nedos, Simoisque, & Xanthus, & Ida, Nomina sunt ipso paxē ti- mendā sono. Ipsorum etiam bar- bari barbarorum Myli. 4, 12, 1. Ipsa beneficiorum potentia gra- tis liberis. 4, 2, 92. Ipsa ciades im- peratoris sacramentum auget. 4,
- 2, 65. in ipsa morte, irā viuūt. 1, 18, 17.
- Ira viuūt in ipsa morte. 1, 18, 17.
- Idem expressit *Silius sine libri quin- ti*: Fronte minā durant, & stant in vultibus irā. Sic de Catilina Sal- lustius: ferociam animi quam ha- buerat viuus, in vultu retinens. Ira pluraliter. 2, 15, 18.
- Ire in arma. 4, 5, 2. in sudorem, pro resolu. 2, 4, 2. furor Illet ultra Alpes. 4, 1, 9.
- Irrigari, pro vegetari sanguine di- gescō. 1, 23, 2.
- Hara si. 3, 2, 4.
- Isauricus cognomen Scruiliū, 3, 6, 5.
- Isaurus vrbe. 3, 6, 5.
- Italia subacta. 1, 26, 9. contra vrbe conflurgit. 3, 18, 5. Italia vastatio. 2, 6, 8. Italia sua con- tenti debuerant esse Romani. 3, 12, 6.
- Italorum rebellium duces. 3, 13, 6. n. quibus adde Duillium apud Frontinum 1, 53, 7. Guttam Capua- num apud Appianum civ. 1. p. 409. statium apud eundem civ. 4. pag. 603.
- Iter aperire ad victoriam. 1, 14, 3. in Italiam. 2, 6, 4. ad guberna- ce pedibus. 3, 5, 16. stellis sequi. 3, 13, 28.
- Itum est. 1, 9, 8.
- Iuba Maurus. 4, 2, 34. Pompeia- narum partium. 4, 2, 65. interfici- endum se præbet. 4, 2, 69. de Iu- ba triumphus Cæsar. 4, 2, 89.
- Iubere leges, h. e. ratū habere, fa- cere. 3, 17, 8. tributa, pro imperato. 2, 6, 2.
- Judxi. 3, 5, 30.
- Iudiciaria leges. 3, 12, 9.
- Iudicio suo, scelere alieno vri. 4, 7, 15.
- Iudicia ad equites translata. 3, 13, 4. in quæstu habita. 3, 12, 9.

# INDEX.

in iugulo hostes. 2, 6, 32.  
 Iugum, *pro culmine montis*, Ma-  
 leum. 2, 9, 4. Pyrenæum. 2, 17, 6.  
 Iuga Alpium imæ. 2, 3, 4. *Vide*  
 Imæ. Iuga Tridentina. 3, 3, 11.  
 Iugum. 1, 11, 13. y. sub iugum  
 mittere. 1, 11, 13, 1, 16, 11. & 12. qua-  
 si Iugo sic ponre capius Rhenus.  
 3, 15, 10. Iugum, *pro seruitute*, sic  
 Iugi imparientes populi recens  
 domiti. 2, 17, 8. 4, 12, 2. *Sic apud*  
*Tacitum. H. 4, 17, 8. Seruirent Syria*  
*Asiaque, & suctus regibus Oriens.*  
*multis adhuc in Gallia vivere, ante*  
*tributa genitos. Iugum excutere.*  
 2, 14, 2.  
 Iugurthinum bellum. 3, 1.  
 C. Iulius Cæsar. *Vide Cæsar.*  
 Iulius Cæsar Sextus eos. 3, 18, 8.  
 vincitur à sociis. 3, 18, 12.  
 Iulius Proculus. 1, 1, 18.  
 Iulia Pompeii coniux. 4, 2, 13.  
 Iulia gens. 4, 4, 2.  
 Iulus Albani condit. 1, 1, 4. *I-*  
*dæm diceret. Arnobius lib. 2. si per cor-*  
*rectores liceret. Verba sunt editio-*  
*nam: Cuius forer Latinus fuit:*  
*Ænex: genitoris Latinus cuius?*  
*Albani oppidi conditoris. Cui du-*  
*binus esse potest, quæ scripserit au-*  
*thor: Genitor is cuius? ad quæd-*  
*is imperit, notantur Latinus, quasi*  
*de eo loqueretur, non de Ænea: que*  
*glossa folleant librorum more de-*  
*inceps in contextum recepta est: &*  
*quod alin videretur sensus turbator,*  
*duæ voces coniunctæ.*  
 Iungere ponte urbem, sic Bon-  
 na & Gelsonia pontibus iunctæ.  
 4, 12, 26. mole, bello regionem. 2,  
 2, 2. Bosphoron. 3, 5, 25. *sic* ponte  
 committere dicit 1, 4, 2. flumen  
 gelu concreuit iungit ripas. 4, 12,  
 13. Iungere manus, *integræ & ami-*  
*icitie signum.* 4, 6, 3.  
 Iupiter quali patiens in Capi-

tolio. 1, 13, 13. 3, 21, 16. intercepti vor<sup>ti</sup>  
 Gallorum. 2, 4, 4. Feretrius. 1, 1,  
 11. 1, 12, 9. 2, 4, 5. Sator. 1, 1, 14.  
 Iurare in verba. 3, 16, 2.  
 Ius apud barbaros nullum. 1,  
 13, 6. IVRIS quod ipse compo-  
 fueris, obliuisci non decet. 1, 14,  
 2. b. Iure agere, *h. e. iure gentium*  
*querere de illatus iniuria.* 2, 5, 3. IV-  
 RE retinentur prouincia. 4, 12,  
 19. Iure sanctum. 3, 21, 8. *nisi for-*  
*san ex more Flori addenda vox,*  
*quasi iure. ut 3, 14, 7. aut intelli-*  
*gendum de iure non iusto, de quo 3, 23,*  
*3. c. Iure suo temp. peculatusque*  
*equites, h. e. concessa legibus potesta-*  
*te abutuntur ad peculationem.* 3, 17, 3-  
 lus belli. 3, 5, 13. 3, 19, 6. 3, 23, 3. ci-  
 uilitatis. 1, 14, 1. 3, 18, 3. heredita-  
 rium. 2, 8, 7. *quo loco malim legere,*  
*hereditario iure possidebat, sicut*  
*infra 3, 13, 5. nec enim posseere Lyss-*  
*machiam opus habebat, quam iam*  
*obtinebat, & instaurabat, ut testatur*  
*Liuius 33, 24, 9. imaginarium.* 3,  
 11, 5. prouocationis. 1, 9, 4. san-  
 guinis. 3, 1, 15. testamenti. 2, 20, 3.  
 tribunicia potestatis. 3, 14, 5. Vi-  
 ctoria. 2, 7, 4. 3, 7, 6. Iura armis  
 leuiora. 4, 12, 32. humana atque  
 diuina. 3, 5, 7.  
 Iusiurandum non remeandi ni-  
 si capta vrbe, & similia. 1, 12, 8. 1,  
 1, 16, 7. d. 2, 4, 13. f. Tale etiam La-  
 uenti apud Cæs. ciu. 3, 87. & Casaria-  
 norum apud Appian. ciu. lib. 2. pag.  
 467.  
 Iusta, *pro inferis.* 4, 2, 60.  
 IUSTITIA gubernanda im-  
 peria 1, 2, 4.  
 Iustus exercitus. 3, 20, 6. & 7.  
 Iustum proelium. 2, 7, 11. *Hoc sensu*  
*iusta arma apud Tacit. 14, 32, 4. que*  
*militaria sunt Sallust. Cat. 56, 3.*  
*apud eundem Tacitum etiam reperit-*  
*ur iustus exercitus H. 4, 21, 2. id*



# INDEX.

est plenus, nos exprimimus eodem schemate, *Ein rechtes Heer*. Sic no-  
*ster*. 3, 20, 7.

*Iuturna* lacus. 2, 12, 16.  
*Iuuenis* appellatur *Augustus*  
 intra vicessimum annum. 4, 4, 1. c.  
*Iuuenis*, pro homine qua *triginta* a an-  
 norum. 4, 8, 4. **IUVENES** op-  
 portuni iniuriæ. 4, 2, 2.

*Iuuentius* prator vincitur à  
*Pseudophilippo*. 2, 14, 4.

*Iuuenta* imperii. *Præf.* 7. *Iu-  
 uenta* prima fax. 1, 1, 5. pro primo  
 impetu feruor*is* iuuentis. *Iuuenta*  
*æta* est. 1, 7, 7. q. Vide centuriam e-  
 pist. philolog. editam *Francofurti*  
 anno 1614. epist. 36. qua est *Herman-  
 ni Baschii*.

*Iuventas* prodea *iuuenta*. 1, 7, 7.  
*proatate*. 2, 1, 1.

*Iuuentus* pro iuuenibus diuisa  
 per tribus. 1, 1, 15. mirum in mo-  
 dum exercita. 1, 3, 2. *Capitolium*  
 defendit. 1, 13, 13.

## K.

*Κεραία*. 2, 10, 3. d.

## L.

**L** *Abienus* T. 4, 2, 83.

*Labienu*s superior*is* filius. 4, 9, 3.

*Labor* ventorum. 4, 11, 5.

*Laborare*, pro periclitari. 1, 12, 11.

*Lacedæmon* urbs. 2, 2, 23. com-  
 pescitur. 2, 7, 12.

*Lacedæmonii* Tarenti condi-  
 tores. 1, 18, 2. & 6.

*Lacerare* semet bellis ciuilibus  
 2, 19, 4. *Lacerare* furtis heredita-  
 tem. 4, 4, 2.

*Lacertos* mouere, pro conuale-  
 scere. *Præfat.* 8.

*Lacera* comæ. 1, 1, 14.

*Lacessentibus* causis. 2, 17, 5. fi-  
 nitimis. 1, 9, 6.

*Lacones* trecenti. 2, 8, 11. Ad-

monent hi loci apud *Senecam* *Suafor*.  
 2. ibi *Victor Statorius*. Trecenti,  
 sed viri, sed armati, sed *Lacones*,  
 sed ad *Thermopylas*. Nunquam  
 vidi plures trecentis. lege trecent-  
 tos. & hoc est, quod decentissimi ge-  
 neri stultam sententiam vocat *Se-  
 neca*. Pluribus exponerem τὸ ἄριστον  
 huius lectionis, si modus instituti ca-  
 peret.

*Lacus* *Maxotis*. 3, 4, 6. *Regilli*. 1, 11, 2. *Vadimonis*. 1, 13, 21.

à *Læuis*. 3, 2, 2.

*Læuinus* M. *Valerius* cos. 2, 6, 25. *Philippum* vincit. 2, 7, 6.

*Lamponius* *Samnus*. 3, 21, 22.

*Lancæ* *Cimbrorum*. 3, 3, 16.

*Lancia* urbs. 4, 12, 56.

*Lapidate*, *lapidibus* obruere. 1, 22, 2.

*Lapidatio*, coniectio *lapidum*. 3, 8, 6.

*Lapis*, pro *milliari*. 2, 6, 56.

*Largitio* bellorum gladiato-  
 riorum causa. 3, 12, 10. *Largitio*  
*Drusi*. 3, 17, 6. *Largitione* suspec-  
 tus *Mælius*. 1, 26, 7. nulla *Largi-  
 tione* in pretium libertatis cor-  
 rumpi. 1, 26, 5. *Largitio* igitur tam  
 ad alias quoque liberalitates perti-  
 net, tum in specie ad editiones gladi-  
 torii muneris, aliorumque spectaculo-  
 rum. *Quamuis* *Agreus* distinguit  
*Largitatem* humanitatis esse; *Lar-  
 gitionem* ambitionis.

*Lars* *Tolumnius* rex *Veien-  
 tium*. 1, 12, 9.

*Lasthenes* *Cretensis*. 3, 7, 6.

*Late* fere est nostrum *vest* vnde  
 breuit circumfert arma pop. Ro-  
 manus. *Præfat.* 2. *Lare* per *Etru-  
 riam* infesta signa volitant. 1, 17, 2.

*Late* fusus exercitus. 2, 16, 5.

*Late* fundis ciuium Romanorum  
 tenetur *Sicilia*. 3, 19, 3. c. *Late* con-  
 curritur ad nomen *Marii*. 3, 21, 11.

# INDEX.

Late Parthos cædit Ventidius. 4, 9, 5. Late domantur Liburni. 2, 5, 4. Latius naufragia sua trahunt Galli. 1, 13, 19. Latius ararium replent opes Cypriæ, quam vllus triumphus. 3, 9, 5. Latius vt vinceret Cæsar, Pompeianis accessit luba. 4, 2, 65. *Horatius Od.* 3, 17. Late tyrannus. *Sallust. Jug.* 5, 5. Syphacii Imperium in Africa late valuit.

Latebræ ignibus septa. 2, 3, 5. Latifundia. 3, 19, 3. Latinarum festum. 3, 18, 8. Latini vincuntur. 1, 14. mixti Romanis. 3, 18, 1. 1, 1, 9. Latium. 1, 1, 4. 1, 7, 4. i. 1, 11, 1. contra Urbem confurgit. 3, 18, 5. Latio promissa ciuitas. 3, 12, 9. Latrones, pro piratis. 3, 6, 2. sic Latrocinium maris pro piratica est apud Iustinum 43, 3, 5. Strabo lib. 14. habet *ληστερία καὶ κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλασσαν*. Ita Latrocinari est piraticam facere. 3, 6, 3.

Latrocinia magis quam bella. 2, 3, 4. Sic apud Sallust. Jug. 97, 6. pugna latrocinio magis, quam prælio similis. *Lin.* 35, 7, 6. latrocinum magis, quam hostium excursiones. & 33, 15, 2. proximum bello quod erat, in latrocinium versi. Vide Gentil. de iur. belli 1, 2. Latrones & hostes in libris iuris sapissime opponuntur. Vide Lexicon Brissonii, voce latrones. Latrociniiis euanescere. 3, 3, 18.

Latus imperii nudum. 3, 5, 4. Metaphora a gladiatoribus desumpta, quos vt ait Seneca de ira 1, 11, 2. arstuerur, ira denudat.

Laureati victoriæ nuncii. 3, 3, 20.

Lauro urbs. 3, 2, 7. apud Latronem cæsus Cn. Pompeius Magni filius. 4, 2, 85.

Laurus in prætoria nata. 2, 7, 7. Laurus, pro triumpho. 4, 2, 83. 4, 12, 53.

Lectulus aureus. 3, 5, 28.

Legatio, pro officio legati siue locum tenentis. 2, 8, 14. pro officio legati, siue nuncii. 2, 2, 23. pro legatu ipsi. Legatio Allobrogum sollicitatur à Catilinariis. 4, 1, 9. Appuleii ad Senatum. 3, 16, 6. Cæsaris ad Ariouistum. 13, 10, 11. Cimbrorum ad Romanos. 3, 3, 2. Cimbrorum ad Marium. 3, 3, 17. Indorum ad Augustum. 4, 12, 62. Orodis ad Crassum. 3, 11, 4. Pyrrhi ad Romanos. 1, 18, 20. Romanorum ad Achæos violatur. 2, 16, 2. ad Illyrios violatur. 2, 5, 3. ad Iugurtham corrumpitur. 3, 1, 5. ad Tarentinos violatur. 1, 18, 5. Sarmatarum, Scytharum, Serum ad Augustum. 4, 12, 62. Legationis dux, h. e. princeps. 2, 6, 7.

Legati, pro vicariis imperatorum, lieutenantis. 3, 6, 8. 3, 10, 7. 3, 22, 6. 4, 2, 26. & 31, 4, 9, 4. & 5, 4, 12, 51.

Legiones tres à Germanis cæsa. 4, 12, 34. vndecim à Parthis. 3, 11, 2.

Lentulus Marcellinus legatus Pompeii. 3, 6, 9.

Lentulus prætor vincitur à ferulis. 2, 19, 7.

Lentulus Cn. Cornelius Clodianus vincitur à Spartaco. 3, 20, 10.

Lentulus P. Cornelius Sura prætor coniurat cum Catilina. 4, 1, 8.

Lentulus L. Cornelius Crus cos. 4, 2, 15.

Lentulus Dacos vincit & Sarmatas. 4, 12, 19. & 20.

Lentulus Getulicus. Vide Cossus.

Lentuli Eniati ludus gladiatorius. 3, 20, 3.

Lepidus M. Aemilius bellum civile concitat. 3, 23. K k 3

# INDEX.

- Lepidus *M. Aemilius* triumvir. 4, 6. fratrem proſcribit. 4, 6, 4. ad Urbis præſidium relinquatur. 4, 7, 5.
- Leucas inſula. 4, 11, 4.
- Leucates mons. 4, 11, 4.
- Leuis armatura. 4, 2, 49. Leuia præſidia. 4, 2, 18.
- Lex Sulpicia. 4, 21, 6. Leges agrariæ. 3, 3, 3. 3, 13, 1. Anguſti. 4, 12, 65. frumentariæ. 3, 13, 1. Gracchana. 3, 16, 1. 3, 17, 1. & 6. iudiciariæ. 3, 12, 9. Leges Rom. à Græcia allata. 1, 24, 1. Leges citant nefas, *in e. facinus examinat* legibus. 1, 35, 5.
- Leges ferre, iubere. 3, 17, 8. ferre *perinet ad magiſtratus*; iubere *ad populum*. Leges pacis, *pro conditionibus pacis*. 2, 6, 59.
- Leuare *pro extollere, altiorem facere, ſic hiems altius Leuat Alpes*. 3, 3, 11. *Vide etiam H.*
- Libanus mons. 3, 5, 29.
- Libellus rationes theſaurorum continens. 4, 12, 44.
- Liberi Cereſiſque certamen Campania. 1, 16, 4.
- LIBERIS grauis eſt ipſa beneficiorum potentia. 4, 2, 92.
- Liberaliter educari. 1, 6, 1.
- LIBERTAS omnibus potior. 4, 2, 25. LIBERTATIS cupidine incenditur populus iniuriis agitatus. 1, 8, 7. Lib. gaudium. 1, 9, 3. 2, 7, 14. in Lib. premium nulla largitione corrumpi. 1, 26, 6. Lib. vindices imperio ornari. 1, 9, 1. Lib. accerrimus cuſtop. pop. Romanus. 1, 26, 6. Libertatem quam maxime reſtitutam voluerunt, perdidit Brutus & Caſſius. 4, 7, 1. Lib. à dominis datam in ipſos erigere. 1, 21, 2. in Lib. excipi. 2, 6, 4. ad Lib. vindicandam accingi. 1, 9, 1. Libertate à Romanis data, aduerſus ipſos
- vtitur Critolaus. 2, 16, 2. pro LIB. pugnantium cruentior pugna. 3, 10, 4. pro Lib. arma corrumpere. 1, 9, 6. 1, 10, 1. 1, 11, 5.
- LIBIDO non minus exoſa, quam ſauitia. 4, 12, 31. Libido Sexti Tarquini, regibus imperium abrogat. 1, 7, 9. Appii Claudii, decemuiris poteſtatem. 1, 24, 46. libidines, *pro congreſſibus Venereis*. 4, 11, 2. *Sic Propertius* 2, 16, 3. *Rumpat ut aſſiduis membra libidinibus*.
- Libo *L. Scribonius*. 4, 2, 19. Pompeii legatus. 4, 2, 31.
- Liburna nauum genus. 3, 9, 5.
- Liburni pop. 2, 5.
- Libyæ mare. 3, 6, 9.
- Licentiæ ſcelus addere. 2, 8, 2.
- Licinius Craſſus *M. Spartacum* vincit. 1, 20, 12. *Vide etiam Craſſus*.
- Lictoris virgæ. 4, 12, 31.
- Lictoriæ virgæ ſonus. 1, 26, 3.
- Ligures aſſidui Rom. hoſtes. 2, 3, 3. Ligurius ſinus. 3, 6, 8.
- Lilybæum urbs. 2, 2, 14.
- Limen maris, *pro oſtio, ingreſſu primo*. 3, 6, 9.
- Lingua cauſſidici viperæ appellata. 4, 12, 37.
- Liris fl. 1, 18, 7.
- Liris urbs. 1, 13, 24.
- Litare ſanguinem. 3, 4, 2. extis. 4, 12, 17. Litare Manibus occiſorum. 2, 5, 4. 3, 12, 14.
- Liuius Druſus *M.* trib. pl. 1, 17.
- Liuius Salinator *M.* debellat Aſdrubalem. 2, 6, 10.
- Locus ſceleris & poenæ idem. 2, 2, 29. e. *Adde Val. Max.* 1, 1, 19. & *Dionem lib.* 51. pag. 513. Loci fiducia reſiſtere. 2, 8, 11. Loci ingenium obſeruari. 2, 6, 16. Locum in prælio caprum, amiſſa anima corpore tegere. 4, 1, 12. *Totidem verbu*



# INDEX.

*urbis Sallustius.* Loco mouere urbem. 2, 15, 6. Locorum situs ingenia format. *Vide* I. Locis tui populi. 2, 3, 4.

Longe illis nautica artes. *h. r.* artes nauticae nihil profuerunt illis. 2, 2, 8. *sic explicat ipse Florus* 2, 5, 134. Longe illi triplex murus &c. nisi quod haecenus profuere. *Sic Virg. Aen.* 12, 52. Longe illi dea mater erit — Ouid. *Metamorph.* 8, 437. ne longe tibi captus amore Auctor — *Hieron. sine apologia ad Dominionem; Procul Epicurus, longe Aristippus. Hinc corrigendum patrem Cas. de bel. Gall.* 1, 36. ubi *vid. go;* longe ab his fratrum pop. Romani nomen abfuturum, *praeterea, inquam, scribendum;* longe iis fr. p. R. n. futurum. *Vide Lipsii notam* 480. *ad pauc.* Plinii.

Longini familia patricia. 4, 1, 3. Loqui dicitur fama. 4, 10, 7. Lorica Ptolemei aurea. 4, 2, 60. Lorica pro opere circumdati obfessi. 2, 18, 13. 3, 10, 25. *Quid proprie sit, vide apud Vegetium* 3, 28. & *Lipsii Poliorc.* 2, 2.

Lucania. 2, 6, 30. confurgit contra Romanos. 3, 18, 6.

Lucani. 1, 18, 1. vincuntur à Carbono. 3, 18, 13.

ad Lucernam legere. 4, 2, 71.

Lucretia. 1, 7, 10. 1, 24, 2.

Lucrimus portus. 1, 16, 4.

Luctatur pop. Rom. cum finitimis. *Præfat.* 5. domi. 2, 1, 2. *Auctari vocat bella ut non magna, ita difficilia gerere, viribus nondum confirmatu.*

Lucullus L. Licinius Turdulos vincit. 2, 17, 11.

Lucullus M. Licinius Thraces vincit. 3, 4, 6.

Lucullus L. Licinius Mithridatem vincit. 3, 5, 2. & 17.

Lucullus L. Licinius vincitur à feruis. 3, 19, 11.

Lucus Asylum factus. 1, 1, 9. in Lucis conuenius Gallorū. 3, 10, 21.

LVDIBRIVM calamitatem anget. 3, 20, 2. Ludibrio hostium se eximere. 3, 21, 17. Ludibrio esse. 3, 11, 10. & 11. haberi. 3, 21, 26.

Ludibriis scd dare mortem. 3, 4, 2.

Ludibundus. 2, 10, 2.

Ludimagistri Falisci perfidia. 1, 12, 6.

Ludii. 3, 20, 3. d.

Ludus gladiatorius. 3, 20, 3.

Ludi pro spectaculis Asculanorum. 3, 18, 9. equestres. B 1, 10.

Nemex. 2, 7, 14. Tarentinorum. 1, 18, 4.

Lumen pratorix nauis. 4, 8, 5.

Luna commilitans. 3, 5, 22. Luna quarta. 1, 18, 19. y.

Lupa Romuli nutrix. 1, 1, 3.

Lutiani. 2, 17, 12. Viriato militant. 2, 17, 15. Sertorio. 3, 22, 1.

Lustrata quasi incendio Gallico urbs. 1, 13, 18.

Lutatius Carulus C. cum Pœnis debellat. 2, 2, 33.

Q. Lutatius Catulus Lepidum compescit. 3, 23, 6. *Vide etiam* C.

Luxuria, *pro luxu.* 1, 18, 22. LVXVRIA sua debellatus Antiochus. 2, 7, 10.

LVXVS famem facit. 3, 12, 8.

Luxu extinctus furor Antonii. 4, 11, 1. Luxus pluraliter. 2, 8, 8.

Lyfimachia urbs. 2, 3, 7.

## M.

Macedo, *pro Macedones. Vide*

Sing. pro Plur. affectator imperii populus. 2, 7, 2. Macedones.

1, 1, 27. Macedonum tributarii Thraces. 3, 4, 1.

Macedonia. 1, 18, 6. debellatur. 2, 7. iterum 2, 12. tertium.

# INDEX.

- 2, 14. in partibus Pompeii. 4, 2.  
 5. provincia Bruti. 4, 7, 4.  
 Macerare hostem, attenuare & vexare. 2, 6, 28.  
 Machinas incendere. 4, 2, 24.  
 Macra fl. 2, 3, 4.  
 Macre. 2, 18, 16.  
 Mæander fl. 2, 8, 15.  
 Mælius Sp. regnum affectat. 1, 26, 7. apud Plut. Bruto cap. 2. corrupte est Μάξις & Σαργεῖς.  
 Mæotis lacus. 3, 4, 6.  
 Magaba mons. 2, 11, 5. h. Totum locum ita restituo: quamvis sub aduentum hostis, relictis sedibus, in altissimos se montes recepissent. Tolostobogii Olympum, Testofagi Magaba infederant. utriusque fundis sagittisque acti &c.  
 Magister regis. 4, 2, 60. h. e. qui eum instituit quacunque in re. Virg. *Æn.* 5, 669. — nec exanimis possunt retinere magistris. Statius silv. 5, 193. Moderator est; — indomiti Phœnix moderator alumni. Μυνητωρα & Μυνητωριωρα vocat Ptolem. Hephæstion apud Photium Biblioth. Cod. 197.  
 Magistratu se abdicare. 3, 14, 5. Magistratum causa exorta seditio. 1, 26, 1.  
 Magnanimitas ducum Romanorum. 1, 13, 16.  
 Magnificus apparatus conuiuiorum. 3, 12, 12.  
**MAGNITUDO** apparatus exitiosa. 2, 3, 35. k. 2, 18, 17. 4, 2, 49. 4, 11, 5. cladium. 3, 19, 4. elephantorum. 1, 18, 8. nauium Antonianarum. 4, 11, 5. Pompeii. 3, 5, 2. prædæ Veientis. 1, 12, 10. Romana. *Præfat.* 1. & 3. eo Magnitudinis creuit pop. Rom. ut suis viribus conficeretur. 3, 12, 6. Magnitudo serpentis Libyci. 2, 2, 20. Tarenti. 1, 18, 2. **MAGNITUDO** virtutis calamitatibus approbatur. 2, 2, 22. Magnitudo igitur vel proprie sumitur, vel translate, pro potentia & præcellentia.  
 Magna fortuna pop. Romani & semper in malis maior. 3, 18, 13. **MAGNÆ** indolis signum sperare semper. 4, 8, 3. Magnum fidei monumentum Saguntus. 2, 6, 5. **MAGNA** nomina, ut non in usum; ita ad speciem imperii, acquisisse decorum. 3, 12, 4.  
 Maiestas Casariani nominis. 4, 4, 4. populi. 1, 9, 4. Reguli. 2, 2, 25. Romana. 4, 2, 8. Senatus. 1, 5, 2. 3, 17, 3.  
 Maiorum causa parcere delinquentibus. 3, 5, 10. q. Maioribus nostris ablata non sunt nostra. 1, 2, 4. 1. Vide dissertationem Iephra aduersus regem Ammon. Iudicum c. 11. Maius fuit imperium Rom. quam ut ullis externis viribus extingui posset. 4, 2, 1.  
 Male, pro nequicquam, frustra. 3, 5, 26. proobiter, vix, non satis. sic **MALE** obrutum incendium maiore flamma reuiuiseit. 3, 21, 9. Ita — male viua caro. Ouidius *Met.* 15, 380. & *Fast.* 3, 102. male forte genus. male focillata societas. Suet. *Aug.* 17, 1. & 21, 2. nationes male quietæ. Statius *Theb.* 11, 552. Qua male iam plumis imus tegit inguina thorax.  
 Maleus sinus. 3, 6, 3. Maleum iugum. 2, 9, 4.  
 Malus genius Bruti. 4, 7, 8. **MALIS** augetur animus fortis. 3, 5, 20. Malis suis maria terrasque permiscuit Sertorius. 3, 22, 2. in **MALIS** semper maior pop. Romani fortuna. 3, 18, 13. in ipsis Malis beatissima Numantia. 2, 18, 16.

# I N D E X.

in *ipsis Malis* utique felix. 4, 2, 50. hoc ei in *Malis* suis indulgentia fortuna. 2, 14, 5.

Mamilius Fuscianus. 1, 11, 1.

Manare, *pro emanare*. *Hufstom* men. 4, 2, 94.

Manciniana deditio. 3, 14, 2.

Mancinus, *Vide* Hostilius Mancinus.

Mandare, *pro iubere & delegare*. 4, 12, 12. Mandare expeditionem, & sumere ut differant. 4, 12, 48.

Mandare sibi inferias, 2, 6, 8. *verbum testamentarium*, quo de late *Briffonius in lexico*, nobis est *verma* chen/*verschaffen*. Mandare aliquid ad uxores, *iubere aliquid renunciari*, *uentibleten lassen*. 3, 3, 6. ita intellige *Tacit. H. 4, 5, 1, 3*. sic *Vopiscus Aureliano cap. 30*. Mandare scelus infidiis, *h. e. per infidias exequi*. 3, 1, 4. sic *Iustinus 5, 2, 5*. *Anonymus de rebus bellicis*, pag. 87.

Vindictam suam malis artibus commendavit. ultionem. *Vide* V.

Mandata morientium. 1, 9, 1. c. Huius generis sunt mandata de funere, *apud Sueton. Aug. cap. ult.* *suprema apud Senec. Medea versu 451*. *Vide Tacit. Agric. 45, 8*. *Silium 15, 791*.

Manifesta victoria, *pro hand dubie obventura*, 2, 7, 7. *Sicut e contra apud Ouid. Metam. 15, 577*. — *Tyroena gens haruspex Magna quidem rerum molitur: ina vidit in extis*, Non manifesta tamen. Manifesto vultu esse, *h. e. vultu aperte pra se ferre*. 4, 2, 83.

Manibus se consecrat *Senatus*. 1, 13, 9. se deuouent *Decii*. 1, 14, 3. 1, 17, 7. *Manibus Caesaris graues Cassius & Brutus*. 4, 6, 2. exercituum Rom. *Aeuli euerfione litatur*. 3, 19, 14. *legatorum Rom.*

principum *Illyriorum* eade *litatur*. 2, 5, 4. *Pompeii vindictam quatit fortuna*. 4, 2, 55. *Saguntinorum parentatur*. 2, 6, 8.

Manilius *Manius* cos. *Carthaginem oppugnat*. 2, 15, 7.

Manilius praetor vincitur a *feruis*. 3, 19, 7.

Manlius *M. Capitolinus* Capitolium defendit. 1, 13, 13. ab arce *Tarpeia* deicitur. 1, 26, 8.

Manlius *Cn.* vincitur a *Cimbris*. 3, 4.

Manlius *Torquatus T.* 1, 13, 20. filium occidit. 1, 14, 2.

*Cn. Manlius* vincitur ab *Histris*. 2, 10, 7.

*Manlius Cn. Vulfo* Gallograecos vincit. 2, 11, 2.

*Manlius Catilinae* socius. 4, 1, 8.

*Mannius* trib. mil. 2, 2, 17. *Mannii* alias dicuntur indecori vultus personae, quibus pueri terrentur. *vetus Scholiastes ad Pers. 5, 56*. Et ita forte cepit *Augustus in nequissimo illo suo epigrammate*.

*Manubiae armorum*. 2, 18, 6. *captarum urbium*. 1, 7, 8.

*Manus* dextra *Crasso* amputata. 3, 11, 11. *Manus porrecta saluantibus*. 3, 21, 16. *Manum iniicere*, *Hand anlegen*. 3, 14, 5. 4, 1, 9.

*Manu* sua aliquem occidere, *mit eygener Hand*. 1, 10, 8. *quadam quasi* *Manu* repellere hostem. 3, 5, 9. *quasi* *vna* *Manu* facta strages. 4, 2, 49. *conferere, pro confingere*. 2, 18, 3. *Manu* restituere praelium, *h. e. pugnando*. 3, 10, 4. sic *Manu* pulcer apparuit *Augustus*. 4, 4, 5.

*Manus* amputatae *causarum* *patronis*. 4, 12, 37. *Manus* abscindere. 3, 4, 7, 9. *Manus* quasi amputantur ademptis armis. 2, 18, 4.

*Manus* iungere, *amicitia signum*.

Kk 5 438



# INDEX.

4, 6, 3. inter Manus lacerata pra-  
 dia. 3, 19, 12. inter Manus laniatus  
 Babius. 3, 21, 26. Manibus amnem  
 retinere. 3, 3, 12. Manibus suis ad  
 necem non vti Cassius & Brutus.  
 4, 7, 15. Manibus & suis, & ipso-  
 rum, Saguntum euerit Annibal.  
 2, 6, 4. Manus, pro copia, exercitu,  
*Globo*. 1, 12, 1, 3, 3, 19, 3, 10, 22. 3, 14, 4.  
 & 6, 3, 15, 4. & 5, 3, 21, 13, 4, 2, 13, & 38.  
 4, 10, 3. Manus, pro vi, bello, armu.  
 sic Manu capta matrimonia. 1, 1,  
 16. Latini Tarquinius Manu re-  
 ducunt. 1, 11, 1. Antonius coniu-  
 rationem Catilina Manu oppri-  
 mit. 4, 1, 5. Sic Tacitus *Cerms*. 36.  
 2. vbi manu agitur. Manus, pro  
 potestate, sic in Manus alicuius in-  
 cidere. 2, 8, 4. venire. 4, 12, 38. Ita  
 prince. *Inst. de libert.* quamdiu  
 quis in seruitute est, manui & po-  
 testati suppositus est. Hinc Manu-  
 missio dicta, sic apud *Liuium* 34, 7,  
 8. minus filia, uxores, sorores et-  
 iam quibusdam in manu erunt?  
 Manus ferrea, machina a compre-  
 hendendo (quod manuum officium est)  
 dicta. 2, 2, 9.

Marcellinus Pompeii legatus.  
 3, 6, 9. Videtur autem hic iungendus  
 Lentulo, & unum ex iis faciendum  
 corpus. Marcellinus enim Lentu-  
 lorum cognomen est. & *Appianus de*  
*bel. Mithrid.* pag. 236. Africam Len-  
 tulo Marcellino tribus annis affirmat,  
 ut legendum videatur in nostro; Len-  
 tulus Marcellinus Libycum &  
 Egyptium &c.

Cl. Marcellus M. opima repor-  
 tat. 2, 4, 5. eos. 2, 1, 25. Anniba-  
 lem vincit. 2, 6, 29. Siciliam re-  
 cipit. 2, 6, 33.

Marcellus C. Clau. 4, 7, 15.

Marcellus diminutum a Mar-  
 co. 1, 3, 8. q. *Plutarchus* tamen in vi-  
 sa Marcelli a Marce derivat.

C. Marcius Coriolanus, 1, 11, 9.  
 patriam oppugnat. 1, 22, 3.

Marcius Philippus Q. eos. bel-  
 lum cum Perse gerit. 2, 12, 4.

Marcius Philippus L. eos. bello  
 sociali. 3, 18, 8. *Vide etiam* P.

Marcius C. Fugulus Dalmatas  
 vincit. 4, 12, 11.

Marcomani pop. 4, 17, 23.

Mare Adriaticum. Aegeum. Afri-  
 cum. Hadriaticum. Ionium. *Vide*

*suis quodque locis.* Mare externum,  
 pro Oceano Atlantico. 1, 2, 76. Plut.

*Cael.* cap. 17. est *in Egei Sinu*

*Vide etiam* Intestinum mare. Mare  
 hospitale, pro placido & portuoso.

1, 16, 4. velis opertum. 2, 8, 2. Mar-  
 ris otia portus. 1, 16, 4. gemitus. 4,

11, 5. Mare pracludit pirata. 3, 5, 1.

Maria reuolunt spolia. 4, 11,  
 7. Maria piratica rabie corrup-  
 punt Baleares. 3, 8, 2. Maria pri-  
 us Oceani, quam arma Romana,

montes suos ascensura credit Hi-  
 spani. *proverbialis locutio*. 4, 12, 49.

Margaritae Indicae. 4, 12, 62.

Mariana rabies. 4, 2, 2. tem-  
 pestas vnde. 3, 12, 11.

Maritimus triumphus, pro na-  
 uali. 2, 2, 9. Maritimum quasi

Vrbis hospitium Ostia, h. e. quod  
 mari venientia reciperet. 1, 4, 33.

Maritima, subaudi loca. 4, 12, 51.

Marius C. 3, 5, 4. Iugurtham  
 vincit. 3, 1, 13. Cimbro. 8, 3, 5.

nobilitati semper inimicus. 3, 16,  
 1. decus saeculi sui. 3, 21, 2. mul-  
 tos claros viros occidit. 3, 21, 13.

Marius iuuenis cos. 3, 21, 20.

Marius eius frater. 3, 21, 26.

Marmaricus, qui Marmarida  
 vocit. 4, 12, 41.

Marmarida pop. 4, 12, 41.

Marmoreus portus Syracusis.  
 2, 6, 34. Marmorea arx, turres,  
 moenia, portus Cyzici. 3, 5, 15.

Mars pater Romuli. 1, 1, 1. *Vide*  
*de diuersas sententias in libello de*

# I N D E X.

*origine pap. Romani cap. 19. con-*  
tendere Marte aquo, h. e. neutro  
inclinante victoria. 4, 2, 48. sic an-  
cipiti. 4, 2, 47. pari. 4, 2, 80.

Marsi pop. 3, 18, 6. Vineuntur à  
Gabinio. 3, 18, 13.

Martius populus, h. e. Roma-  
nus, propter Romulum Martu filium.  
3, 3, 2.

Masinissa Numida. 2, 15, 3. auus  
Iugurtha. 3, 1, 3.

Massicus mons. 1, 16, 5.

Massilia urbs. 3, 2, 3. capitur à  
Cæsareanis. 4, 2, 25. Massilia mo-  
ritur L. Cæsar. 4, 12, 42.

Massina Numida. 3, 1, 8.

Mater Seruii serua. 1, 6, 1. Ma-  
ter Italia: Roma. 3, 18, 5. urbium  
Cydonea. 3, 7, 4. Sic Græci est  
metropolis, caput provincie. tales  
urbes etiam matrices appellat Vlp.  
l. 4, §. 5. de off. procos. matres pro-  
vincie. Imp. l. unic. C. de metrop.  
Beryto lib. 11. Ad eum modum di-  
cuntur & Metrocomix, tit. Cod.  
Nelleat habitare Metroc.

Matrimonia pro uxeribus. 1, 1,  
10. Sic apud Iustinum. M A T R I-  
M O N I I fœdus generi foerique  
concordiam tenet 4, 2, 13. Ma-  
trimoniorum causa exorta sed-  
itio. 1, 25.

Matrona. 1, 7, 10. Matro-  
na Carthaginenses comas in tor-  
mentorum vincula confexunt. 2,  
15, 10.

Matura mors, pro opportuna. 3,  
17, 9. victoria. pro celeri. 2, 20, 7.

Maturitas, pro constanti etate.  
Præfat. 7.

Mauritania. 4, 2, 65. Mauri-  
tania & Hispanie litora in unum  
vergentia. 4, 2, 76.

Mauri pop. 3, 1, 12. Maurorum  
equitatus. 4, 2, 34. rex, Iuba. 4,  
2, 65. de Mauris triumphus Cæ-  
laris. 4, 2, 89.

Mausoleum. 4, 11, 10. Ita dicitur  
fuit sepulcrum Mausoli, de quo  
Plinius 36, 5. que appellatio postea  
ad alia quoque regia sepulcra trans-  
iit, ut apud Sueton. Vesp. 23, 9. est  
Mausoleum Cæsarum. Ad eam  
formam etiam Ἀψωβειῶν est in  
Elogio Dionis per Fulvium Vrsinum  
editu pag. 419. Unde haud dubia red-  
ditur Berneggeri lectio in Sueton.  
18, 1. d. Num & Ptolemæcum in-  
spicere vellet.

Maxima ciuitas minimæ do-  
mus diligentia contenta. 1, 6, 3.

Maxime, cum maxime, tum  
maxime, 2, 16, 3. g. ubi citatus  
homo doctus multis exemplis ostendit  
vocem cum maxime usurpata aucto-  
ribus, pro tum temporis, ad præsentem,  
quod equidem non inficias eo, hoc tan-  
tum putem, non perinde omnia, quæ  
secus in auctoribus scripta occurrunt,  
reformari posse: cum etiam, tum  
maxime non absurde dici ratio &  
exempla demonstrant: quorum asser-  
emus, in quibus nulla tam facili oc-  
casio corruptionis fuit. h. e. ubi con-  
iunguntur particula ista, tum cum  
maxime, sic Livius 40, 32, 1. Castra  
amissa esse, & tum cum maxime  
ardere. Curt. 5, 7, 2. Hoste & amulo  
regni reparante tum cum maxime  
bellum. ubi etiam significatio abit.  
& cum maxime valet quam maxime,  
summi viribus. Potest igitur desen-  
di Flori lectio; ordinanti tum ma-  
xime Macedoniam. quid enim il-  
lud maxime impediatur, quo minus i-  
dem sit sensus, qui apud Tacit. 5, 10,  
6. is Macedonix tum intentus. A-  
chaiam quoque curabat.

Medicamina impura, pro vene-  
nu. 2, 20, 7. Sic Græci interdum  
φαρμακων accipiuntur.

Medicus Augusti. 4, 7, 9. Pyr-  
rhi. 1, 18, 21.

Medi-

# I N D E X.

- Meditari expeditionem. 4, 2, 91.
- Medi<sup>9</sup> inter Latium & Tuscos pop. Romanus. 1, 9, 7. Medius, pro ambiguo, quo inclinet dubitante. 1, 3, 6. in media Gallia fuit Cæsar ante, quam ab vltima timeretur. 3, 10, 22. Media concione. 1, 9, 5. Medium temp<sup>9</sup> sementis. 1, 11, 13. per Medias hostium custodias. 1, 13, 16. per Media hostium tela. *Ibidem.* Sic & nos dicimus, Mitten durch die feinde u. cum significare volumus multos conglobatos. sive ut *Virg. An.* 10, 729. densos hostes.
- Medullus mons. 4, 12, 50.
- Megara Numantina. 2, 18, 4. per Membra singula mori. 3, 21, 6.
- C. Memius candidatus in ipsis comitiis interficitur. 3, 16, 4.
- Menenius Agrippa. 1, 23.
- Mens imperii imperator. 4, 3, 6. Mens mala. 2, 6, 20. hoc sensu *Virg. Eclog.* 1, 16. & *An.* 2, 55. si mens non læua fuisset. h. e. si sibi constitisset; si non fuisset abrepta in deteriora consilia. Mente concipere pro cogitare. 1, 5, 3.
- in Mensis exposita capita. 3, 21, 14. sic apud *Valeriu Maxim.* 9, 5, 4.
- Mensis Iulius ex nomine Cæsaris appellatus. 4, 2, 91.
- MERCES in exitum suum misera resp. 3, 13, 4. Sic *Quintil.* declam. 6. Cuius Romanus merces fo.
- Meridianus circulus, pro plaga ad Meridiem versa. 4, 12, 40.
- Merula L. Cornelius flamen Dianis. 3, 21, 16.
- Merfa vitis quasi sentina, resp. 3, 12, 7.
- Messana urbs. 2, 2, 3.
- Metapontus urbs. 3, 20, 5.
- Metellus L. Cæcilius cos. Ictnos vincit. 2, 2, 27.
- Metellus Q. Cæcilius Macedonicus 3, 8, 1. cos. Pseudophilippum vincit. 2, 14, 5. Achæos. 2, 16, 3. Hispanos. 2, 17, 10.
- Metellus L. Cæcilius Numidicus Iugurtham vincit. 3, 1, 10. cum Sertorio bellum gerit. 3, 22, 5. exulat. 3, 16, 3. 3, 17, 3.
- Metellus Pöpei legatus. 3, 6, 10.
- Metellus Q. Cæcilius Creticus. 3, 7, 4. inimicus Pompeii. 4, 2, 9.
- Metellus trib. pl. Crassum diris deuinct. 3, 11, 3.
- Q. Metellus Cæcilius cos. 4, 2, 8.
- Meteilus deriuatum à Meto. 1, 3, 8. g. *Aliter tamen Fostio.*
- Metus & ignauia Antonii. 4, 7, 10.
- METVS hostium disciplinam continet. 3, 12, 2. Metus simulatus. 4, 9, 6. 4, 10, 3. METV belli in bellum incidere. 4, 2, 23.
- METV mutuo teneri. 4, 2, 13.
- Metu vacua Vrbs. 4, 2, 21.
- Metus pluraliter. 2, 6, 43.
- Micipsa Numida. 3, 1, 3.
- Miles, pro militibus. Vide Sing. pro plur. Miles parce ciuibus, vox Cæsaris. 4, 2, 50. Miles in disciplinam redactus à Scipione. 2, 18, 11. Milites flumen Obliuionis formidant. 2, 17, 12. ocium increpant. 4, 2, 43.
- Militaris disciplina. 1, 3, 1.
- Miluius pons. 3, 23, 6.
- Minium. 4, 12, 60.
- M. Minucius Augurinus cos. 1, 11, 12.
- C. Minucius elephantî proboscidem abscindit. 1, 18, 9.
- Minucius M. Rufus Thraces vincit. 3, 4, 5.
- Minucius trib. pl. 3, 15, 4.
- Minæ cælestes, pro prodigen à cælo. 2, 8, 3.
- Minus desinere, pro desinere tantum. 3, 17, 9. Vide Negationes duæ.
- Minus



# I N D E X.

*Minus est, das (si noch nichts. pa-*  
*rum est.* 3, 21, 24. 4, 1, 3. *Minus ad-*  
*mirabilior.* 4, 2, 47. *hac pleonasmus*  
*forma magis gratius.* Iustinus 12, 11,  
 2. *Magis clarior.* Idem 3, 2, 7. & 1.  
*fn. C. de iure dom. impetr. auarius*  
*magis quam iustus.* Sex. Rufus  
*ubi de Cypr. possessione. Cuiusmodi*  
*exempla plurima collegit Vechnerus*  
*Hellenolexiæ lib. 1.*

*Mirabilis exitu contentio.* 1,  
 3, 4.

*Mirum in modum, pro valde,*  
*optime.* 1, 3, 2. *Mira dictu res.* 1, 3,  
 14. *Mira visa Faliscis fides Ca-*  
*milli.* 1, 12, 5. *Mira magnitudinis*  
*serpens.* 2, 2, 20. *Mirum dictu.* 2,  
 1, 2.

*Mirmillo.* 3, 20, 12. *De hoc gladi-*  
*atorum genere exatle Lipsius Satur-*  
*malium 2, 10.*

*Miscere ingenium Græcū Ita-*  
*licis artibus, h. e. probe temperare.*  
 1, 5, 1. *sic Tacit. Agr. 4, 4. Massi-*  
*liam vocat locum Græca comita-*  
*te, & prouinciali parsimonia mi-*  
*stum, ac bene compositum.*

*Milenus portus.* 1, 16, 4.

*Miser Annibal.* 2, 8, 6. *impe-*  
*rator Marius.* 3, 21, 11. *Misera*  
*Hispania inter Rom. duces discor-*  
*dia pœnas dat.* 3, 22, 9. *Misera*  
*ciuitates inter hos & illos duces*  
*societatis Rom. pœnas dant.* 4,  
 2, 77.

*Miserabilis strages.* 3, 11, 8.  
*Miserabile funus.* 3, 19, 12.

*sine Missione pugnare.* 1, 11, 5.  
 f. 3, 20, 14. *u. Ita Seneca de ira 1, 16,*  
 41. *C. Cæsar ad pugnam vocauit*  
*Iouem, & quidem sine missione.*  
*Vbi recte Muretus.*

*Mithridates Ponticus.* 3, 5, 1. 3,  
 21, 6. *classe iuuatur à Sertorio.*  
 3, 22, 4.

*Mithridaticum bellum.* 3, 5

*Mitigare, pro mollire, effeminare*  
 3, 3, 13.

*Mittere, pro iacere, ingerere.* 1,  
 17, 5. 4, 12, 5. *pro demittere.* 2, 6,  
 9. *pro dimittere, lassen passiren.*  
 1, 16, 10. *Mittere decimas.* 1, 12,  
 10. *in auxilium.* 1, 3, 6. *Pœnis*  
*Xanthippum mittit Lacedæmon.*  
 2, 2, 23. *Mittere bellum in com-*  
**Popularis, additus & fanens plebi.** 3, 14, 2. sic facta popularia apud Liu. 6, 14, 2. **His enim loci populus pro plebe accipitur: quemadmodum & apud Marrialem epigr. 8, 15. & 50. & Suetonium sapius; cum aliisquin differant. Vide S. 4. Inst. de J. N. G. & C.**  
**Populus affectator quondam imperii, Macedones.** 2, 7, 2. **gentium victor, orbisque possessor, Romani.** 3, 13, 2. 3, 9, 3. 4, 12, 61.  
**Martius, Rom.** 3, 3, 2. **nauticus, Rhodii.** 2, 7, 8. **princeps, Rom. Præfat.** 3, 1, 8, 5. 1, 26, 5. 2, 2, 32. **Albani.** 3, 1, 2. **princeps gentium, Rom.** 3, 19, 1. 4, 2, 1. **regum & gentium arbiter.** 3, 18, 7. **rudis & pastorius, Rom.** 2, 2, 4.  
**Populus Romanus. Vide Romani.**

**Populus virorum.** 1, 1, 10. 8. & constans tantum ex viris. sicut Amasones, si qua fuerunt, postea dicere populum feminarum. Non igitur videtur pertinere hoc exemplum ad illa, in quibus pro multitudine positus populus. sicut apud Corn. Nepotem de bel. Troi. lib. 6. de Niobe. — quem peperit populum, scuit. Senec. Nat. quæst. 6, 32. **communes populis cadentibus rogi. alioque quos obseruauerunt ita locutos viri docti. quibus etiam nostra lingua Germanica accedit.**  
**Porcius Cato legatus Pompeii.** 3, 6, 10.  
**Porcius Cato M. Vriensis Cyprius opes Romam vehit.** 3, 9, 5. **Vide etiam Cato.**  
**Porcii Catilinæ socii.** 4, 1, 3.  
**Porfena Tuscus.** 1, 10.  
**A. Posthumus Albinus. Vide Albinus. Posthumus autem scribendum non Postumius. est enim à posthumo, non à postumo siue postumo. Sic apud Plinium 14, 12, 2. Numæ regis Posthumia lex est: vino rogam ne respergito. Vbi notare libuit posthumia scribendum non per masculinam Posthumia, ne gentile videatur: deinde posthumium dicit, quod ad humanum pertinet, ita enim illam legem capio posthumiam ab argumento, sicut alias sint leges sumptuaria, annales, vestiaria &c.**  
**Posthumus A. Regillensis dictator Latinos vincit.** 1, 11, 2.  
**Posthumus Sp. cos. Samnibus deditur.** 1, 16, 12.  
**Posthumus M. Regillensis trib. mil. conf. pot. ab exercitu lapidatur.** 1, 21, 2.  
**Posthumus A. Albinus cos. Ligures vincit.** 2, 3, 5.  
**Porta Collina.** 3, 21, 6. & 22. **Esqui**

# INDEX.

Aquilina. 3, 21, 5. Scelerata. 1, 12, 2. Portis pœne apertis Carthago capta. 2, 2, 18.

Portenta, *pro hominibus prodigiis sceleratis.* 4, 2, 60. *Vide Pœstis.*

Portus fœstius Carthagine. 2, 15, 14. inclitus Brundisii. 1, 2, 9, 1. marmoreus Cyzici. 3, 5, 15. Syracusis. 2, 6, 34. Morinus. 3, 10, 16. Pyraei. 3, 5, 10. *Vide Torrens Vergelli.* Tarentinus. 1, 18, 2. Portus nobiles Campaniæ. 1, 15, 4. Portuum utilitas. 1, 18, 2. *d. Eam ostendit & Censorini eos. oratio apud Appianum in Pœntis.*

Potest. Magis ut Poterat, quam ut debebat. 4, 7, 5.

Post Annibalem quod timeretur, fuit in Iugurtha. 3, 1, 2. Post Carthaginem bellum in Africa. 3, 1, 1. *Emphatice ista profertur, quasi diceret; neminem potuisse suspicari, hostem aliquem metuendum esse, victo Annibale; & quidem in Africa, Carthagine delata, qui hostium maxime erant formidolosi & potentes: cum alias solent fieri ut validissimi domitus, reliqui sponte in potestatem veniant: quomodo Post Carthaginem neminem vinci pudet.* 2, 7, 1. Post Tarentum nemo Italorum bellum audet, 1, 19, 1. quid enim vna Post quinque legiones? 4, 2, 29. itaque eum Post Macedonas Thracæ rebellant, 3, 4, 1. mirabundus addit; si diis placet.

Postilla. 2, 2, 14. n. *Sic reponunt in versu Plautino Menæchm. 2, 2, 67. Doufa pater in Arbstrum. 2, 14. & Gulielmus.*

Postremo, sicut Denique. 3, 13, 5.

POTENTIA nimiam mouet inuidiam. 4, 2, 8. FACILIVS creticit quam incipit. 2, 1, 2. a. *Seneca locus citatus, desumptus est ex P. Syro, ille enim: Facilius creticit*

quam inchoatur dignitas. P. O. TENTIA quoque beneficiorum grauis liberis. 4, 2, 92. POTENTIAE cupidus facile conuenit de inuadenda rep. 4, 2, 11.

Pothinus Spado. 4, 2, 60. Potio ex frumento. 2, 18, 17.

POTESTAS solitudine vel mora corrumpitur. 1, 9, 2. Potestas Tribunicia seditioinum omnium causa. 3, 13, 1. Potestatem agere. 1, 7, 2. in Potestatem redigere. 1, 15, 3.

Potiri, *sich bemächtigt* *en/cum gentituo iungitur, ut Potiri gentium.* 1, 1, 18. *cum ablatiuo, ut Potiri capite.* 3, 1, 4. castris. 3, 1, 9. *Vide etiam Ind. Iustinianum.*

Præ poculis nescire vbi sis. 2, 10, 2. *vor dem Klausch, impediētibz poculis.* Præ tanta victoria leue damnum, *h. e. comparatum cum tanta victoria.* 2, 2, 11.

Præbere ducatum sceleri, *h. e. prestare se ducem.* 3, 21, 2. *Speciem cōsecrationis, profacere.* 1, 1, 17. fauces offocandas, *h. e. offerre.* 2, 11, 6. *hatten.* Hoc significat Ouidius Met. 12, 111. Et se præbentem valuit distringere Cygnum. *Seneca de proud.* 4, 24. Præbendi fortunæ fumus.

Præcinere dicuntur tibi præcedenter. 2, 2, 10. tubæ, ad quarum sonum modumque aliquid fit. 2, 16, 6.

Præcipitantibus fatis. 4, 2, 43. *h. e. vel urgentibus, & agendi significatu sumitur; velut præcipitare mentem apud Virg. *En.* 2, 3, 16. vel potius in exitum tendentibus, sicut apud eundem *En.* 2, 8. nox humida cœlo præcipitat; suadentque cadentia sidera iomnos, falluntur enim; qui de principio noctis exponunt. non enim idem sensus est qui in illis apud eundem *En.* 2, 250. & ruit*



# INDEX.

Oceano nox. *Cæsar de bel. ciu.* 3, 25. hiems præcipitauerat. hoc sensu *Sallustius*: præcipiti in vesperam die. *Curius* 6, 5, 3. præcipiti fenescute. *Marcellin.* 24, 19. vigilia secunda præcipiti dixerunt.

Præcipere, pro antecapere, præoccupare. sic fata, mortem, veneno. 3, 9, 4. 4, 12, 50. Huiusmodi exempla multa collegit *B. Rhenanus* in thesauro locut. *Taciti* pag. 17. & seq.

Præcludere maria, h. e. intuta reddere. 3, 6, 1.

Præco. 4, 7, 15. in iudiciis. 4, 12, 31.

Prædæ cupiditate clades accepta. 2, 10, 2. Eleganter *Homerus* *Il.* 15, 346. Helicorem facit imperantem sociis: In naues ruerent, & omitterent spolia. Prædæ negatæ causa lapidatus imperator. 1, 22, 2. Prædam in antecessum diuidere. 4, 12, 24.

Prædicere, pro præfagire, præsignificare. 2, 6, 14.

Prædicta coniuratio, h. e. prædicta, indicata. 4, 12, 33.

Præfecti, pro legatis. 3, 6, 8. 3, 7, 6.

Præfecti nauium, *Græci* trietaracha. 2, 5, 3.

Præferre vox triumphalis. 2, 7, 7. Vide *Fercula*. Præferre, pro præferre, manifeste ostendere. 4, 2, 46.

Præcludere. 4, 2, 2. d.

PRÆMIA armorum armis defendenda. 4, 2, 17.

Prænauigare, pro præternauigare. 3, 8, 3.

Prænestæ vrbs. 1, 11, 7. sub hâstâ venditur. 3, 21, 27.

Prænestina arx. 1, 18, 24.

Præpeditus, pro impedito. 2, 8, 17. 4, 11, 6.

Præfagire aliquid animo, h. e. prouidere animo, nobis proprie sich etwas abhen lassen. 1, 4, 4.

Præfagia fatorum. 2, 6, 48. & 3,

Præfens, pro eo quod non differtur.

1, 26, 7. Præsentius, h. e. quid certius demonstraret fauentes deos. 4, 7, 9.

Præsidis vnus nutu, quasi anima regitur imperium. 4, 3, 6.

Præsidere regno, h. e. regem esse. 2, 7, 2.

Præsidia, *quærnison*, ita Præsidia leuia, *Schwache Besatzung*. 4, 2, 18.

Præsidia detrahere, h. e. remouere, expellere. 2, 2, 12. dissipare. fere idem. 4, 9, 4. in tutelam prouinciarum disponere. 4, 12, 26. Præsidia,

pro qualicumque auxilio, subsidio. sic

PRÆSIDIA dignitati paranda. 4, 2, 9.

Præsto esse, h. e. imperata prompte facere. 3, 5, 29.

Præter spem omnium reuirescit imperium. *Præfat.* 8.

Præter spem omnium rex fraude præcipuus, fraude capitur. 3, 1, 2.

Prætexta. 1, 5, 6.

Prætextatus filius *Scipionis*. 2, 6, 10.

Prætextati senes. 1, 13, 14.

Descendant hac a verbo prætexere, quod vestes illa purpura prætexerentur. Eleganter usus est hoc verbo *Virgilius Ciri* versu 319. An nescis qua

lege patris de vertice summo Edita candentes prætexat purpura canos?

Prætoria scilicet nauis, l' admiral. ut *Græci* *νοῦαρχίδος* dicunt. 2, 7, 7. h. Prætorix nauis lumen.

4, 8, 17.

Præmere terga cedentis, h. e. instare cedenti. 2, 6, 30. Premi fame.

2, 18, 13.

Prænsare fugientes, pro comprehendere ut maneat. 4, 2, 82. Vide *Val. Max.* 3, 2, 19.

Precibus negata armis petere.

3, 3, 3.

Præmium

# INDEX

**Pretium** pro quacunque re, quod aliud quid comparatur & quasi emittitur. ita Pretium proditionis. 131. Et. victoriz. 1, 17, 7. 1. 20. 2. Pretium foederis Iugurtham facit Bocchus. 8, 1, 16. in Pretium foederis arma deponere iussi Numantini. 1, 18, 4. in Pretium libertatis nulla largitione corrupitur pop. Romanus. 1, 16, 5.

**Prima acies, qua proximo hostem est.** 4, 2, 82.

**Princeps populus.** Vide Populus. **Principes**, pro primoribus cuiusque civitatu. 3, 17, 3. sic Princeps Aetoliæ Thoas. 2, 8, 5. **Principes mobilitatis.** 3, 17, 5. sic principes Senatus & iuuentutis dicti. Quae nomina honorem & praecellentiam, non autem potestatem arguebant. Postea ab Augusti tempore qui remp. nomine Principis sub imperium accipit, nomen principis dominum significare capit. sic **PRINCIPUM** discordiae ministrorum exitio piantur. 4, 6, 4. g. **Inde**

**Principatus**, pro dominatione. 3, 12, 13.

**Principia.** 3, 10, 12. 4, 2, 45. Erant autem loca castrorum, in quibus tribuni mil. ius dicebant, aliaque militatu iurisdictionis exercebant. ut in quaestorie quaestor, imperator in praetorio. Hinc Apuleius de Mundo sub fin. libri. & ( ut expungo ) scitis eius ( legu, de qua loquitur ) magistratus tribunalia, principia milites frequentant ( ita velim, non frequentabunt ) *Vide latius de his Sigonum de ant. iur. provinc. 26. Donatum ad Sueton. Orthon. cap. 6. Stevvesh. ad Veget. 1, 20.*

**Privatus** consulem aggreditur. 4, 4, 4. **Privatum bellum**, h. e. quod privati gerunt, tanquam non concernens temp. 1, 12, 1. **Privatis**

opibus subuectum resp. 2, 6, 24

**Privus**, pro potiori. 1, 15, 2.

**Pro** variam significationes habet aliquando enim denotat ante, vel in, ut pro Rostris. 3, 2, 14. 4, 2, 91. quod idem in Rostris dicit 4, 6, 55. aliquando secundum, iuxta. ut Caesar Pro natura feroc. 4, 2, 38. pro rei atrocitate. 2, 15, 8. Pro scelere animaduertendum. 4, 1, 10. non Pro cetera felicitate. 4, 2, 78. aliquando loco. ut Romulus accipi se iubet Pro numine. 1, 1, 13. Pro dote. 1, 1, 14. *sapius ad defensionem, causa, propter, de. ut pugnare Pro finibus, gloria, imperio, libertate, sociis.* 1, 9, 6. 1, 10, 1. 1, 11, 5. 1, 13, 6. 1, 16, 1. **Pro** vltione alicuius, h. e. ad vindicandum eum. 2, 2, 26. **Pro** victoria, h. e. ad consequendam victoriam. *Ibidem.*

**Proboscis** elephantu abscissa. 1, 18, 9. **Plinius** 8, 7. **Promuseidem** eorum facillime amputari, Pyrrhi proeliorum experimentis patuit, Ita ex Graecorum proboscide, promoscis, & pronuscis in plerisque Latinis exemplaribus. Dicta autem  $\pi\rho\beta\omicron\sigma\kappa\iota\varsigma$ , vel Nonio Marcello testis, quod ante depascat, compositum nomen ex  $\pi\rho\delta$  &  $\beta\omicron\sigma\kappa\epsilon\omicron\delta\epsilon\iota$ . Elephantu nasus est, quod & pro manu vitur: unde manum etiam appellant: sicus Orosius eandem referens historiam. De proboscide plura Aristoteles secundo de partibus animalium. Ista Venetus.

**Probris** aliqui infectari. 4, 4, 2.

**Procella** belli. 2, 6, 12. Ita procella equestris apud Lium 29, 2, 8. & 30, 18, 4. item Tacitum H. 3, 53, 4. sic procella tribunicia apud eundem Lium 2, 1, 4. Eadem est metaphora quam notauimus supra in voce Nimbus.

# INDEX.

**Proceritas Teutobocchi.** 1, 3, 10.  
**Procurrere**, pro prominere, sicut excurrere. ita Clypea Procurrit à Punico litore. 2, 2, 19.  
**Prodigia**, pro rebus insolitis, quibus aliquid portendi creditur. 4, 2, 45. Prodigio simile. Vide S. Prodigia, pro hominibus, prodigiose, h. e. ultra modum mortalitatu affectu. ita Prodigia Romana, pro Romanis incredibilu fortitudinu. 1, 10, 33. Prodigia municipalia, pro municipibus summe sceleratu. 3, 18, 6. Vide supra Peltis. Quo pertinet etiam usus tabuli Ives. Claudianus in Rufin. 1, 24. quo tanta lues eruperit ortu. Seneca Medea versu 184. Abolere pro pere pessimam ferro luem.  
**Prælium iustum.** Vide I. Prælium nec spectare potest Antiochus. 2, 8, 12. Prælio vno, &c, vt sic dixerim, non toro. 4, 2, 3.  
**Proficere ad stabilitatem pacis**, h. e. assequi quod conferat ad stabilem pacem. 4, 9, 1. ad profligandam prouinciam. 2, 5, 40.  
**Profligatum**, pro affecto, & pene confecto. sic Profligatum bellum. 2, 13, 2. vrbis excidium. 2, 13, 12. Profligata prouincia. 2, 6, 40. quod tamen sensu recte dici negat Agellius 13, 5. quem oppugnat Lipsius ad Tacitum H. 2, 4, 5. & certe ita reperitur usurpatum alius etiam non vulgari nota auctoribus. Frontinus 2, 3, 2. victoriam profligauit. Ibidem exemplo 20. Quo genere, cum profligari nihil videret. Seneca de beneficiis 7, 13, 2. Hæc quoque quæ venit quaestio, profligata est in prioribus: itaque breuiter perstringetur. Ita aliquoties Tacitus. Porro eandem distinctionem harum phrasium, bellum committere, profligare, conicere, qua noscer 2, 13, 2. videtur, reperiri apud Livium 21, 40. infra e capitum.

**Profluens**, pro fluuio præterlabente. 1, 12. sic Profluentes. 4, 12, 9. vt dubium mihi sit an forte ita scripserit Livius. 1, 45, 9. infima valle profluit Tiberis. vbi vulgo legitur præfluit, eodem quidem sensu.  
**Profugus feralis tabula.** 3, 22, 2. ita supra fugituum regni dicit. Profugus prælio. 3, 19, 7. 4, 2, 86. à prælio. 4, 2, 85.  
**Proluere**, idem quod præcludere. 3, 27, 6. Seneca Medea versu 907. -- proluit dolor Per ista noxæ.  
**Promittere**, pro portendere, sicut supra polliceri. sic aues & victimæ victoriam promittunt. 4, 7, 9. caput in Capitolii fundamentis reptum, caput terratum. 1, 7, 8. flamma circa caput seruii, clarum fore. 1, 6, 2. Promittere templum diis, h. e. votare. 1, 11, 4.  
**Propagate bellum hereditarium in posteros.** h. e. transmittere. 3, 17, 2.  
**Propitius Oceanus**, h. e. fauens bene affectus. 3, 10, 19.  
**Propontis iunus maris.** 3, 6, 10.  
**Propugnacula classis.** 2, 23, 4. h. e. turres. sic Horat. Epod. 1, 1. Ibis Liburnis, inter alta nauium Amice propugnacula.  
**Propugnare urbem**, pro defendere. 3, 10, 23.  
**Prorsus vt.** 1, 11, 15. sic supra Plane quasi.  
**Proscriptionis Syllanæ tabula.** 3, 21, 25. iure belli proposita. 3, 23, 3. eius effectus. 3, 22, 1. Proscriptio triumuiralis. 4, 6, 3.  
**PROSPERORVM** nimia continuatio suspecta. 4, 2, 9.  
**Prouincia pop. Romani extrema, media facta.** 3, 1, 31. Prouinciam facere. 2, 17, 3. 4, 1, 22. Vide etiam F. PROVINCIAM  
Mm reue-



# I N D E X

- retinere, plus est, quam facere. 2, 17, 8. 4, 12, 29. ex Prouincia cognomen. 4, 12, 28. Prouinciæ antiquissimorum Romanorum quales. 1, 11, 6. **PROVINCIÆ** quædam, vt non in vsum, ita ad speciem imperii acquisitæ 3, 12, 4.
- Prouolui ad pedes. 4, 11, 9. *si fussen fallen.* Prouoluuntur Cimbri in Italiam ruina, *h. e. sponte a furoris uigu ruunt, & se demittunt, versus more.* *Witzgen sich herab.* 3, 3, 11.
- Prouocare, subaudi ad pugnam, *laccessere.* 1, 3, 2.
- Prouocatio *h. e.* appellatio à *cofs.* 1, 9, 4.
- Prouocatus est, pro prouocauit. 2, 17, 11.
- Pseudophilippus. 2, 14, 3.
- Ptolemæus rex Ægypti. 4, 2, 55.
- Pompeium trucidari iubet. 4, 2, 52. perit. 4, 2, 50.
- Ptolemæus rex Cypri. 3, 9, 2.
- Publice. Hispania non tuetur libertatem suam publice. 2, 17, 3. *h. e. coniunctis viribus. gentes enim Hispanas respectu totius corporis pro primatu habet: sicut habenda sunt imperia regnaque in magna illa rep. generis humani, ut Seneca dicitur. Itaque ridicula facere videntur, quæ scita gentium, ex iure atque civili: aut firmare nituntur, aut infringere, cum ius civile in tali causa non obtineat nisi locum priuati testimonii.*
- Publica fides. 3, 1, 8. Publicum patricidium. *Vide* Patricidium.
- Pudenda fœdera. 2, 18, 2.
- Pudet. De Verulis & Bouillis. *pudet!* sed triumphauimus. 1, 11, 6. *Martialis epigr.* 2, 18. *Capto tuam, pudet heu!* sed capto Maxime cœnam. *Hæc igitur vox in oratione suspendit vocem sensumque*
- surpem, aut ominosum. Ita Pulsi fatigatique, pudet dicere, hostes.* 3, 10, 12. *Liuius* 7, 40, 8. *in vos, horreo dicere, hostes. Ouidius Metam.* 9, 530. *in nefariu Byblidis literæ magnæ artificis in tertium vsque versum nomen eius protelat: Hanc tibi mittis amans, pudet, ah pudet, edere nomen &c. & in eadem fabula (versu 569. — Feras fidissime nostro, Dixit, & adiecit longo post tempore, fratri) eodem tendit. Pudor Curioni sua let, vt amissum exercitum morte sequatur.* 4, 2, 34. *lunge exemplum Centenii apud Liuium* 25, 19, 14. *Pudor Romanus.* 3, 1, 10. 3, 20, 12. *Ô pudor.* 2, 6, 30. *Pudore magis quam virtute resistere.* 4, 2, 81.
- Puellas captiuas restituit Scipio. 2, 6, 40.
- Puer non dicendus Augustus. 4, 4, 1. *c. Non tamen ignominiosa est hæc appellatio si vera sit, & non iniuria causa proferatur. h. e. vt simul exproderentur pueriles ineptiæ, quæ rebus agendis obstant. Ita Propert.* 4, 6, 82. *Augustus Differat in pueros ista trophæa suos. Ouidius de arte* 1, 182. *de C. Casare, vt opinor: Bellaque non puero tractat agenda puer. Quid Horatius? qui carm.* 4, 4, 28. *Drusum & Tiberium pueros vocat, iam multarum gentium victores, & adolecentes* 30. *carciter annorum. ille enim; Augusti paternus In pueros animus Nerones. sed puto Poetam pueri nomine uti pro filio Græcorum more: sicut puer Veneris apud Virg. & alios. Pueros captiuos restituit Scipio.* 2, 6, 40.
- Pugna Augusti cum Antonio. 4, 4, 4. *naualis.* 4, 11, 6. *cum Cassio & Bruto.* 4, 7, 10. *cum Sex. Pompeio.* 4, 8, 3. *cum Illyriis.* 4,

# INDEX.

7. Cæsaris cum Ægyptiis. 4, 2, 60. cum Pharnace. 4, 2, 63. cum Pompeio. 4, 2, 43. cum Pompeio iuvene. 4, 2, 78. cum Scipione & Iuba. 4, 2, 66. Cæsarianorum cum Pompeianis, naualis. 4, 2, 75. Curionis cum Iuba. 4, 2, 34. Romanorum cum Achæis. 2, 16, 3 & 5. cum Annibale. 2, 6, 10. 12. 13. 15. & 60. cum Antiocho. 2, 8, 15. cum ipsius præfectis, naualis. 2, 8, 12. cum Aristonico. 2, 20, 5. cum Asturibus. 4, 12, 54. cum Balearibus, naualis. 3, 3, 4. cum Belgis. 3, 10, 4. cum Britannis. 3, 10, 17. cum Chæruscis, Sueuis & Sicambris. 4, 12, 24. cum Cimbris. 3, 3, 14. cum eorum mulieribus. 3, 3, 16. cum Germanis. 3, 10, 13. 4, 12, 34. cum Latinis. 1, 11, 2. cum Mithridate. 3, 5, 11. 17. & 23. cum Myfis. 4, 12, 13. cum Numantinis. 2, 18, 11. cum Parthis. 3, 11, 8. 4, 9, 5. 4, 10, 3. & 6. cum Picentibus. 1, 19, 2. cum Pœnis, naualis. 2, 2, 8. & 33. cum Pyrrho. 1, 18, 7. 9. & 11. cum Sabinis. 1, 13. cum Sallentinis. 1, 20, 2. cum Samnitibus. 1, 16, 12. cum Sertorio. 3, 22, 7. Syllæ cum Martianis. 3, 21, 19. Pugna prospera exiti causa. 2, 10, 2. *Plutarchus Græco cap. 21.* Hæc victoria, quod nimios spiritus fecisset fugitiuis, perdidit Spartacum. Pugnare cum morituris non oportet. 2, 18, 13. Pugnare ex necessitate, quod deprehensus sis. 3, 6, 12. 1. Pulcerrimus exitus, pro latissimo, felicissimo. 2, 2, 14. Pulcerrima terrarum Campania. 1, 16, 3. Pulcritudini victæ urbis parciatur. 2, 1, 34. Pullus elephantis. 1, 18, 12. Pulli gallinarum auspicio rum causa. 2, 2, 29.

Pullum *felicot amiculum.* 4, 2, 45. Punica fraus. 2, 6, 13. & 36. 2, 17, 6. perfidia. 2, 2, 11. *Hinc Val. Max. 9, 4, 1. ex Carthaginem ipsum fontem perfidiae vocat. Punicum bellum primum.* 2, 2. secundum. 2, 6. tertium. 2, 15. Punici belli tempestas. 2, 6, 9. Puppis, *pro nauis.* 3, 7, 7. 4, 11, 8. Purpura, *pro consulari, quod vestes consularis purpura prætextæ.* 3, 21, 17. Purpura fulgentes elephantis. 2, 8, 16. Purpuratus, *ita vocantur amicorum regionum principes.* 1, 10, 5. *Hæc voce sepiissime pro satrapis vitur Curtius.* Purpurea vestis regibus. 3, 19, 10. 4, 11, 3. Purpureum velum in nauis Cleopatrz. 4, 11, 8. Putare. *Præfat. 1. c. Cæsariani dum se vincere Putant, vicere.* 4, 2, 84. Puteoli urbs. 1, 16, 6. Pyra, *regus.* 4, 12, 45. Pyrenæus mons. 2, 17, 3. 4, 12, 46. Pyrenæum iugum. 2, 17, 6. Pyrenæi montes. 2, 6, 38. Pyrrhus *Epitrotes*, eiusque bellum cum Romanis. 1, 18. per quatuor annos. 3, 5, 1. minus vastauit Italiam, quam ipsi Itali. 3, 18, 15. 3, 21, 11. Pyrrhi regia. 2, 9, 2.

## Q.

Qua aduerbiallyter postquam plerumque valet urbs. Qualonguissima Italia. 2, 0, 1. Particulam hanc sepiuscule mutauit a librariis visum *anima auertere, ut apud Curtium* 3, 1, 12. & qua (erat quæ) cuique patebat ad fugam viam, cum pulcherrima. *Quæritur* manus hostes Annibal. 2, 6, 7. *Expressum ex Lino* 3, 2, 29.

# INDEX.

19, 4. Quærendi hostes, ut vincantur. 3, 8, 6. Sic Claudian. de laudib. Stilic. 3, 149. Vincendos alio quæsiuit in orbe Britannos.

Qualis erat. 3, 10, 22. 1. Ita Tribullus 1, 3. f. Qualis eris.

Quantum, in maiore quantum, plurimum quantum. 4, 2, 74. b.

QVANTI est imperator, tanti exercitus. 2, 18, 11.

Quasi. cum ut plurimum vocem hanc elegantibus sententiis & comparationibus addat auctor, visum est pleraque ea loca hic annotare. igitur

Quasi in breui tabella totam pop. Romani imaginem amplecti. Præfat. 3.

Quasi hominem considerare pop. Romanum. Præfat. 4.

Quasi ad quandam iuuentutem florem peruenit pop. Romanus. Ibidem.

Quasi quædam robusta maturitas imperii. Præfat. 7.

Quasi reddita iuuentute reuifescit imperium. Præfat. 8. ex variis

Quasi elementis congregat corpus vnum Romulus. 1, 1, 16.

Quasi monitu dex. 1, 2, 4. substitutus in locum regis

Quasi ad tempus. 1, 6, 2.

Quasi infantia pop. Romani. 1, 8, 1.

quodam Quasi instinctu deorum concitatus. 1, 9, 1.

Quasi contagione quadam per singulos itum. 1, 9, 8. plane

Quasi ad alterum ad inferos vsque sequeretur. 1, 10, 8.

Quasi in regis ultionem. 1, 11, 1. plane

Quasi stipendium commilitonibus us deis. 1, 11, 4.

Quasi præsentem Iouem. 1, 13, 13.

Quasi in terrigenas è cælo ac nubibus tela mitterentur. 1, 17, 6.

Quasi vindicaret exiuit. 1, 18, 12. decem pondo argenti.

Quasi luxuriam damnauit. 1, 13, 22. Quasi quotidie triumpharet. 2, 1, 10. in classe

Quasi tota Carthago. 2, 2, 34. quodam quasi æstu & torren-

te fortunæ. 2, 7, 1. quodam casu,

Quasi industria, sic ad gubernante fortuna. 2, 8, 1. epulis quasi in-

feriis impleri. 2, 18, 12. Quasi templa & aræ possent defendere,

quem nec montes sui, nec arma potuissent. 2, 12, 9. de Andrisco,

Quasi vero rege triumphatum. 2, 14, 5.

Quasi enata subito classis erumpit. 2, 15, 14. Quasi subita de cineribus flamma. 2, 15, 15.

Quasi sæculum illud euerfionibus vrbium curreret. 2, 16, 1.

Quasi hic Romanis orbis non sufficeret. 3, 10, 16.

Quasi subsidio infederat Alpium tumulos. 3, 3, 18.

Oceanus Quasi imparem se fateatur. 3, 10, 19. nomine

Quasi terrore composito Vercingetorix. 3, 10, 20. merfa vitiiis suis,

Quasi sentina resp. 3, 12, 7. Quasi iure oppressus. 3, 14, 7.

Quasi secundum hominum genus serui. 3, 20, 1.

Spertacus Quasi imperator occisus. 3, 20, 14.

Quasi non esset vltquam dimicatum, sic arma rursus & partes. 4, 2, 73.

rates captæ Quasi per indagit em. 4, 2, 32

Quasi vicisset, qui euaserat. 4, 10, 10.

Quasi bene gestis rebus. 4, 11, 1.

Quasi faciliior esset Partho Romanus. 4, 11, 1. morte quasi somno soluta. 4, 11, 11. 4, 12, 48.

esferam gentem, ritu ferarum Quasi in dagine debellabat. 4, 12, 43.

Quaterc hastam. 2, 17, 14. vrbem machinis. 2, 9, 2.

Quaterc omnia nauibus, equis virisque. 2, 7, 8.

Plinius 2, 27. Quum rex Philippus Græciam quateret.

Quatenus, pro quoniam, siue Quatinus. idem enim esse vocabulum puto, & scriptione tantum, non etiam sono, nec origine, aut significatione differre.

Accidit enim huic voci 30 E. litera sonum illum non seseatur quem



# INDEX.

quem nec *Elitera*, nec *I plene adscripsit*, qualia notat & *Lipsius de lingua Lat. cap. 7. Vide tamen Acidal. ad Vellei. 2, 68, 4. Vinetum ad auctorem nostrum. 2, 2, 2. & Casaub. ad Suetonium Claud. 26, 7.*

**Querela.** 1, 13, 5. est *expostulatio de iniuria*, utque ea luatur, petiit. *Sic Queri. 2, 6, 5. Querela dicuntur etiam cum socii aut subditi ab alio infestari se nunciant, contraque eos auxilium orant. 3, 2, 4. ita dicitur Queri de aliquo. 3, 10, 14. de incursionibus hostium. 3, 2, 3. 3, 10, 10. Queri de diis. 2, 6, 8. de fortuna. 3, 11, 2. h. e. conquiri de iniuritate deorum aut fortune.*

**Quiddam indomitum.** 1, 22, 2.

**Quiddam simile niibus.** 2, 4, 2.

**Quinctilius Varus P.** 4, 12, 31.

**L. Quinctius Cincinnatus dicta** 101, 1, 11, 12. 1, 26, 7.

**Quirinalis mons.** 1, 13, 16.

**Quirinus.** 1, 1, 18. *Julianus princ. de Caesaribus: Quirinus, quo quidem nomine ille nobis, siquidem deum responsis paremus. appellandus est.*

**Quis, aut unde.** 1, 18, 4. i. *Videtur hæc formula usitata fuisse in contemptu, & fastidio, cum etiam notes per superbiam se non noscere simulant. sic Ovidius epist. Phyllidis versu 106. Hei mihi, si qua sim Phyllis, & unde rogas. Alias etiam ignotes ita compellere solebant; Quis genitus? unde domo? Virg. Æn. 8, 114. Vide Sauroonem ad Suetonium epist. 1, 11.*

**Quomodocunque** 3, 23, 4.

## R.

**R Abies Mariana Cinnanaque.** 4, 2, 2. **Numantinorum.** 2, 18, 15. **piratica.** 3, 8, 2. **pugnandi.** 4, 2, 46. **Samnitium.** 1, 16, 7.

**Thracum.** 4, 12, 17. **viciorum** 4, 2, 85. *Vide etiam Furor.*

**Radiare, Radius distinguere.** quasi de industria prospera aduersus **Radiarentur.** 4, 2, 30.

**Radiis distincta corona.** 4, 2, 91.

**Radices Alpitum.** 2, 5, 1 3, 3, 7.

**Vesuii.** 3, 20, 4.

**Rapere semper celeritatem notat, & violentiam. de flumine distinctum, pro haurire.** 3, 11, 3. **Rapere.**

pro occupare, corripere. **Sic Rapere castra subito impetu.** 3, 20, 4. **improuiso adorti castra Rapiunt.** 4,

12, 34. **primus impetus belli Bithyniam Rapuit.** 3, 5, 6. **Rapta impetu Hispania.** 2, 17, 6. **ira Cur-**

**tius** 4, 14, 1. **Syriam Ægyptumque pratercuntibus raptas. Raptos tamen dicit Veientes.** 1, 12, 4. **qui de-**

**centi obsidio vix subacti sunt. Rapere regnum. h. e. vi inuadere, non-**

**dum debitum.** 1, 7, 1. **Sic censum, imperium, patrimonium.** 4, 2,

21. **pro eripere. sic Rapta iure belli repetere.** 3, 5, 13. **Rapere scutum**

**de manu, aut der Hand reissen.** 4, 12, 7. **quo quocque Rapuit fuga, h. e.**

**quo quisque se fuga proripuit, 3, 11, 10.**

**Rates Balearium.** 3, 8, 3. **Rates ex eratibus.** 3, 20, 13. **rates inopia nauium facta.** 4, 2, 32.

**Ratio reip. h. e. condicio. utilitas, quam hodieque la ragion' distate**

**appellant.** 1, 8, 1. **Rationes thesaurorum continens libellus, die**

**re chunngen/verzejdenung n. 2, 2, 44. sic apud Livium 38, 55, 9. est liber rationis.**

**Radius Campus.** 3, 3, 14.

**Rauenna vrbis.** 3, 20, 22.

**Receptator hostium Rhenus.** 3, 10, 9.

**Recens & integer.** 3, 1, 13.

**Recipere, pro accipere, capere. sic totius orbis opes Ostia recipit.** 1,

# INDEX.

4. 3. pro admittere, suscipere. sic receptus Gabius Tarquinius. 1, 7, 7. Recipere se plerumque cedentium est, & locum munitiorem querentium. se retinet. sic Aquitani in speluncas se Recipiunt. 3, 10, 6. C. Gracchus in Auentinum se Recipit. 3, 15, 5. interdum Recipere se dicuntur. qui etiam non fugiendi gratia iter faciunt ut 4, 5, 12. Recipere. pro occupare, capere, de iis qui nunquam in potestate fuerunt. sic Cypros Recepta sine bello. 3, 9, 1. Hispania Recepta. 4, 2, 29. Ita Linius 44, 32, 1. Anticinus Scodra recepta. Similem significationem verborum reddere, reddere & c. obseruat Salmasius ille ad Spart. Adrian. cap. 2. sic infra Redigere. Recipere spiritum. 2, 3, 1. desumptum a luctatoribus, alique qui vehementer exerciti, difficulter respirant: & ita ad recipiendum spiritum interquiescere coguntur.

Reciprocanes aquæ, h. e. per ipsum huc illuc saltata, 2, 8, 9.

Recoquere ferrum. h. e. iterum immittere igni, & ad alios usus formare. 3, 26, 6.

Redigere. pro subigere nondum possessa, ut videatur ex eorum censu esse verbum hoc, de quibus modo in Recipere diximus. sic pop. Romanus totam Italiam sub se Redigit. 1, 9, 8. Redigere in ditionem. 3, 10, 25. in ditionem. 1, 18, 23. in potestatem. 1, 15, 3. Redigere intra vrbes. h. e. compellere. 3, 7, 4. eo Redegit populum, h. e. eo deduxit pop. hat das Wort dahin gebracht. 1, 2, 4. Redigere consecrationem suam in pretium victoriarum, h. e. consecras. suam precium victoris a facere. 1, 17, 7.

Redimita frons regium in motem, h. e. diademate reuincta. 3, 19, 10.

Redire rursus. Vide Rursus. in

perniciem, h. e. verti in pern. fieri perniciosum. 3, 13, 4. Redierat, pro rediisset. 4, 3, 2. *Vide etiam Erat. Referre ad populum.* 3, 21, 9. h. e. legem ferre ad populum. Referre populum in censum, discrimina officiorum &c. in tabulas. 1, 6, 3.

REGERE se ipsum non potest arbiter regum & gentium populus. 3, 19, 7.

Regionum nomina constructa ut vrbium. 2, 2, 15. p. 3, 10, 16. 2.

Regius furor appellatur auctori dominandi cupido in decemviro, qui regiam potestatem, etiam nudo nomine odiosissimam captabant. 1, 24, 2.

Hinc ubi quid insolentius gerebatur, aut ubi quis alterius potentiam ad inuidiam vocabat, regnandi & dominandi verbo utebatur. Sic in nostro Regno iudiciorum, 3, 13, 1.

& Regnare iudicialis legibus, 3, 12, 9. dicuntur equites immani illo potestate subnixi. Apud Linium 6, 40, 5. Claudius tribunos pl. exagitans: Tantum licentiæ, nouem annis, quibus regnant, sumptu se. & violentus ille Coriolanus apud eundem scriptorem 2, 34, 10. Tarquinius regem qui non tulerim.

Sicinium feram? atque ita alius locus plurimus. Sallust. Hist. 1, 1, 12. feruili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more censalere. Regium in motem redimita frons, h. e. diademate reuincta. 3, 19, 10.

Regio nomine fretus Antiochus Annibalis consilia negligit. 2, 8, 6. Regia insignia sumit feruus. 3, 19, 6.

Regnare iudicialis legibus. 3, 12, 9. *Vide Regius.* Regnum in honorem virtutis vitro delatum. 1, 3, 1. dolo partu industrie agitur. 1, 6, 2. à Tarquinio vitro petium.

1, 6, 2. à Tarquinio vitro petium.

1, 6, 2. à Tarquinio vitro petium.

1, 6, 2. à Tarquinio vitro petium.

1, 6, 2. à Tarquinio vitro petium.

1, 6, 2. à Tarquinio vitro petium.

1, 6, 2. à Tarquinio vitro petium.

# INDEX.

2, 5, 1. Regni cupiditate fratres  
 interfecti. 3, 1, 3. Regni insignia ob-  
 lata Cæsari. 4, 2, 91. Regno præsi-  
 dere, *h. e. regem esse.* 2, 7, 2. Regnum  
 inuadere, *pro conitère, inchoare.* 1,  
 8, 2. rapere mauult Tarquinius,  
 quam expectare. 1, 7, 2. Regna  
 testamentis relicta. 2, 20, 2. b.  
 Regna donare consuetus pop. Ro-  
 manus. 3, 9, 3. Regna, *pro regibus.*  
 1, 10, 1. a. *Vide etiam Dominatio.*  
 Regyrare, *h. e. reuolui, quasi in*  
*orbem redire.* 4, 2, 6.  
 Religare, *pro ligare, alligare.* 1,  
 3, 8. 3, 7, 3. 1, 9, 8.  
 Religio *h. e. sanctitas.* Numæ in-  
 clita. 1, 2, 1. fœderum summa  
 Romanis. 2, 6, r. publica priua-  
 tis affectibus antecellere debet. 1,  
 13, 12. Religionis auxilio incolum-  
 mis. 1, 13, 16. RELIGIONE  
 & iustitia gubernanda imperia.  
 1, 2, 4.  
 Religiosus, *qui religiones sancte*  
*colit. ita quid Numa Religiosus?*  
 1, 8, 3. alii Religiosum esse in culpa  
 ponit, ut superstitiosum. unde ver-  
 sus apud Agell. 4, 9. Religentem  
 esse oportet. Religiosum, nefas.  
 Religiosissimum *h. e. quod maxi-*  
*ma religione colitur, sanctissimum.*  
 1, 13, 11.  
 Reliquiæ Asia rebelles, *h. e. re-*  
*liqui Asiaticorum rebellium.* 3, 5, 17.  
 Gallorum. 1, 13, 21. latronum. 3,  
 19, 8. naufragarum partium. 4,  
 2, 64. Reliquiæ veiorum nulla,  
*h. e. vestigia.* 1, 12, 11.  
 Reliqua, *pro reliquis.* 3, 10, 1.  
 Remerare, *pro recedere.* 1, 12, 9.  
 Remittere exercitum, *pro di-*  
*mittere, non derinere.* 4, 2, 17.  
 Remunerari. 3, 5, 28. *h. e. vicif-*  
*sim dona dare.*  
 Remus. 1, 1, 6. occiditur. 1, 1, 8.  
 Remorum ordines. 4, 11, 5.  
 Remus *fl. Vide Rhenus.*

Repercussus, *nempe salis, prætra-*  
*flexione.* 3, 3, 15.  
 Reprimere animum, *h. e. coercere,*  
*& contrahere.* 1, 1, 3.  
 Repurgare aurum venis. 4,  
 12, 12.  
 Requiritur, *pro quarere, inuesti-*  
*gare. sic Sannium in ipsa Sannio*  
*requiritur.* 1, 16, 8. *Similis locutio*  
*Seneca epist. 93, 6. Lugdunum,*  
*quod ostendebatur in Gallia,*  
*quæritur. pro interrogare.* 4, 2, 68.  
 Res mira dictu. 1, 7, 7. Res  
 poscit. 1, 8, 3. Res vnus ætatis,  
 populus vitorum. 1, 1, 10. in Re  
 esse, *h. e. reuera esse, existere.* 4, 2, 11.  
 Res motæ. 3, 17, 9. Rerum noua-  
 rum cupidus, *h. e. turbaturum.* 3, 23,  
 2. Quatuor anni belli, *pro clade*  
*rerum breue tempus.* 4, 2, 6. Re-  
 bus suis diffidere. 3, 1, 16. Rebus  
 arctis, afflictis. 2, 6, 31. deplora-  
 tis. 2, 15, 16. perditis. 4, 8, 4. Res  
*pro rep. sic Res Romana.* 3, 22, 5.  
 Veientiam. 1, 12, 5. *Ita sapissime*  
*auctores.*  
 Res familiaris, *pro substantia,*  
*boni cuiusque.* 4, 1, 1.  
 RES publica etiam hostibus  
 recipiendis augenda. 1, 1, 14. k.  
 cum REI publicæ clade nihil  
 mouendum. 3, 23, 2. REI publi-  
 cæ agræ sauciaque expedit qui-  
 elicere. 3, 23, 4. de RE publica in-  
 uadenda facile conuenit poten-  
 tiæ cupidis. 4, 2, 11.  
 Rescindere acta, *h. e. abrogare.*  
 3, 23, 2. domus, tecta, *pro demoliri.*  
 3, 15, 10. pontem. 3, 10, 3. plagam,  
*h. e. rursus aperire iam coalescentem.*  
 4, 2, 72. hoc sensu VVLNERA  
 interdum ipsa curatione rescin-  
 duntur. 3, 23, 4.  
 Retiduum nihil est crudelita-  
 tis. 4, 4, 2.  
 Resignare, *pro rescindere.* 4, 7, 5



# INDEX.

- Resilire** ab imposito ingo. 4, 12.  
 2. in aquas. 3, 6, 6.  
**Respirare.** 2, 6, 23. *Respirat in-*  
*sula.* 3, 19, 9. *Vide Recipere spiritus.*  
**Responsum superbum** Crassi.  
 3, 11, 5. Tarquinii. 1, 7, 7.  
**Restare, pro manere.** *Restitere*  
**Iuventas & Terminus.** 1, 7, 7. *pro*  
*superesse.* 3, 10, 1. & 2.  
**Resurgere** in aliquem, *h. e. rur-*  
*sus insurgere.* 1, 13, 19.  
**Retinere** amnem manibus &  
 clypeis. 3, 3, 12.  
**Retro dare gradum, h. e. loco**  
*pellis, retro cedere.* 4, 2, 81.  
**Reuellerre, pro auellere. sic Re-**  
**uulsa aquila.** 4, 2, 32. *f. Reuulsa*  
*Italia Sicilia.* 2, 2, 2.  
**Reuerens tam de eo dicitur, qui**  
*meretur reuerentiam, quam qui ex-*  
*hibet. ut Reuerentius visum est*  
*nomen Augusti.* 4, 12, 66. & *Re-*  
*uerentior captæ maiestatis nemo*  
*fuit.* 2, 12, 11.  
**Reuerentia** par inter Parthos  
 & Romanos. 4, 10, 1.  
**REVERERI** oportet fortu-  
 nam, cui tantum licet. 2, 12, 11.  
**Reuiscit imperium.** *Præfat.* 8.  
*Vide I.*  
**Reuiscit imperium.** 2, 6, 27.  
**Reuiscunt incendia.** 3, 5, 14.  
**Reuomere.** Histri cum sangui-  
 ne & spiritu male parram reuo-  
 mure victoriam. 2, 10, 3. *Dicitur*  
*de ebrui interempto, ad instar illius*  
*Vingiliani.* *En* 9, 349. *Purpuream*  
*vomit ille animam, & sanguine*  
*mista vina resert moriens* —  
*Maria reuomunt spolia, h. e. hau-*  
*sta reciprocant, & reuomunt ad litora.*  
 4, 11, 7.  
**Reus ambitus.** 3, 17, 5. in præ-  
 sentem Reum peroratum. 4, 1, 7.  
**Rex** appellatur Appuleius. 3,  
 16, 4. *Rex hostium captus maxi-*  
*mus victoria decus.* 3, 2, 5, 3, 7, 10, 3, 10, 26. *r. Rex vilissimus*  
*Ptolemaus.* 4, 2, 52. *Regem se*  
*vocat supplex Perles.* 2, 12, 10. *in*  
*Regem desciscit Antonius.* 4, 3,  
 4, 4, 11, 3. *Reges auxilia petunt à*  
*Romanis.* 2, 7, 5. *Regibus parere*  
*consuetæ vrbes.* 2, 20, 4.  
**Rhea** Siluia. 1, 1, 1.  
**Rhenus fl.** 3, 10, 2. *transit à*  
*Cæsare.* 3, 10, 14. *ponte iungitur.*  
 3, 10, 10. *imperii terminus.* 4, 12,  
 39. & 61. *bis traiectus à Cæsare.* 4,  
 12, 22. *Rheni effigies in triumpho*  
*Cæsaris.* 4, 2, 87. *per Rheni ripam*  
*L. amplius castella à Druso dire-*  
*cta.* 4, 12, 26.  
**Rhodanus fl.** 3, 2, 4. *Heluetio-*  
*rû terminus.* 3, 10, 2. *Rhodani effi-*  
*gies in triumpho Cæsaris.* 4, 2, 88.  
**Rhodii** nauticus populus. 2, 7,  
 8. *Antiochi classem vincunt.* 2, 8,  
 12. *pro Ætolis deprecantur.* 2, 9, 3.  
**Rhodiorum** classes. 3, 6, 8.  
**Rhodope** mons. 3, 4, 6.  
**Rhodus** ins. 3, 5, 8.  
**Rictus** oris. 3, 11, 11.  
**Rixa, pro pugna.** 3, 10, 5.  
**Ripa** pro litore. 4, 11, 7. *cum alias*  
*ripæ dicantur esse fluminum, litora*  
*maris.* *Hinc S. 4. Inst. de rer. diu. Ri-*  
*parum quoque vsus publicus est,*  
*sicut ipsius fluminis. & S. 5. Li-*  
*torum quoque vsus publicus est,*  
*sicut & ipsius maris.*  
**Robur** pop. Romani. 2, 1, 1.  
**ROBUR** elanguet clementia  
 soli coelique. 3, 3, 13. *Robur Hi-*  
*spaniæ Celtiberi, h. e. fortissimi*  
*Hispanorum, h. e. Kern.* 2, 17, 9. *sic*  
*Robur Italici sanguinis.* 4, 2, 5.  
**Orientis.** *Ibidem.* *Iociorum.* 3, 18,  
 6. *Robora gentium.* 3, 5, 22. *ita*  
*sæpe Tacitus & alii.*  
**Robustus** populus. 2, 1, 2. *Robu-*  
*sta imperii maturitas.* *Præfat.* 7.  
**Robustissima** oppida, *pro manitifo-*  
*simis.* 1, 12, 37.

# INDEX.

Rogare leges. 3,16,2. *h. e. ferr. ad populam. rogandus enim erat populus utrum vellet eam legem, & haberet. hinc*

Rogatio, pro lege. 3,14,4. 3,17,8

Rogus, strues lignorum ad cremanda corpora. 3,20,9. 3,23,1.

Roma mater ac parens Italia. 3,18,5. victrix Asiae Europæque. 3,18,7. *Similes eius titulos largiter concessit Merula Cosmogr. part. 2. lib. 2. post enumeratas Urbis regiones. ubi videtur à Persena. 1,10,1. occupatur à Gallis. 1,13,14. à Sylla. 3,21,6. à Mario. 3,21,13. à Cæsare. 4,2,21. ciuitas hominum ac deorum domicilio destinata. 1,13,18. inter tres maximas vrbes. 1,16,6. templo comparatur. 1,18,20. Romam conuertitur Annibal. 2,6,42. de Roma inuadenda deliberat Spartacus. 3,20,11.*

Romanus, pro Romani. Vide Singul. pro Plurali. Rom. populus comparatur homini. *Prefat. 4. princeps populus. Vide P. Romani barbari. 1,2,4. gentium domini. 4,12,14. 4,3,8. k. Etruscos, Latinos, Sabinos sibi miscuerunt. 3,13,1. Romanorum fortitudo. 1,13,18. Romanis sacer auguratus. 1,5,4. d. à Romanis gentes regesque praefidia petunt. 2,7,5.*

Romana auaritia. 3,5,18. 3,9,2. 4. dominatio. 4,3,8. Romanum imperium. *Vide I.*

Romulus, 1,1. Romulus pater. 2,4,5. Romulum vocari voluerunt Augustum, quod condidisset imperium. 4,12,66. *sic opinor nostrum 2,17,15. Viriatum dicere Hispaniæ Romulum.*

Rosa per hiemem collata. 2,8,9.

Rostri. 1,11,10. Rostri collegam depellit Gracchus. 3,14,8. pro Rostri exposita capita pro-

scriptorum. 3,21,14. 4,6,15. pro Rostri oblata Cæsari regni insignia. 4,2,91.

Rubiginē sentiunt arma. 2,8,2. Rudes bellorum elephantum. 4,2,67.

Ruere in proelium. 2,13,12. Ruens vterius hostis. 3,5,9.

Rufinus P. Cornelius notatur à Censore. 1,13,12.

Ruina prouoluti in Italiam Cimbri. 3,3,11. Ruina belli dicitur quod vicina plerumque secum trahat, ut accidere solet in ruinis edificiorum. 2,11,1. 2,12,1. bellum Tarentinum regem Pyrrhum, totamque fere Italiam vna Ruina inuoluit. 1,18,1. Mithridates totum pæne Orientem & Occidentem sua Ruina inuoluit. 3,5,21. Ruina incendium suum restinguere vult Catilina. 4,1,7. *Valleius 2,91,5. Ita se mores habent, ut publica quisque ruina malit occidere, quam sua proteri, & idem passurus, minus conspici. Claudian. in Ruffin. 2,17. Quid restat, nisi cuncta nouo confundere luctu, Infontesque meæ populos miscere ruina? forte secutus Lucanum 7,654. — trahere omnia secum, Mersa iuuat, gentesque suæ miscere ruina.*

Rumpere fidem. 4,2,16. fœdus. 1,16,7. 2,6,4. 3,6,1. vallum, pro cadere. 4,2,24.

Ruptor fœderis punitus. 1,3,3.

Rursus redire. 1,3,9. 1,11,14. *Suffecerat redire, sed gaudent interdum hoc pleonasmio scriptores. sic rursus repetere est apud Sueton. Cæs. 6. 2. ubi Casaubonus. & 17,1. recidit rursus in discrimen aliud. Claudian. in Ruffin. 1,357. — reuocataque sæcula rursus. rursus recipere apud Iustin. 5,4,12. & 4,2,12. Ita*

# INDEX.

**M**arfum denuo coniungit Plautus  
*Prologo Casina* versu 33. & extremus  
*Menachmi*: Venibit vxor quo-  
 que etiam. quod & in *L. I. S. 1. de*  
*Iust. & iur.* verum etiam præmio-  
 rum quoque. Sic *Liuius* 41, 24, 17.  
 Legati deinde postea missi. Ita  
*Procl. Iustini* 27. Antiochus infidi-  
 antem sibi effugit Artamenem;  
 dein postea custodes Tryphonis.  
 Rutilius P. Rufus damnatur. 3,  
 17, 3.  
 Rutilius P. Lupus vincitur à so-  
 ciis. 3, 18, 12.

## S.

**S**Abzi *pop.* 4, 11, 7.  
 Sabini *pop.* 1, 1, 12. Romam de-  
 migrant. 1, 1, 14. vincuntur à Ro-  
 manis. 1, 15. Romanis mixti. 3, 18,  
 1. triumphi de Sabinis. 1, 18, 26.  
 Sacer mons. 1, 23, 1. Alius sacer  
 mons est apud Antigonum *hist. mira-*  
*bil.* 44. (Athos, ut opinor, qui etiã  
 num incolis ἀγίων ὄρος, teste Bellonio  
*Observ.* 1, 35.) alius item apud Philo-  
 stratum in *Apollonia*.  
 Sacerdos, pro *Vestali.* 1, 1, 2. ita  
 Sacerdorum petunt Cimbrum.  
 3, 3, 17. Orosius aliter hoc profert 5, 16.  
 si inuiolata castitate, virginibus  
 sacris ac diis seruiendum esset.  
 hoc enim modo non sacerdotium tan-  
 tum, sed & libertatem illis adimit.  
 qua re moueor, ut credam auctori, aut  
 librariis, incurriane dicam an inscitia,  
 vocem virginibus additam, qua re  
 nota constaret idem cũ nostro sensus.  
 Sacramentum militiae. 2, 6, 23.  
 4, 2, 65. Eleganter hoc verbum trans-  
 fert auctor ad quamcunque necessita-  
 tem qua qui ad bellum gerendum ad-  
 igitur. sic de incensis vrbibus Hel-  
 netiorum. 3, 10, 2. de trucidatis le-  
 gatis à sociis. 3, 18, 9. de crematis  
 centurionibus à Germanis. 4, 12,  
 24. Ita Seneca, de *breu. vita* 5,  
 6. Inuenes adulterio, velut sacra-  
 mento, adacti.

Sacriportus locus. 3, 21, 23.  
 Sacrosanctum caput tribuni  
 pl. 3, 15, 16. Sacrosancta arma Ro-  
 mana, h. e. pura, impoluta. 2, 20, 7.  
 Sacrum sollemne gentis, pro sa-  
 crificio. 1, 13, 16. Notandum autem  
 talia sacra non potuisse rite fieri, nisi  
 propriis & sui locis, nec enim alia  
 caussa fuit Fabio tantum aduendi dis-  
 crimen. *Liuius* 5, 52, 2. Sacrificiis  
 sollemnibus non dies magis statim,  
 quam loca sunt, in quibus fiant,  
 Censorinus apud *Appian.* in *Punicis*,  
 ad *Carthaginenses*: Manebant im-  
 mota sepulcra. & licebit ea paren-  
 tandi causa inuisere; sacris et-  
 iam operari, quotiescunque li-  
 buerit eo accedere. Immo tanta re-  
 ligione colebantur, ut etiam milites  
 excusarent, si prædicta die non ad-  
 fuissent. *Cincius Alimentus* apud *A-*  
*gell.* 16, 4. Sacrificium anniuersa-  
 rium (inter legitimas absentis caus-  
 sas est) quod recte fieri non pos-  
 set, nisi iplus eo die ibi sit. Exem-  
 plum eius rei est in *Liuiio* 43, 11, 1. ex  
 Sexto *Digitio* trib. mil. qui sacri-  
 ficii causa Romam venerat, sunt  
 audita. Sacrorum apud Rom. o-  
 rigo. 1, 2, 1. Sacra, pro ceremoniis,  
 religionibus, rebus ipsis consecratis, ut  
 deorum imaginibus &c. 1, 13, 12. Sic  
*Virg. Æn.* 2, 717. Tu, genitor, cape  
 sacra manu, patriosque penates.  
 Sæculum euersionibus vrbium  
 currens. 2, 17, 1. fluens in luxuriam  
 & ad omnia mala pronum. 4, 12,  
 65. SÆCVLI mores diuitis  
 afflictis. 3, 12, 7.  
 Sæuire in vrbes. 3, 6, 35. templa  
 aras, sepulcra. 2, 7, 4. h. e. illa disru-  
 ere. Sæuiunt omnia præcio, tem-  
 pestate. 4, 2, 76. Sæuius sæuitum.  
 3, 21, 13.  
 Sæuitia Mithridatis. 3, 5, 7. Tar-  
 quinii. 1, 7, 4. Thracum. 3, 4, 2.  
 SÆVITIA bonam quoque  
 causam corrumpit. 3, 21, 12.



# INDEX.

Sagefama urbs. 4,12,48.  
 Sagittarum vsus ademptus Par-  
 this consilio Ventidii. 4,9,6.  
 Saguntus urbs. 2,6,3.  
 Salamina ins. 2,8,13.  
 Salii. 2,2,2.  
 Salinacidus. 4,10,8. n.  
 Salire super scuta. *b. e. insilire in  
 scuta.* 3,10,13.  
 Sallentini pop. 1,20.  
 Salmacidis fl. 4,10,8. n.  
 Salondicus Hispanus. 2,17,13.  
 Saltus à saltiendo, Saltu vallum  
 increpat Remus. 1,1,8.  
 Saltus, *pro silua, nemore. ita* Sal-  
 tus Calidonijs. 1,17,3. Cameri-  
 nensium. 2,2,13. Caudius. 1,16,  
 10. Ciminius. 1,17,3. Hercynius.  
 1,11,8. 1,17,3. 4,12,27. Saltus Fa-  
 lerni, Gaurani. 2,6,28. in Saltus  
 diffugiunt Germani. 3,10,14. Sal-  
 tibus grassantur Samnites. 1,16,7.  
 Salutare regem, virum suum  
 cupit Tullia. 1,7,3. Salutantibus  
 manus porrecta. 3,21,16.  
 Salyi pop. 1,16. vincuntur à Ro-  
 manis. 2,3,5. 3,2,3.  
 Samnites pop. 1,16. vincuntur à  
 Sylla. 3,18,13. Samnitum descri-  
 ptio. 1,16,7. triumphus. 24. de Sa-  
 mnitibus. 1,16,8. quales. 1,18,26.  
 Samnium hodie in ipsa Samnio  
 requiritur. 1,16,8. cum reliquis  
 Italis conspirat contra Romanos.  
 3,18,6.  
 Samos ins. & urbs. 2,20,4.  
 Samothrace ins. 2,11,9.  
 Sancire foedus. 4,2,15.  
**SANCTITAS** *b. e. integri-  
 tas, & abstinentia* ducis maxime  
 proficit ad profligandam provin-  
 ciam. 2,6,40. Hoc sensu apud Tacit.  
 3,46,9. Orbs integre sancteque  
 egit. *Ita*  
 Sanctus vir, Camillus. 1,12,6.  
 Sanctum ararium. 4,2,21. San-

ctus foedus, *pro arctiore.* 1,16,2.  
 Sanctius & reuerentius visum. 4,  
 12,66. *Contingit ista & Tacitus  
 Germ. 34,7. Sanctissimæ animæ  
 Bruti & Cassii.* 4,7,15.

Sanguis humanus pignus con-  
 iurationis. 4,1,4. *Multa ad hanc  
 rem Io. Guilielmus Stuekius consuetu-  
 lium lib. 1. fol. 105. Sanguinis Gal-  
 lici inundatione incendia urbis  
 deleta.* 1,13,17. Sanguinis sui se-  
 mita iter ad victoriam aperit De-  
 cius. 1,14,3. Sanguinem huma-  
 num litant Thracæ. 3,4,2. **SAN-  
 GVINE** suo curiam implet, quæ  
 ciuili terrarum orbem impleue-  
 rat. 4,2,95. Sanguine speciosio-  
 res duces. 4,12,7. Sanguis, *pro ge-  
 nere.* 1,26,2. *sic vnum Sanguinem  
 ducere, eiusdem originis esse.* 3,18,1.  
 Sanguinis ius, *pro iure affinitatis.*  
 3,1,15.

**SAPIENTE** dignum est, læ-  
 tum accipere mortem. 4,2,70.

Sapientia seniorum. 1,16,10. m.  
 Sarcinæ superflua ab exercitu  
 remotæ. 2,18,10.

Sardinia pignus annonæ. 4,2,  
 22. occupatur à Romanis. 2,2,15.  
 à Cæsare. 4,2,22. à Sex. Pompeio.  
 4,8,1. in Sardinia bellum. 2,6,32.  
 & 35. in Sardinia mortuus Lepi-  
 dus. 3,2,7.

Sarmatæ pop. 3,4,6. vincuntur  
 à Lentulo. 4,12,20. amicitiam  
 Augusti ambiunt. 4,12,62.

Satelles. 3,16,4. 4,1,3. *Per irri-  
 sum ita vocantur plerumque alienæ  
 potentia ministri.*

Satis insolenter. 1,26,3. Satis  
 superque idonea clades. 1,12,2.

Satisfacere. 4,12,45. *Ciuititer  
 sumptum, valet excusare errorem, de-  
 precari culpam & c. ut omnis illa sa-  
 tisfactio in verbu videatur consistere:  
 nosi et autem de pana hoc accepit. sic  
 ut & Iustinus 15,3,9.*

# INDEX.

Satius, promelius. 3, 12, 6.  
 Sarricium urbs. 1, 11, 6.  
 Sauus fl. 4, 12, 3.  
 Saxa Decidius legatus Antonii.  
 4, 9, 4.  
 Scaurus M. *Emilius* 3, 1, 5. am-  
 bitus postulat. 3, 17, 5. immo re-  
 petundarum. Vide Pighium ad A.  
 V. DCLXII.  
 Scæua M. *Cassius* centurio Cæ-  
 faris. 4, 2, 40.  
 Scelerata porta. 1, 12, 2. Ita fee-  
 lerata castra apud Suet. Claud. 1, 7.  
 Scelus Catilinæ. 4, 1, 6. Scelus su-  
 rum per amorem. 2, 1, 4. Scelus sum-  
 mum ciuili bellis, cædes Pompeii.  
 4, 2, 57. Scelere domestico oppres-  
 sus Drusus. 3, 18, 4. Scelere alieno,  
 iudicio suo uti. 4, 7, 15. SCEL E-  
 RA non latent diu. 3, 1, 6. SCE-  
 LERA plebeiortum quam nobi-  
 limum, malorum quam bono-  
 rum, æquiore animo feruntur. 3,  
 21, 2. Scelera in tabulis Antonii,  
 h. e. proscriptio virorum illustrium.  
 4, 6, 6. Ita Seneca Nat. quæst. 6, 23.  
 de rebus Alexandri: Nihil tam  
 magnum erit, quam scelus Calli-  
 sthenes. nempe occisus. Scelerum  
 furor. 4, 9, 3.  
 Scenicus rex. 2, 14, 4. h. e. non  
 verus, sed quales solent introdu-  
 ci in dramatis. Vide Bourdelo-  
 tium ad illa Satyræ: Grex agit in  
 scena mimum: Pater ille vocatur;  
 Filius hic; nomen Diuitis ille te-  
 net. ad illa verba; nomen Diuitis.  
 Alio sensu Scenicus appellatur Ne-  
 ro apud Tacitum. 15, 59, 3. quod scenis  
 gauderet, & ipse fabulas cantaret.  
 Scilicet per ironiam dictum. 3,  
 21, 16.  
 Scipio P. *Cornelius*, *Africani* pa-  
 ter. 2, 6, 10. occiditur. 3, 6, 36, 2,  
 37, 6.  
 Scipio Cn. *Cornelius*, *Africani* pa-  
 tris. 3, 5, 36, 2, 37, 6.

Scipio P. *Cornelius* *Africanus*  
 patrem seruat. 2, 6, 10. Hispaniam  
 recipit. 2, 6, 38. 2, 17, 7. Africam  
 inuadit. 2, 6, 55. legatus fratris. 2,  
 8, 14. primus nomine victæ gen-  
 tis nobilitatus. 1, 11, 9. p. Idem dicit  
*Silius* sine operis.  
 Scipio L. *Cornelius* *Africani* fra-  
 ter Antiochum vincit. 2, 8, 14.  
 Scipio P. *Cornelius* *Emilianus*  
 hostem ex prouocatione vincit. 2,  
 17, 11. Carthaginem euertit. 2, 15,  
 12. & Numantiam. 2, 18, 8.  
 Scipio Nasica P. *Cornelius* Car-  
